HET AMBOINSCHE KRUID-BOEK,

DAT IS,

BESCHRYVING

VAN DE MEEST BEKENDE

Boomen, Heesters, Kruiden, Land- en Water-Planten,

DIE MEN IN AMBOINA,

EN DE OMLEGGENDE EYLANDEN VIND,

Na haare gedaante, verscheide benamingen, aanqueking, en gebruik:

MITSGADERS VAN

EENIGE INSECTEN EN GEDIERTENS,

Voor 't meeste deel met de Figuuren daar toe behoorende,

Allen met veel moeite en vleit in veele jaaren vergadert, en beschreven in twaalf boeken,

DOOR

GEORGIUS EVERHARDUS RUMPHIUS,

Med. Doct. van Hanau, Oud Koopman en Raadspersoon in Amboina, mitsgaders onder de naam van *Plinius Indicus*, Lid van de Illustre *Academia Naturae Curiosorum*, in 't Duitsche en Roomsche Ryk opgerigt.

Nagezien en uitgegeven door

JOANNES BURMANNUS,

Med. Doct en Botanices Professor in de Hortus Medicus te Amsterdam, Medelidt van het KEYZERLYKE QUEEKSCHOOL *der onderzoekers van de Natuurkunde;*

Die daar verscheide Benamingen, en zyne Aanmerkingen heeft bygevoegt.

TWEEDE DEEL.

Te AMSTERDAM, BY FRANÇOIS CHANGUION, JAN CATUFFE, HERMANUS UYTWERF,
In's HAGE, BY PIETER GOSSE, JAN NEAULME, ADRIAAN MOETJENS, ANTONY VAN DOLE.
Te UTRECHT, BY STEVEN NEAULME.

M. DCC. XLI.

HERBARIUM AMBOINENSE,

Plurimas conplectens Arbores, Frutices, Herbas, Plantas terrestres & aquaticas,

QUAE IN AMBOINA,

ET ADJACENTIBUS REPERIUNTUR INSULIS,

Adcuratissime descriptas juxta earum formas, cum diversis denominationibus, cultura, usu, ac virtutibus.

Quod & insuper exhibet

VARIA INSECTORUM ANIMALIUMQUE GENERA,

Plurima cum naturalibus eorum figuris depicta.

Omnia magno labore ac studio multos per annos conlegit, & duodecim libris Belgice conscripsit

GEORG. EVERHARD. RUMPHIUS,

Med. Doct. Hanavensis, Mercator Senior, & in Amboina Consul, nomine PLINII INDICI *celeber, & Inlustris Societatis Academiae Naturae Curiosorum Germaniae Membrum.*

Nunc primum in lucem edidit, & in Latinum sermonem vertit

JOANNES BURMANNUS,

MED. DOCT. ET IN HORTO MEDICO AMSTELAEDAMENSI PROFESSOR BOTANICUS, ACADEMIAE CAESAREAE NATURAE CURIOSORUM SOCIUS;

Qui varia adjecit Synonyma, suasque Observationes.

PARS SECUNDA.

AMSTELÆDAMI, Apud FRANCISCUM CHANGUION, JOANNEM CATUFFE, HERMANNUM UYTWERF.

HAGÆ COMITIS, Apud PETRUM GOSSE, JOANNEM NEAULME, ADRIANUM MOETJENS, ANTONIUM VAN DOLE.

ULTRAJECTI, Apud STEPHANUM NEAULME.

M. DCC. XLI.

HERBARII AMBOINENSIS

LIBER SECUNDUS,

Continens arbores aromaticas, quae aut fructum aromaticum, corticemve, aut odoratum aliquod praebent lignum.

CAPUT PRIMUM.

CARYOPHYLLUM, TSJENCKE.

Caryophyllum est arbor pulcherrima, elegantissima, ac pretiosissima omnium mihi notarum arborum; forma autem optime refert Laurum, coma nempe acuminata, altitudinemque attingit vulgaris Cerasi, aliæ autem Fagi habent formam. Ejus truncus est erectus, ac simplex, ad quatuor aut quinque pedum altitudinem, sæpe dividitur in binos tresve erectos ac minores truncos, sunt etiam, quæ unicum tantum gerunt rotundum, sed hæ ab incolis non multum expetuntur, primamque memoratam præferunt, quum illæ, quæ unico & erecto sint stipite, difficilem dent adscensum. Inferior trunci pars non penitus rotunda est; sed parum angulosa, acsi ex variis concreta foret stipitibus.

Cortex ejus est glaber, tenuis, lignoque firmiter jungitur, uti in Fago, & undique ad latera plurimos emittit ramos tenues, ex quibus plurimæ longæ, ac tenues foliorum raches propullulant, uti in Betula, quæ arborem undique cingunt, & ab inferiore parte latissima plaga sese extendunt, sensim autem angustantur, & in acumen desinunt, ita ut tota coma regularem pyramidem, seu conum formet, & constituat, qua specie è longinquo ab aliis facile distinguitur, & dignoscitur arboribus.

Lignum ejus est durum, ita ut tenuis, vel modice crassus ramus facile virum sustineat: Folia bina semper sunt opposita, cumque subsequente pari crucem efformant, forma Laurinis foliis simillima, sed angustiora, tenulora, & longiora, quæ longis insident petiolis, utrimque acuminata, superius obscure viridia, inferius flava, plurimis arctissime junctis ac parallelis venis distincta, & contexta, quæ omnes ad oras in unum terminantur, ac desinunt sinum: Foliorum autem oræ sunt glabræ, & integræ, neutiquam incisæ, quæ rigiditate sua multos formant sinus & arcus. Folia vero hæc superiore sua parte sunt adeo glabra, ac splendentia, acsi gummi forent obducta, quum autem folia sint vetusta, multo rigidiora sunt, & ficciora, ita ut conteri possint, tumque maculis obscuris, vel sanguineis sunt notata, saporis acris & aromatici; quum vero primum progerminant, sunt rubentia & læviter fusca.

In initio pluviosorum mensium, mense nempe Majo, folia hæc tenera magnâ propullulant copia, atque mox hisce subsequuntur prima fructuum germina seu rudimenta, quæ viridia sunt acumina, ad ramulorum extremum dependentia, quæque subito mutantur in viridia, oblongaque capitula lato apice constantia, ex quo prima Caryophyllorum forma dignoscitur: Quarto dein subsequente mense completam Caryophyllorum dant speciem, superius nempe late extensam, & in quatuor distinctam angulos, Lini capitula referentem, formamque Clavi constituentem.

Fructus hic Caryophylli sensim læte viridem amittit, pallideque flavum induit colorem, qui demum in sanguineum transit, in iis nempe, qui speciei sunt rubentis: qui enim fructus feminei dicuntur, majoresque sunt maribus, tantum superius ad quatuor illos angulos rubent, tumque supremum aperitur capitulum, vel ad latus vergit, quum plurima apparent parva, albicantia stamina arcte sibi juncta cum antheris fuscis, quæ florem hujus arboris efformant, ac progerminant, postquam fructus adulti, sed nondum maturi perfecti fuerint, con-

HET AMBOINSCHE KRUYD-BOEK.

HET TWEEDE BOEK.

Behelzende de Speceryagtige Boomen: dat zyn die gene, die eenige Speceryagtige Vrugten, Schorssen, ofte welriekent hout dragen.

I. HOOFDSTUK.

NAGELBOOM, TSJENCKE.

De Nagelboom is eene van de schoonste, cierlykste, als mede kostelykste onder alle my bekende Boomen; hy gelykt van gedaante zeer wel na den Lauwrierboom, te weten met zyn toegespitste kruin, en heeft de hoogte van een gemeene Kersseboom, sommige ook van een Beukeboom, den stam schiet regt op, en blyft enkeld tot de hoogte van 4 a 5 voeten, daer na verdeeld by hem in 2 a 3 regt opgaende mindere stammen, en daar zyn 'er ook, die maar een enkelden rontagtigen stam hebben, dog die de Inlanders niet zeer zoeken, of liever anders hebben; als zynde moeyelyk om te beklimmen: De onderste is niet regt ront, maer wat hoekig, als of hy uit verscheide stammen t'zamen gegroeit was.

De schorsse is effen, niet dik, en leit vast of digt aan 't hout, gelyk die aen den Beukenboom, ter zyden schiet hy over al veele dunne takken uit, en daer aan veele lange dunne ryskens, gelyk den Berkeboom, en deze ryskens omgeven of omvangen den boom, van onderen op allenskens na boven smal of spits toelopende, zoo dat de geheele kruin een geschikte piramide, of keegel formeert, en welke gedaante hem ook van verre onder andere boomen kenbaar maakt.

Hy heeft een hart hout, zoo dat ook een gemeene dunne tak sterk genoeg is om een man te dragen; de bladeren staan altyd twee tegen malkanderen, en maken met het naastvolgende paar een kruis, van gedaante de Lauwrier bladeren naby komende, maar smalder, dunder, en langer, staande op lange steeltjes, agter spitser of smalder dan vooren, aan de bovenste zyde hoog groen, aan de onderste na 't geele trekkende, met veele digte paralleele en fyne adertjes doorreegen, dewelke alle by de kanten in een soompje t'zamen loopen; de kanten zyn effen, en geenszints gekerft, maar door haar styvigheid makenze veele bogtjes, aan de bovenste zyde zoo glat en glimmende, als offe met gom bestreeken waren, alsse oud worden, zynze veel styver en drooger, zoo dat men ze bryzelen kan, en zyn als dan met eenige donkere of bloedroode droppen besprengt, van smaak scherp en speceryagtig, alsse eerst uitkoomen, zynze rootagtig, of ligt bruin.

In 't begin van de reegen-moesson, te weten in de maend May, komen de jonge bladeren met menigte voort, en strax doen zig op de eerste schepselen van de vrugt, 't welk zyn eenige groene spitzen, aan het uiterste van de ryskens uitkomende, en dewelke dan voorts veranderen in donker groene en lankwerpige knopjes, met een breet hooftje, daar aan men alreets het fatsoen der Nagelen kennen kan; in de vierde maand daar na hebbenze de gedaante van volkomen Nagelen, te weten boven met een breet hooftje, in vier hoeken verdeelt, hebbende boven op een groen en half ront knopje, de vlasdodden wel gelykende, en zoo de gedaante van een spykertje uitmakende.

De Nagel verliest allengskens haar ligtgroene verwe, en begint bleekgeel, en ten laetsten bloedrood te werden, te weten die van het roode geslagt zyn; want die men wyfkens noemt, en wat grooter vallen dan de mannekens, werden maar boven aan de 4 hoeken wat root, en als dan opent hem het bovenste knopje, of wykt ter zyden, als wanneer hun vertoonen veele kleine witte draatjes, digt in malkander gedrongen, met bruine nopjes daar boven op, dewelke zyn het bloeizel van dezen boom, voortkomende op, en na de volwassens

contra naturam aliarum arborum, quam primum enim hinc inde rubedo aliqua Caryophylli appareat; seu flos sese aperiat, tum fructus hi maturi & completi sunt in humanos usus, sed neutiquam naturæ; homines enim non nisi semi maturum requirunt fructum aromatico usui aptum, natura autem perfecto indiget fructu propagationi inserviente.

Si Caryophylli sint rubri, ac flores demiserint, in suprema parte planum ac quadratum apparet capitulum cum circulo quodam, atque in hoc parvum ac molle acumen, tumque omni ope ac festinatione fructus sunt colligendi, si enim per duas tresve septimanas diutius in arbore remanserint, tum fructus hic Caryophylleus amplum acquirit ventrem, ac quatuor isti in capitulo anguli sese contrahunt, viridemque iterum induit colorem, & in majorem excrescit, ac antea, molem, pollicis articulum crassus, ac demum obscure fuscus est, intusque continet nucleum durum, seu ossiculum instar Lauri fructus, quod arcuata linea in bina dividitur segmenta, coloris obscure lutei seu flavi instar Ambræ, quod verum hujus arboris semen est, hincque Caryophylli matres dicuntur tales fructus, qui obducti sunt carne obscure fusca seu nigricante, cultrum crassi, atque aromaticam suam vim omnem fere amiserunt, & sapore proximè conveniunt cum silvestribus Jambosis, cum qua arbore, uti & cum alia *Caju-mera* dicta, hæc nostra Caryophyllorum arbor magnam itidem habet convenientiam, caro autem ista cruda quoque edulis est.

Caryophylli hi fructus brevibus insident petiolis, quorum tres simul aliis sustinentur brevioribus petiolis, hique semper oppositi sunt, & cum subsequenti pari crucem perfectam efformant, singulus autem major petiolus, uti dictum est, in tres alios minores divisus est, inque iis singulis tres Caryophylli, ita ut totus corymbus ad minimum novem sit ornatus fructibus, communiter autem quindecim & novendecim, & in majori racemo viginti unum vel viginti quinque inveniuntur Caryophylli, quum præter ordinarium numerum ternarium, alii solitarii ad latus excrescant fructus: Caryophylli summis insidentes ramulis, nec decerpendi, qui licet rari, arbori inhærent usque ad maturitatem, matrices vocati, ac delapsi sub arbore, terram attingentes, radiculas agunt, novasque producunt arbusculas, in quibus fissus Caryophyllus, seu ista mater duos supra terram elevata digitos apparet.

Arboris lignum est durum & grave, sed non elegantis coloris, cinereum enim habet cum luteo mixtum colore, inelegans, nec aptum operi scriniario; Radices profundissime ac rectissime deorsum in terram infiguntur, unde in juniorum arbuscularum transplantatione cavendum est, ne confringatur media ac major illa radix, quum nulla alias supersit spes progerminationis, nisi altior ac major sit arbor, quæ transplantatur, quum non ita noceat, licet major illa lædatur radix.

Parum discriminis est inter Caryophyllos hic in Amboina crescentes, quum omnes fere eandem habeant formam, plurimique rubescant, si fuerint maturi, qui autem accurate ad illos attendunt, tres observare possunt species, primo vulgaris parum rubet maturus, alter paulo minor est, ac sanguinei magis coloris, hincque Amboinensibus dicitur *Bugulawan Kiri*, ex rubro colore avis Loeri, Amboinensibus *Kiri* dicti, hicque plurimum invenitur in *Hitoe* ora prope pagum *Assalælo*, uti quoque in rarioribus *Leytimoræ* locis, hujus speciei arbusculæ latius extensæ sunt, ac copiosiores dant Caryophyllos, quam vulgaris: Tertia species, quæ femina dicitur, albos gerit fructus, & parum rubentes, sunt autem majores reliquis, quales sunt, qui in *Larique* inveniuntur plaga, omnes vero hæ tres species, seu varietates æque bonæ & aromaticæ sunt, ultima autem aptissima est ad oleum exurendum. Quidam etiam inveniuntur Caryophylli quinque sexve apicibus ornati, hi autem pro diversa specie non sunt habendi, quum inter reliquos crescant Caryophyllos, nec etiam obstare debet alicui, quod *Avicenna libr.* 2. *cap.* 311. Caryophyllum dividat in marem & feminam, vulgares vocans Caryophyllos feminas, crassosque matres, seu Anthophyllos vulgo dictos, ipsi fructus mares, quum irregularitate formæ, ac magnitudinis horum fructuum sine dubio deceptus fuerit, credens fructus duarum diversarum esse arborum, nec quisquam mirari debet, doctum hunc Arabicum scriptorem hallucinatum fuisse; nec melius versatum in cogni-

wassene, dog nog onrype vrugten, regt tegens de natuur van andere boomen, want zoo dra men maar slegts hier en daar eenige rodigheid aan de Nagel, of het bloeizel geopent ziet, zoo zyn deze vrugten ryp en volwassen, tot 's menschen gebruik, maar niet voor de natuur, want de mensch zoekt anders niet als een half volmaakte vrugt, zoo alsse tot de Specery bekwaam is, maar de natuur zoekt een volwassen vrugt, die tot de voortplanting dient:

Als nu de Nagelen rood geworden zyn, en het bloeizel afgeworpen hebben, zoo vertoonen ze boven op een plat vierkantig hoofdeken, met een kringetje of cirkeltje, mitsgaders in het zelve een klein week spitsken, en als dan moet menze met alle spoed inoogsten; want alsse maar 2 *a* 3 *weeken langer staan, zoo begint het Nageltje een dikke buik te krygen, de vier hoeken des hoofts trekken haar t'zaamen, het werd wederom groen, veel grooter als te vooren, een lit van een duim lang, ten laatsten donker-bruin, en krygt van binnen een harde korrel gelyk Baakelaren, en die hem met een bogtige linie in tweeën verdeelt, van verwe rookagtig-geel, ofte vaal als Amber, het welk het opregte Zaat van dezen Boom is, en werden daarom Moernagels genaamt, zy zyn als dan omkleed met een donkerbruin, of swartagtig vleis, in de dikte van een mes, 't welk zyn Speceryagtigheid meest verlooren heeft, en komt in smaak de wilde Jamboesen naast, (met welken Boom als mede met nog een andere,* Caju-mera *genaamt, onzen gemelden Nagelboom groote gemeenschap heeft) welk vleis men ook raauw eeten kan.*

De Nagelen staan op korte steeltjes, welker drie t'zamen op een ander steeltje gevoegt zyn, ende deze staan altyd tegens malkander, met het naastvolgende paar een volkomen kruis makende, yder hoofsteeltje verdeeld zynde, als gezegt, in drie andere, en daer op drie Nageltjes, zoo dat de geheele kroon moet hebben ten minsten negen en elf Besien ofte Nagelen, maar gemeenelyk vyftien en negentien, en in een groot moesson eenentwintig en vyfentwintig Nageltjes, om datter dan nog boven het ordinaris drietal eenige enkelde Besien ter zyden uitwassen: De Nageltjes, die aan de bovenste takjes staan, en niet geplukt kunnen werden (die maar weinig zyn) blyven aan den Boom hangen, en werden tot voorschreeven Moernagelen, welke ryp geworden zynde afvallen, en onder den Boom, zoo dra ze de aarde raken, wortelkens schieten, en nieuwe boompjes voortbrengen, daar aan men het gespleetene Moernageltje nog wel twee vingers boven de aarde verheven zien kan.

Het hout is wel hart en swaar, dog van geen mooye koleur, graauwagtig met geel gemengt, ongesien en oncierlyk tot Schrynwerken, de wortelen zyn zeer diep ende regt nederwaarts gaande in de aarde, en daarom moet men in 't verplanten van de Jonge Boompjes dezelve zeer wagten, want zoo men de regte hoofd- of hart-wortel breekt, is 'er geen hoope dat het Boompje opkomen zal, of ze moeten redelyk hoog zyn, als men ze verplant, wanneer het op de onderste spitze hart-wortel niet aankomt.

Daar is weinig onderscheid tusschen de Nagelen hier in Amboina wassende, want zy hebben schier alle eenderlei gedaante, en werden meest alle rood, alsse ryp worden, dog die 'er naauw opletten, kunnen drie zoorten uitvinden, eerst de gemene, die werd een weinig rood in 't rypen, de tweede is wat kleinder, maar werd bloed-rood, en heeten daarom by de Amboneesen Bugulawan Kiri, *na de roode verwe van den vogel Loeri, op Ambons* Kiri *genaamt, deze vallen meest op de Kust van Hitoe by het Dorp* Assaloelo, *als mede op eenige weinige plaatzen van* Leytimor, *de Boompjes van deze zoorte zyn breeder uitgebreid, en dragen meer Nagelen als de gemeene: Het derde geslagt, 't welk men 't wyfken noemt, blyft wit, en werd maar een weinig rood, dog de vrugt is grooter als de andere: Diergelyken zyn die van* Larique, *en zyn alle deze drie zoorten even goed, en Speceryagtig, dog de laatste bekwaamst om olie daar uit te branden; men heeft ook eenige Nagelen van vyf of zes spitzen of hoeken, dog die moet men voor geen byzondere zoorte houden, want zy groejen onder andere Nagelen, ook en moet men zich daar aan niet stooten, dat* Avicenna, lib. 2. cap. 311. *het* Caryophyllum *verdeeld in manneken en wyfken, noemende de gemeene Nagels wyfkens, en de dikke Moernagels mannekens vrugten; nadien hy, door de ongelykheid van gedaante, en grootte dezer Besien, buiten twyffel bewoogen is geweest te geloven, dat het vrugten van twee diversche Boomen waren, en het welk niemand moet wonder geven, te weten, dat dien geleerden Arabier in de kennisse dezer vrugten geabuseert is geweest; want, alhoewel deze Speceryen al by*

cognitione horum fructuum; licet enim aromata hæc ante octo circiter secula in nostrum deducta fuerint mundum, nostris tamen temporibus multæ falsæ narrationes, atque errores de Caryophyllis dispserguntur, ac creduntur, immo ab iis, qui Societatis negotiis aliquamdiu hisce in regionibus functi fuerunt, quique pro certo narrare nec dicere possent, quinam veri ac genuini Caryophylli arboris sint fructus, quando, & ubinam ejus flores progerminent: Duæ insuper aliæ Caryophylli arboris sunt species, quarum una potissimum habenda est tamquam abortus, seu naturæ lusus, non autem diversa species, quæ postea sub nomine *Caryophylli regii* describetur: Altera autem *Silvestre* est *Caryophyllum*, a vero plurimum differens, utraque in subsequentibus delineabimus capitibus.

Nomen. Hodierni Græci & Latini fructum hunc *Caryophyllum* vocaverunt; a *Carolo Clusio libr.* 1. *Exotic. cap.* 16. Caryophyllus dicitur, quod melius arbori convenit, uti *Malus* de arbore dicitur, *Malum* autem de fructu, rite autem distinguendus est a Caryophyllo a *Plinio* descripto *libr.* 12. *cap.* 7. qui longe alius est fructus, & ex *Scaligeri* sententia *exercit.* 146. *Cubebe* hodie dicta putatur: e contra Caryophylli *Plinii* temporibus Occidentali mundi parti nondum innotuerunt: Medicus Græcus *Paulus Ægineta* primus horum facit mentionem, qui *Caryophyllon* vocat, & *septimo suo libro* ita de hoc scribit: *Caryophillon* (tanquam diceretur Nucis folium) neutiquam substantiam habet, quæ per nomen denotatur, sed flores sunt lignosi & nigri, arboris cujusdam ex India delati, digiti circiter (transversalis nempe) longitudinem habentes, jucunde spirantes, acres, parum amari, calidi, & sicci usque in tertium fere gradum, qui multum habent usum æque in cibo ac medicamentis: *Caryophyllon* nomen sine dubio derivavit ab antiquo Arabico nomine *Karumpfel*, vel uti *Garcias* putat *libr.* 1. *arom. cap.* 21. *Calafur* & *Caraful*, quibus nominibus in hunc usque diem apud Persas, Arabes, & Turcas nominantur, atque innotescunt.

A *Caryophyllo* reliquæ depravatæ Europeæ denominationes suum habent ortum, uti apud Italos *Giroffeli*, apud Belgas *Garioffelen* &c. Portugalli illos vocant *Cravos* h. e. clavos seu ungues, uti Belgico idiomate *Nagelen* nunc quoque dicimus, atque hoc non inproprie ex eorum forma, quum parvum referant clavum, si supremum capitulum fuerit prolapsum: sic quoque Chinenses illos vocant *Thenghio* h. e. clavos odoriferos. Hodiernum nomen Malaicense est *Tsjancke* & *Tsjencke*, quod Portugalli scribunt *Chamka* & *Chamque*, quod nomen tamen Javanicum est, ac forte ab isto Sinensi *Thenghio* derivatum. Antiquæ autem Malaicenses denominationes sunt *Bugulawan* & *Bongulawan*: In Amboina hactenus vocantur *Buhulawan* & *Bugulawan*: In Ternata *Boholawa* & *Boalawa*: In Tidora *Gomode*. Maturi Caryophylli, matres dicti, Latinis (incertum quanam ex caussa) *Anthophylli*, & Belgice *Antoffelen* dicuntur, plurimum vero *Moernagelen*: Malaicenses hos vocant *Polong* & *Ibu Tsjenke*: Quæ Malaicenses & Amboinenses denominationes, uti quoque istud *Carafful*, & *Bonga Lawan* mihi indicant, veteres credidisse, fructum hunc esse florem arborum: In omnibus enim istis Indicis vocabulis floris significatio invenienda est, nec mirum est, veteres tam parum hosce cognovisse, quum Javani ac Sinenses hos tantum fructus incolis septentrionales mundi partes inhabitantibus vendebant, nec ullum admittebant in ignotis insulis Archipelagi hujus Orientalis, aliis persuadentes fructus esse in sua tantum patria crescentes, uti & primis Portugallicis & Belgicis navigatoribus hoc quoque persuaserunt: Capitula supremam Caryophyllorum partem occupantia a mercatoribus *Cabeletten* & *Gapaletten* vocantur, ac festucæ, quibus Caryophylli insident, *Fusti*, *Fjusti*, & *Fustons*, Portugallis *Baston*, quæ aromate proxime Caryophyllis accedunt; Prima Caryophyllorum germina, seu Alabastri Malaicensibus *Gagang* dicuntur, quo nomine festucas istas quoque denotant.

Locus. Nobilis hic fructus primis temporibus sedem suam fixerat in insulis tantum Moluccis, ac præcipue in *Mackian*, quæ jure Caryophyllorum genetrix habetur, & locus est sub ardente æquatore, & aliis extremis Orientalis Oceani plagis situs, cujus nomen vix vicinis populis notum erat, ita ut fama nobilis hujus fruc-

by de agt honderd Jaaren geleden, in onze weereld gebragt zyn, zoo ziet men nog heeden by onze tyden, datter veel misverstanden en onwaarheden van de Garioffel-Nagelen verhaald en geloofd werden, ja zelfs by die geene, die 's Edeles Compagnies Factoryen al lange in deze Landen waargenomen hebben, doch die evenwel niet zekerlyk zouden konnen verhalen, welke de regte en eigentlyke vrugt der Nagelbooms zy, wanneer, en waar het bloeizel voortkomt: Daar zyn nogtans twee andere geslagten van den Nagelboom, waar van het eene meest te houden zy voor een misgewas, en uitsporigheid, dan een ordinarische zoorte, dewelke hier na onder den naam van Konings-Nagelen *beschreven zal worden: Het ander is de* Wilde Nagel, *van de opregte zeer veel verschillende, en welke wy mede in de volgende Kapittelen beschryven zullen.*

Namen. *De hedendaagsche Grieken en Latynen hebben deze Vrugt* Caryophyllum *genoemt*, Carol. Clusius, lib. 1. Exotic. cap. 16. *noemtze* Caryophyllus, *'t welk beter op den Boom past, gelyk men zegt* Malus *van den Boom, en* Malum *van de vrugt, doch men moetze wel onderscheiden van het* Caryophyllum *door* Plinius lib. 12. cap. 7. *beschreeven, 't welk een gants andere vrugt is, en na* Scaligers *meininge*, Exercit. 146. *de hedendaagze* Cubebe: *Daarentegen de Nagelen zyn in* Plinius *tyden de Westerwereld noch onbekend geweest: Den Griekschen Arts*, Paulus Ægineta, *maakt het eerste gewag daar van, dieze* Caryophillon *noemt, en in zyn* 7. *Boek aldus daar van schryft*; Caryophillon (*als of men zeide Noote-blad*) *heeft geenzins de substantie, die het met zyn naam vertoont, maar het zyn stokagtige en swarte bloemen, van een boom uit India gebragt, in de lengte bykans van een vinger, (over dwars genomen) welriekent, scherp, een weinig bitter, heet en droog, schier tot in den derden graad, dewelke veelderlei gebruik hebben, zoo in de kost als medicamenten: Het woort* Caryophillon *heeft by buiten twyffel gefatsoeneert uit de oude Arabische namen* Karumpfel, *of, gelyk* Garcias *wil*, lib. 1. Arom. cap. 21. Calafur *en* Caraful, *met welke namen zy noch by de Persen, Arabiers, en Turken bekend zyn.*

Van Caryophyllum *zyn de andere verdorve Europische namen gekomen, als by de Italianen* Giroffeli, *by de Nederlanders* Garioffelen &c., *de Portugeesen noemense* Cravos, *dat is spykers ofte nagelen, gelyk wy ze in 't duits mede noemen, en dat niet onbillyk van haare gedaante, dewelke wel na een klein spykertje gelykt, als het bovenste bolleken daar afgevallen is: Insgelyks noemense de Chineesen* Thenghio, *dat is welriekende Nagels: De hedendaagse Maleitsche naam is* Tsjancke, *en* Tsjencke, *'t welk de Portugeesen schryven* Chamka *en* Chamque, *zynde egter een Javaansche naam, en misschien van 't voorschreven Sineese* Thenghio *afkomstig: Want de oude Maleitsche namen zyn* Bugulawan, *en* Bongulawan: *In Amboina heeten zy noch* Buhulawan, *en* Bugulawan: *In Ternaten* Boholawa, *en* Boalawa: *In Tidore* Gomode: *De Moernagels werden by de Latynen, (onzeeker uit wat oorzaak)* Anthophylli, *in 't duits* Antoffelen, *maar meest* Moernagelen *genaamt, de Maleyers hetense* Polong, *en* Ibu Tsjenke: *welke Maleitsche en Amboinsche namen, als mede het bovenstaande* Carafful, *en* Bonga Lawan, *my doen gissen, dat de ouden geloofd hebben, deze vrugt te zyn bloemen van boomen: Want meest in alle de bovenstaande Indiaansche namen kan men de beteekeninge van een bloeme vinden, en het is geen wonder, dat de ouden zoo kleine kennisse daar van gehad hebben, vermits de Javanen en Sineesen deze vrugten alleen aan de Inwooonders der westerlyke deelen des werelts verhandelden, en lieten niemand koomen in de onbekende Eilanden van dezen Oosterschen* Archipelagus, *haar wysmakende, dat het vrugten waren in haar land groeyende, gelykse noch aan die van de eerste Portugeese en Nederlandsche Scheepvaarden gedaan hebben: De knoppen, die boven op de Nagels zitten, worden van de Kooplieden* Cabeletten, *en* Gapaletten *genaamt, en de Steelen, daar de Nagelkens opstaan*, Fusti, Fjusti, *en* Fustons, *by de Portugeesen* Baston, *dewelke in Speceryagtigheid de Nagelen naast komen: De eerste uitspruitzelen en knopjens der Nagelen worden by de Malleyers* Gagang *genaamt, met welken naam zy ook de voorschreven steeltjes beduiden.*

Plaatzen. *Deze Edele vrugt had in voorige tyden haar eenige standplaats in de Moluxe Eilanden, principalyk op* Mackian, *'t welk met regt voor de moeder van de Nagelen gehouden wert, een plaats onder de brandende hitte des evenaars, en aan de uiterste deelen des Oosterschen Oceaans gelegen, wiens naam ter naauwer nood ook aan*

fructus in Europa utrosque Castiliæ & Portugalliæ reges commoverit, ut classibus suis incognitas hasce insulas, tamquam alteram *Colchidem*, investigarent, quique illos in ulteriorem adduxerunt nobis cognitionem, illi autem lascivia ac superbia gubernatorum suorum in incolarum odium prolapsi, ex possessione harum insularum detrusi fuerunt. Paulo ante Portugallorum adventum incolæ parvæ *Ceramæ*, *Hoeamohel* dictæ, Anthophyllos ex Mackian clam subduxerunt, inque sua regione terræ commiserunt, ubi læte progerminarunt, & copiose propagantur. Hunc autem honorem sibi tribuunt *Combellenses*, quem in finem in montibus suis circa pagos *Massili* & *Nouhatoe* binas tresve ostenderunt vetustissimas Caryophyllorum arbores, usque ad Belgarum imperium ibi observatas, quas matres reliquarum Amboinensium Caryophyllorum arborum habent, ex quibus singulis bona fruge totum *Babäar*, seu quingenta Hollandica pondera fructuum, immo sæpe plura decerpunt; brevi post *Hitoenses* simili illos acquisiverunt modo, suaque in regione plantarunt: *Leytimora*, seu parva Amboina, & insulæ Uliassenses nullos produxerunt Caryphyllos usque ad Belgarum adventum, quorum cura ibi primum plantatæ fuerunt hæ arbores, exceptis *Nussavivensibus*, qui jam Portugallorum tempore quosdam Caryophyllos ab *Hitoensibus* acceperant per magnam familiaritatem, quam cum illis in *Ternata* exercebant: In insula *Honimoa* gloriantur *Tiouwenses* & *Paperöenses* primos sese fuisse Caryophyllorum plantatores; sed hoc sine dubio haud diu ante Belgarum adventum erit peractum, quum ex Portugallorum scriptis appareat, nullas Uliassenses insulas ullos produxisse Caryophyllos: Hodie autem, quum primum variis cladibus ac bellis, dein vero certis pactis, & cum incolis statutis conditionibus in insulis Moluccis vastatæ sunt Caryophyllorum arbores, & exstirpatæ, nunc solummodo in Amboinæ provincia inveniuntur, non autem in omnibus ejus plagis, sed plurimum in Amboina proprie dicta, ac tribus minoribus vicinis peninsulis *Oma* nempe, *Honimoa*, & *Nussalauta*. In aliis enim adjacentibus locis ob continuam incolarum rebellionem omnes evulsæ fuerunt. Non magnas amant insulas, uti *Gelolo*, *Ceramam*, *Bouronem*, & *Celebem*, quæque in *Boero* crescebant, non ultra semi milliare a litore remotæ erant, quæ enim profundius in frigidioribus montibus crescunt arbores, fructus non læte producunt, similiter non nimis littori vicinæ locentur, ne aër marinus illas perdat, vel exurat.

A Javanis & Macassarensibus arbusculæ quædam simul cum terra, ut & Anthophylli, transvectæ fuerunt, quæ læte satis excreverunt, & justam acquisiverunt altitudinem, sed fructus producere ibi recusarunt: Unde apparet, quod summus rerum arbiter sapienter singulæ regioni suas collocaverit divitias, Caryophyllosque in Moluccensium regno constituerit, extra quod nulla humana industria propagari, vel perfecte coli possunt; comprehendimus autem sub Moluccensi imperio insulas quoque *Boero* & *Xulas*, quæ antea sub Ternatensi ditione fuerunt, atque partim adhuc ipsi subjectæ sunt.

Claudius Salmasius in *Homonymis* post *Solinum cap.* 95. annotavit, *Avicennam* primum fuisse, qui indicavit Caryophyllos apud Sinæ populos, h. e. Sinenses crescere, quod ita intelligendum est: Sinenses mercatores antiquis temporibus Moluccas frequentarunt, indeque Caryophyllos in suam reduxerunt patriam, qui tum in Moluccis in nullo erant pretio, hos iterum aliis peregrinis vendiderunt, vel ad illos transmiserunt, illisque persuaserunt, fructus esse in patria sua provenientes & crescentes. Simulque addo, Sinenses forte tum temporis hisce fructibus nomen *Tenghio* imposuisse, unde Malaicenses & Moluccenses suum *Tsjenke* deflexerunt, vera enim nomina indigena sunt *Boa Lawan*, *Boengoe Lawan*, & *Bugu Lawan* h. e. fructus, seu flos clavum referens.

Idem *Salmasius* putat meliore jure Caryophyllos aromaticos *Anthophyllos* vocandos esse, cum decerpantur, quum floreant, & Caryophyllos matres, seu Anthophyllos Caryophyllos dicendos esse, dum revera nucem referant minorem, & intus unicum gerant nucleum, instar Olivæ ossiculi, sed tempore nomina hæc sunt commixta, & permutata: Idem quoque auctor putat, *Caryophyllum Plinii* idem cum nostris esse Ca-

de naburige volkeren bekend was, zoo dat het gerugte van die Edele vrugt in Europa de beide Koningen van Castilien *en* PORTUGAAL *met haare vlooten, elk om 't zeerst, deze verborgen Eilanden, als een tweede* Colchis, *dede opzoeken, en dewelke ons dezelve in naarder kennis gebragt hebben, en zy lieden daarentegen zyn door baldadigheid, en hoogmoed van haar garnisoenhouders in den haat der Inlanders gekomen, en ook uit het bezit dier Landen gestooten: Kort voor de aankomst der Portugeesen hebben de Inlanders van klein* Ceram, *genaamt* Hoeamohel, *de Moernagels van Mackian heimelyk ontvoert, en die op haar land geplant, alwaarse zeer weeldrig vermenigvuldigden: Deze eer schryven haar die van* Combello *toe, tot welk bewys zy lieden in haar gebergte, by de Negorytjes* Massili, *en* Nouhatoe, *getoont hebben, tot diep in de tyden van de Nederlandsche regeering, twee a drie groote en zeer oude Boomen, diese voor de moeder van alle de Ambonische Nagelboomen wilden gehouden hebben, en waar van zy in een groot mousson van yder Boom een* Bahaar *of* 550. *Hollandsche ponden, en zomtyds meer, hebben afgeplukt, kort hier na hebbense de* Hitoeesen *mede op diergelyken manier bekoment, en in haar Land geplant:* Leytimor *(ofte klein Ambon) en de Uliassersche Eilanden hebben geen Nagelen gehad tot de komste der Hollanders toe, door welkers last zy daar eerst geplant zyn, behalven die van* Nussavive, *dewelke al in de Portugeessen tyd eenige Nagelen van de* Hitoeesen *bekomen hebben door de groote gemeenschap, die ze met dezelve in* Ternaten *hielden; op het Eiland* Honimoa *roemen haar die van* Tiouw *en* Paperoe, *datze de eerste Nagelplanters geweest zyn, maar dit zal buiten twyffel niet lange voor der Nederlanders aankomst geweest zyn, vermits uit der Portugeese schriften genoegzaam blykt, dat gene van de Uliassersche Eilanden in haar tyd Nagelen gehad hebben: Hedensdaags, na datze door verscheiden ongevallen en oorloogen, doch meest door contrakten met de Inwoonders aangegaan, in de Molukkos uitgeroeid zyn, werdense nu alleenig gevonden in de Provincie Amboina, en dat noch niet in alle gedeeltens daar van, maar meest op het Eigentlyke Amboina, en de drie kleine daar aangelegene Eilandekens,* Oma, Honimoa, *en* Nussalaut: *Want op andere naburige plaatzen zynze, wegens de gedurige rebellie der Inwoonders, allegaar uitgeroeit. Zy wassen niet gaarne op groote Eilanden, als* Gelolo, Ceram, Bouro, *en* Celebes, *die op* Boero *wassen, stonden niet boven een halve myl van strant, want die diep in 't koude gebergte staan, willen niet wel dragen: Insgelyks moetense ook niet te digt op strant staan, op datze de zee-lugt niet bederve, of verbrande.*

Door de Javanen en Makassaren zyn ook wel eenige Boompjes, en Moernagels na haar land met de aarde vervoert, die ook groot geworden zyn, maar zy hebben aldaar gene vrugten willen dragen: Blykende dierhalven, dat God den Heer, zeer wysselyk aan yder Land zyn rykdom gevende, de Nagelen binnen den omkring van het Moluxe *gebied beslooten heeft, waar uit zy door geen menschelyke naarstigheid te brengen zyn, wy verstaan onder het Moluxe gebied mede de Eilanden* Boero, *en* Xulas, *dewelke voor dezen onder de Kroon van* Ternaaten *gestaan hebben, en ten deele noch staan.*

Claudius Salmasius *in zyne* Homonymis *agter* Solinus *gesteld,* Cap. 95. *heeft aangemerkt, dat* Avicenna *den eersten geweest zy, die gezegt heeft, dat de Nagelen by de volkeren* Sinæ, *dat is, Sineesen groeyen, 't welk men aldus verstaan moet. De Sineesse Koopluiden hebben in oude tyden de Molukkos gefrequenteert, en van daar de Nagelen naar haar Land gevoerd, dewelke doen in de Molukkos noch in geen agting waren, dezelve hebbense dan wederom of aan de vreemde verkogt, of dezelve toegevoerd, en wysgemaakt, dat het vruchten waren in haar Land groeyende. Ik doe daar by, dat misschien de Sineesen doenmaals aan deze vrugten den naam van* Tenghio *gegeven hebben, waar van de Maleyers, en Molukkanen haar* Tsjenke *gemaakt hebben, want de regte Inlandsche naamen zyn* Boa Lawan, Boengoe Lawan, *en* Bugu Lawan, *dat is een vrugt, of bloem, die naar een spyker gelykt.*

Dezelve Salmasius *meent, dat men met beter reden de Specery-Nagelen behoorde* Anthophylla *te noemen, dewylse geplukt werden, alse noch in 't bloeyen staan, en de Moernagelen* Caryophylla, *dewylse in der daad naar een Nootken gelyken, en van binnen een korrel, als een Olyfsteen hebben, doch metter tyd zyn deze benamingen verwisselt, waarmede ik my conformere. Noch sustineert hy, dat* CARYOPHYLLUM PLINII *een en het zelfde zy met onze Nagelen,* doch

C
C
D
A
D
F
b
a
b
G
D
D
E
B

Caryophyllis, *Plinium* vero *Cabelettas* pro vero habuisse fructu, quæ re vera Piperis granum referunt, ipsosque Caryophyllos pro festucis habuisse, uti & Plinius alio in loco Corallia rubra, quæ filo trajiciuntur amenti gratia, pro Corallii arboris fructibus habuit, prætereaque Caryophyllo suo jucundum tribuit odorem; Caryophylli itaque longe ante *Paulum Ægnietam* occidentalibus populis jam innotuissent, quod difficultatem includit, dum apud nullum antiquiorem alium Auctorem horum fiat mentio.

doch dat Plinius *de Cabeletten voor de regte vrugt heeft aangezien, de welke in der daat een Peper-korrel gelyken, en de Nagelen voor de steelen, gelyk hy op een ander plaats de roode Coraalen, die men aan de snoeren rygt, voor de vrugten van den Coraal-boom aangezien heeft, en daar en boven zyn Caryophyllum een goeden reuk toeschryft. Dies zouden de Nagelen al lang voor* Paulus Ægineta *aan de Wester werelt bekent zyn geweest, 't welk zyn zwarigheyt heeft, dewyl men by geen ouder Autheuren gewag daar van vint.*

EXPLICATIO

Tabulæ Primæ,

Exhibentis ramum *Caryophylli* floribus ac fructibus onustum; Malaicensibus *Tsjenke* dicti.

A. *Gagang*, seu prima Caryophyllorum rudimenta.
B. Caryophylli completi.
C. Caryophylli florentes.
D. *Caryophylli* matrices, seu *Anthophylli.*
E. *Internum* Caryophyllorum matricum *offiulum.*
F. *Eruca*, quæ quibusdam annis ipsam *Caryophyllorum arborem* perforat.
G. *Oblongus vermis*, qui ramos, ac foliorum raches per longitudinem *a b* depascit.

AANWYSINGE

Van de Eerste Plaat,

Verbeeldende een tak van den *Nagelboom* met zyn bloem en vrugten, by de Maleyers *Tsjenke* genaamt.

A. *Gagang*, of de *eerste Schepselen* der *Nagelen.*
B. De *volwasse Nagelen.*
C. *Bloeiende Nagelen.*
D. De *Moernagelen.*
E. De *Binnenste korrel* van de *Moernagelen.*
F. Een *Rupse*, die op sommige jaaren den *Nagelboom* doorbyt.
G. Een *langwerpige Worm*, die de takken, en ryskens in de lengte *a b* doorknaagt.

OBSERVATIO.

CARYOPHYLLUM a variis denominatum est, sed a nullis descriptum auctoribus, quale à nostro *Rumphio.* Denominatur autem a *Pluknet.* in *Almag pag.* 88 CARYOPHYLLUS AROMATICUS *Indiæ Orientalis, fructu clavato Monopyreno.* & in *Phytogr. Tab.* 155. *Fig.* 1 exhibetur. à *Casp. Baub.* in *Pinace p.* 410. CARYOPHYLLUS AROMATICUS *fructu oblongo*, & a *Breyn. Prodr.* 2. *pag.* 49 alterius Editionis. *Tournef. Inst. p.* 661. à *Dalechampio* in *Histor. Lugd. pag.* 1759. CARYOPHYLLI AROMATICI, & a *Joh. Baub. part.* 1. *pag.* 423. CARYOPHYLLI INDICI. a *Clusio* in *Exot. p.* 16, & *Acost. p.* 267. à *Pisone* in *Mantissa arom. p.* 177. TSCHINKA. Vide porro *Hortum Cliffort. p.* 207. & *Samuel: Dale Pharmac. p.* 323. qui varia insuper exhibet Synonyma, ac virtutes Medicas. Ut & *Weinmann. Phytanthoz. p.* 62. *Tab.* 324. *litt.* a. & *Rumphii Observat.* 21. *p.* 50 *dec.* 2 *ann.* 1. *Naturæ, Curios.* de Caryophyllis, ut & *Valent. Musæum Musæor. Libr.* 2. *Sect.* V. *Cap.* VII. *p.* 449. *Tab.* 2. ac *Fr. Valentyn, Amboinæ descript. p.* 144. *No.* XXXI. & BLACKWELL. *Herbal. Tab.* 338.

AANMERKINGE.

De NAGELBOOM is van verscheide Schryvers benaamt; dog van niemant zoo wel beschreven, als van onzen *Rumphius*; van *Pluknet* in zyn *Almag. pag.* 88. wert ze genaamt CARYOPHYLLUS AROMATICUS *Indiæ Orientalis, fructu clavato Monopyreno*, en in zyn *Phytogr. Tab.* 155. *Fig.* 1. verbeeldt. van *Casp. Baub.* in zyn *Pinax p.* 410. wert ze CARIOPHYLLUS AROMATICUS *fructu oblongo* genaamt; en van *Breyne*, in zyn *Prodr. Secund pag.* 49. van de tweede Druk; en CARYOPHYLLI AROMATICI van *Dalechamp* in zyn *Histor. Lugd. pag.* 1759. van *J. Baub. Histor.* eerste deel. *pag.* 423. CARYOPHYLLI INDICI. Van *Clus. Exot. p.* 16. en *Acost.* van *Clus. p.* 267. van *Piso* in zyn *Mantissa aromat. p.* 177. TSHINKA. Zie verders de *Hortus Cliffort. p.* 207. en *Samuel Dale* in zyn *Pharmacol. p.* 323, die nog verscheide benamingen, en der zelver kragten opgeeft. Als mede *Weinmann* in de veelvuldige benaming, en Beschryving der planten *pag.* 76. *Tab.* 324. *lett. a*, en *Rumphii Observat.* 21. *p.* 50. *dec.* 2. *ann.* 1. de Caryophyllis; als mede *Valentin. Musæum Musæor. Libr.* 2. *Sect.* V. *Cap.* VII. *p.* 440. *Tab.* 2. en *Fr. Valentyn* Beschryving van *Ambon. p.* 144. *No.* 31. en BLACKWEL *Herbal. Tab.* 338.

CAPUT SECUNDUM.

Cultura, Messis, & Virtutes Caryophyllorum.

DUm, uti dictum est, *Caryophylli* in Amboinam aliis ex locis fuerunt translati, hinc majori cura hic sunt colendi, & tractandi, quam in naturali ipsorum patria *Mackian* &c. ubi clima sponte illos producit, atque sine ullo hi labore progerminant: E contra hic in Amboina ab incolis diligenter excolendi sunt, atque ubi desiderantur, etiam plantandi: Arbusculæ autem juniores umbram aliarum arborum, sed non opacam amant, adultiores autem si fuerint, reliquæ Silvestres arbores sunt exstirpandæ, ut fertiliores sint, atque ab una alterave parte frugifera tantum relinquenda arbor est, ita ut silva ex Caryophyllis arboribus consita sit jucundi adspectus, ambulationibusque apta, quum nullæ silvestres, vel majores plantæ ibi relinquantur, quæ caussa quibusdam incognita quum fuerit scriptoribus, hi putarunt, & indicaverunt, Caryophyllos tam calidæ esse naturæ, ut nullæ sub hac arbore crescere possent herbæ, quod autem potissimum continuo hominum labore impeditur: Si enim Caryophyllorum arbores non depurentur, silvestres herbæ adeo arcte & copiose ipsis accrescunt, ut pereant, vel silvestrem induant naturam. Immo Caryophylla non ita arcte locanda sunt, ut sese invicem tangant, tales enim arbores instar Laricum altissimè crescunt, nec multos dant fructus; Compertum quoque fuit, Caryophyllum læte crescere inter

II. HOOFDSTUK.

Aanqueking, Oegst, en krachten van de Nagelen.

DEwyl, als gezegt is, de Nagelen in Amboina van elders overgebragt zyn, zoo moet men ze aldaar met wat meerder moeyte havenen, dan in haar natuurlyk Vaderlandt Mackian *&c. daar ze dien Landaart van zelve liet opwassen, zonder eenige moeyte daar aan te doen: daar en tegen hier in Amboina moeten ze door de Inlanders zorgvuldiglyk waargenomen, en daar men ze hebben wil, aangeplant worden: de jonge boompjes willen wel onder de schaduwe van eenig dun geboomte staan, maar groot geworden zynde, moet men al het wilde geboomte daar tusschen uytroeyen, op dat ze te vrugtbaarder werden, latende slegts hier en daar een vrugtboom staan, zoo dat een regt Nagelbos zeer playzierig is om aan te zien, en gemakkelyk te doorwandelen, vermits men geen groote ruygte daar onder laat opkomen, welke oorzaak eenige Schryvers onbekent zynde, zoo hebben zy gemeent en voorgegeven, dat de Nagelen van een zoo heeten natuur waaren, datter gants geen groente onder dien boom wasschen konde, doch 't welk veel meer door jaarlykzen arbeid der menschen geschiet: want indien men de Nagelboomen niet zuivert en havent, dan groeid de wilde ruigte zoo digt daar tegen op, datze verstikken en verwilderen: Ja zelfs mogen de Nagelen niet zoo digt staan, datze malkanderen raaken, want dezulke schieten zoo hoog op als Sparren, en draagen niet wel: men heeft ook ervaaren, dat den Nagelboom zeer wel staan wil tusschen andere*

ter alias frugiferas arbores, uti inter *Canarium*, *Gajangam*, *Calappum* &c. quæ ſi exſtirpantur, Caryophyllorum arbor ſenſim marceſcit, & languet, pauciores-que producit fructus: Attendendum autem eſt, ne tales frugiferæ arbores umbra ſua opprimant Caryophyllum, ſed ſemper ita diſtent, ne ſeſe invicem tangant: Obſervatum itidem eſt, Caryophyllum plantatum, vel terræ commiſſum in altioribus incultis Silvis, arborem hanc ſatis excreſcere in altum, magnaque producere folia, paucos autem gerere fructus, immo totam degenerare in alteram ſpeciem, quæ Silveſtres Caryophylli dicuntur, nec aromaticam habent vim, quod tamen raro fit, & hinc parum eſt notum.

Si Caryophylli incipiant rubeſcere vel florere, inſalubre habetur diu in talibus ambulare Silvis, quum Cephalalgiam cauſſant; hoc tamen magis ferventibus menſibus Octobri & Novembri adſcribendum eſt.

Arbores, quæ ex Anthophyllis progerminant, altiſſimè, ac vegete creſcunt, plurimæque ſimplici erecto trunco, quum autem hæ difficillimæ ſint adſcenſui, ac plura producant folia, quam fructus, hinc incolæ illas contemnunt, unde plurimum tranſplantantur arbores, licet enim harum arbuſcularum tranſplantatio ſit laborioſa, atque incerta, donec hominis altitudinem acquiſiverint, ramis tamen latiûs ſeſe extendunt, facilioremque præbent adſcenſum, melioresque dant fructus, & copioſiores: Non ſunt plantandæ in ſolo ſabuloſo, vel duro argilloſo, vel ubi carex creſcit, ſed in nigro læte creſcunt ſolo, ſub quo per Palmæ latitudinem obſcure flava invenitur terra, hinc inde majoribus mixta lapillis, & uti dictum fuit, locus iſte arbuſculis obumbratus ſit, quales ſunt agreſtes arbores, ſub quibus herba *Ruttu Ruttu* (certa Muſci terreſtris ſpecies) copioſe creſcit. Quas porro incolæ cautelas ſpecificas circa plantationem harum arbuſcularum obſervent, ut rite has teneras colant Caryophylleas arbores, non utile erit omnia illa enarrare.

In inſulis Moluccis juniores arbuſculæ ſeptimo vel octavo anno fructus producere ſolebant, in Amboina vero decimo vel duodecimo ætatis anno, tumque utile foret, primos illos fructus ſponte prolabi, quum multum faveret arboris hujus incremento. Antea omni triennio in Amboina, nunc autem plurimum omni quadriennio copioſa eſt horum fructuum ſeges.

Immo in Hitoëæ ora copioſa illa ſeges in ſextum vel ſeptimum ſæpe extenditur annum, cujus cauſſa eſt, quod incolæ arbores haſce inclementer, ac ruditer tractent, quum colligant fructus, tot tantoſque ſæpe avellentes ramos, ut longum requiratur tempus, antequam acceptum reſarcire valeant damnum. Minores intervenientes fruges *Moeſſon Salattam* h. e. Zephyreæ tempeſtates vocantur, quum continui Zephyri multas adferant pluvias frigidas, quæ efficiunt, ut loco primorum fructuum germinum, nil niſi folia propullulent: Major autem iſta ſeges, ſeu uberior iſta tempeſtas non in omnibus locis æqualis eſt, ſeu ſimul eodem incidit tempore, ita ut una terræ plaga optimam producat frugem, altera autem ipſi vicina fere nihil. Caryophyllorum collectio ſequenti peragitur modo. Si Caryophylli in corymbis rubri appareant, floresque hinc inde ſeſe prodant, proximaque corymbo folia plurima decidant, tum omni ope collectio fructuum horum eſt inſtituenda. Primum ſub arboribus terra depuratur, quæ ſcopis verritur, dein quidam arborem conſcendunt, proximoſque ramulos manibus attrahunt, fructuumque corymbos manibus diffringunt, remotioreſque ramos baculis hamatis adducunt, iterumque corymbos decerpunt, quos corbibus imponunt, vel plerumque in terram projiciunt: Alii in terra locati ramos ſæpe totos diſcerpunt, qua attractione ſæpe tot diſrumpuntur rami, ut arbor dein per aliquot annos quieſcere debeat, antequam vires ſuas recuperet. Magis rudiier autem illi agunt, qui laqueis ex Rottanghæ, & Goemut filis confectis ſuperiores ramos vi attrahunt, ſeu longioribus baculis ramos decutiunt, quo fit, ut arbores quam maxime lædantur, qui autem arbores ſuas in majori habent pretio, hunc non inſtituent colligendi modum, ac non niſi ſummos tantum læviter decerpent corymbos.

Virides hi avulſi Caryophylli quibuſdam in locis, præſertim in *Larique*, primum aquæ fervidæ immerguntur, dein amplis obteguntur foliis, tigilliſque inponun-

dere Vrugtboomen, als Canaris, Gajang, Calappus *&c. en zoo men deze daar uitkapt, dat den Nagelboom merkelyk zal beginnen te treuren, en minder te dragen: Doch dient gelet, dat zoodanige Vrugtboomen de Nagelen met haare ſchaduwe niet moeten onderdrukken, maar altyt zoo ruim ſtaan, datſe malkanderen niet en raaken: Insgelyks is bevonden, dat zoo den Nagel geplant, of gezaait wert in hooge wilde boſſchen, den Boom als dan wel hoog opſchiet, en groote bladeren krygt, maar weinig vruchten draagt: Jaa geheel en al veraert in een ander geſlachte, 't welk men wilde Nagelboomen noemt, die gantſch niet ſpeceryagtig zyn, doch 't welk echter zelden gebeurt, en daarom weinig bekent is.*

Als de Nagelen beginnen root te werden, en te bloeyen, agt men het voor ongezont, lang in die boſſchen te wandelen, om datſe hooftpyn veroorzaaken, doch 't welk egter veel meer de heete maanden October en November toe te ſchryven is.

De Boomen, die van Moernagels opkoomen, ſchieten zeer weeldrig en hoog op, meeſt met een rechte ſtam, maar vermits deze zeer moeilyk zyn om te beklimmen, ook meer bladeren dan vrugten dragen, zoo haaten de Inlanders dezelve, weshalven het meeſte deel verplant wert, want al is het verplanten dezer boompjes veel moeite en zorgen onderworpen, tot datſe de hoogte van een Man krygen, zoo verbreiden zig echter deze boomen met de takken veel wyder uit, zyn gemakkelyker te beklimmen, en draagen ook beter vruchten: Zy moeten in geen zandige noch harde kleygront geplant werden, noch daar het lange ſnygras ſtaat, maar komen beſt voort op ſwarte gront, daar een hand diep onder bruine en donkere geele aarde begint, hier en daar vermengt met groote ſteenen, en, als gezegt; de plaats moet met eenige laage boompjes beſchaduwt wezen, gelyk daar zyn de Landboomen, onder welke het kruyd Ruttu Ruttu *(zynde een zoort van aart-mos) overvloedig waſt. Wat naaukeurigheit de Inlanders verders in 't aanplanten van de Nagelboompjes moeten agtervolgen, om deeze teere Boomen op te brengen, zal niet noodig zyn ſtiptelyk op te haalen.*

In de Molucce *Eilanden plagten de jonge boompjes op het zevenſte of agtſte jaar vruchten te dragen, maar in Amboina moetenze al* 10 *a* 12 *jaaren out zyn, en dan waſt het noch al raatſaam, dat men de eerſte vrugten, van zelfs liet afvallen, naa dien het tot de wasdom van dit boompje veel zoude helpen. Voor dezen plagt alle drie jaren in Amboina een groot Gewas te zyn, maar het is nu meeſt op het vierde jaar gekomen.*

Jaa op de Kuſt van Hitoe *verſchillen de groote* Moeſſonnen *zomtyts wel zes en zeven jaaren van malkander, waar van de oorzaak is, dat de Inlanders deze boomen zeer ongenadelyk handelen, by het in-oegſten zoo veel takken ſcheurende, en breekende, datſe een langen tyt ruſt vereyſchen, om de geledene ſchaade wederom te verzetten: De tuſſchenkomende kleine Sayſoenen heet men* Moeſſon Salattan, *dat is Zuid-ſayſoen, om dat de geduurige zuide winden veele koude reegens bybrengen, dewelke veroorzaaken, dat in plaats van de eerſte Schepzelen of Gagans, niets dan bladeren voortkomen: Het groote* Moeſſon *valt niet op alle plaatzen te gelyk, zoo dat de eene ſtreeke des Lands een groot gewas zal hebben, en de naaſt daar aangelegen niet: Het in-oegſten der Nagelen geſchiet aldus: Als de Nagelen maar aan de kroontjes beginnen root te werden, en het bloeizel hem hier en daar vertoont, en de naaſte bladeren aan het kroontje meeſt afgevallen zyn, dan moet men de inſameling met alle magt ſpoeden: Vooreerſt zuivert men de gront onder de boomen, en veegt die met beſemen, daar naa klimmen eenige op den boom, de naaſte takjes haalenſe met de hant naa haar, en breeken de kroontjes met haar handen af, de verdere takken moetenſe met Bamboezen, daar haaken aangebonden zyn, naa haar toe trekken, en de trosjes afbreeken, dieſe dan in haar korfjes ſteeken, of meeſtendeel om laag laaten vallen: Anderen, die beneden ſtaan, hakken insgelyx de takken geheel af, en door dit rukken werden zoo veel takjes gebrooken, dat den boom eenige jaaren daar na ruſten moet, eer hy zyn kragten wederom krygt: Noch rouwer gaan zy te werk, die met ſtroppen, van Rottang en Goemut-touwen gemaakt, de bovenſte takken met gewelt naa haar trekken, of met lange ſtokjes de takjes afſlaan, waar door de boomen zeer geſchonden, en gekrenkt werden, maar die zyne boomen in waarde hout, zal deze manier niet gebruyken, en by het in-oegſten niet meer als effen de trosjes af breeken.*

De afgeplukte groene Nagelen werden op eenige plaatzen, inzonderheid op Larique, *eerſt in het water gedoopt, daar na met breede bladeren toegedekt, op ſparre in den rook ge-*

ponuntur, ut fumo inprægnentur, atque sub his fumeus locatur ignis, per aliquot dies ita in fumigio relinquuntur, quod *Soffo* dicitur, unde ruffum acquirunt colorem: Plurimi autem incolæ ita fumo illos suffocant, nec antea in aqua illos immergunt, hique suffuminati Caryophylli ardenti tum soli exponuntur, & exsiccantur, vel pluvioso tempore supra ignem in fumo, in sole autem multo melius est, tumque nigrum mox induunt colorem, *Laryxenses* autem Caryophylli non penitus atri sunt, sed ruffi manent: Experimentum autem, an bene sint siccati, in eo consistit, quod unguibus abradi possit quædam portio, atque intus læte purpureum præbeat colorem, qualis est Cerasi dissecti. Tales autem Caryophylli, qui sine hac suffocatione seu suffumigio in sole vel fumo tantum exsiccantur (quod fit cum iis, qui sponte decidunt, vel si tam parva sit portio, ut suffocationis labor ipsi non respondeat,) rugosi sunt, leves, & sordidi, hique ab emptoribus ac questoribus recusantur, vel seliguntur, quos ut fallant, Incolæ solebant illos tingere fumo *Dammar*, hoc autem detegi potest, si manus commaculent: Vera horum fructuum messis est ab Octobri usque in Decembrim, subsequentibus vero mensibus lanci inponuntur, si a festucis aliisque sordibus fuerint depurati, capitula *Kabeletten* dicta remanent, sed hæc sensim sponte decidunt, unde semper in ingentibus Caryophyllorum acervis magna grumæ quantitas ex delapsis hisce capitibus floribusque emarcidis apparet, & invenitur.

Sin mercatoribus tradantur Caryophylli, nulli Anthophylli, vel albi isti Caryophylli admixti sint, quum in utrisque nulla reperiatur aromatica vis: Silvestres vero Caryophylli facillime dignoscendi sunt, quum multo sint majores, pallidiores, magisque insipidi quam vulgares seu veri, nec Incolæ facile illos admiscebunt, gnari satis, quod hoc ob crimen plecterentur. Ex Ternatensium relatione Caryophyllum ultra centum annos vivere potest, quum circa *Anian* in regione *Hoeamobel* Caryophyllum fuerit observatum, quod in primis bellis cum *Kimelaba Madyra* fuerit amputatum, & ex incolarum computatione tum centum & triginta implebat annos; erat hæc arbor tam vasta & crassa, ut duo vix viri illam brachiis amplecti possent; Unicâ hæc arbor vice gerebat duo Bahara, h. e. 1100 pondera Caryophyllorum, & ante quinquaginta annos, quum Hitöenses Belgas in hanc advocarent terram, ex eadem arbore unum Bahar h. e. 550 pondera Caryophyllorum decerpserunt, quos Belgis tanquam speciem donarunt. Hodie autem non ita senescunt, cujus caussa putatur esse memorata ista rudis fructuum collectio, seu quod Amboinæ montes sunt frigidiores, quam Moluccæ. Circa enim annum 1666 in Hitoaë variæ perierunt Caryophyllorum arbores præ senectute, quæ juxta incolarum relationem plantatæ fuere sub imperio *Frederici Houtmanni* primi Amboinæ gubernatoris, h. e. ante sexaginta circiter annos: In aliis Leytimoræ plagis quædam etiam jam intereunt, quæ sub gubernatore *Hermano Speultio* h. e. ante quinquaginta annos plantatæ fuerunt; Maximum autem damnum patiuntur ex ingenti & insolito tempore sicco, quod quibusdam annis hancce vexat Provinciam; Caryophyllum enim natura sua est fervidum, humidumque expetit aërem, unde modicas pluvias, solumque humidum desiderat, alioquin perit arbor.

Maxima autem harum arborum pestis est vermis quidam forma vulgarium alborum Cossorum, seu Erucarum, durum & ex nigro fuscum gerens caput: Teredo hæc in ipso gignitur & crescit ligno, unde arbor brevi perit, quod dignoscitur, si ejus truncus hinc inde lachrymas emittat, atque ex hocce vitio anno 1667 & subsequentibus multa millia arborum in Leytimora & Hitoënsi plaga perierunt.

Caryophylli, præterquam quod ab hominibus, a quadruplici insuper avium genere propagantur, per virides nempe & albas palumbas, per avem annuam dictam, & Casuarim, uti in Banda per easdem palumbas Nuces Moschatæ propagantur.

Usus. De Caryophyllorum usu hoc in loco pauca dicemus, partim quum eorum usus satis per Europæos libros sit divulgatus, partim quum in India parum usurpentur: Videtur enim naturæ Creator hosce produxisse non tam in usus ferorum horum incolarum, quam in Europæorum commodum, ac præsertim Boreali populo. Quum enim Caryophylli fervidam habeant essentiam, superantem fervore, non autem

gelegt, en daar onder een smookent vuur gestookt: Men laatje eenige etmaalen aldus smooren, 't welk men Soffo *noemt, waar vanze een rosse koleur krygen: De meeste Inlanders smoorenze alzoo in den rook, zonder dezelve te vooren in water te steeken, en deze gesmoorde Nagelen werden als dan in de heete Son gedroogt, of by regenagtig weer boven 't vuur in den rook; maar in de Son is het veel beter, en krygen als dan eerst haar swarte koleur, doch de* Laryxse *Nagelen worden niet regt swart, maar blyven bruin: De proeve van wel gedroogt te zyn is, dat menſe met de Nagel kan afknippen, en binnen een paars purper als van een opengesneden Kersse vertoonen: Die gene, die zonder dit smooren slegts in de Sonne of rook gedroogt werden ('t welk geschied met die van zelfs afvallen, of alsse zoo we'nig hebben, datse de moeite van 't smooren niet waard zyn) werden rimpelig, ligt, en ongezien, en van de Ontfangers uitgeschooten, om welke te bedriegen, plegen de Inlanders die met den rook van* Dammar *te verwen, doch dat gemerkt kan werden, als zy de handen besmetten: Den rechten Oegst is van* October *tot December, in de volgende maanden brengt menſe ter schaal, alsse van de steelen, en andere vuiligheden wel gezuivert zyn, maar de Kabeletten kunnen zy niet wel afkrygen, doch die vallen metter tyd van zelfs af, weshalven men onder alle Nagelhoopen altyd een goede partye gruis van deze afgevallene Kabeletten, en droog bloeizel vint.*

In 't leveren aan de Koopluiden moeten 'er gene beginnende Moernagels, of voorschreve witte Nagelen onderlopen; want in die beide geen speceryagtigheit en is. De wilde Nagelen kan men zeer ligt kennen, want die veel grooter, bleeker, en onsmaakelyker zyn als de regte, de Inwoonders zullense niet ligt daar onder mengen, vermits ze wel weten, datse daar over gestraft worden: Volgens het zeggen der Ternatanen zoo kan de Nagelboom over de 100 jaar out worden, hebbende omtrent Anien*, op 't Land* Hoeamohel*, een Nagelboom gestaan, die in de jongste Oorloogen met* Kimelaha Madyra *omgekapt is, na reekening der Inlanders, doenmaals 130 jaren out zynde: hy was zoo groot en dik, dat hem pas twee mannen omarmen konden: hy droeg in een vol Sayzoen twee Baharen, (dat is 1100 ponden Nagels) en vyftig jaren te vooren, wanneer de Hitoeesen de Nederlanders in dit Land wilden roepen, hebbense van denzelven Boom een Bahar dat is 550 ponden Nagelen geplukt, om die aan dezelve tot een monster te vereeren: Hedensdaags werdense zoo out niet meer, waar af de oorzaak is, zoo men gist, de voornoemde rouwe handelinge, of dat Amboina kouder bergen heeft dan de Moluccos: Want omtrent het jaar 1666, zyn op Hitoe uitgegaan eenige Nagelboomen alleen van ouderdom, dewelke na 't zeggen der Inlanders geplant zyn onder de Regeering van* Fredrik Houtman*, eerste Gouverneur van Amboina, dat is omtrent voor 60 jaren: Op andere plaatzen van Leytimor beginnen mede al eenige uit te gaan, dewelke onder den Gouverneur* Herman Speult*, dat is voor 50 jaren, geplant zyn; het meeste perykel lyden de van de groote ongewoone droogte, die zommige jaren deze Provincie quelt: Want de Nagel is van natuuren heet, en vochtgierig, en wil derhalven een matigen reegen en vochtige gront hebben, of anderzints gaat hy uit.*

Dan de grootste pest van alle is een zeeker gewormte, in de gedaante van de gemeene witte houtwormen, ofte Rupse, met een hart en swart bruin hooft: dewelke binnen in 't hout groeidt, en den boom in korten tyt doet sterven, waar van de teykenen zyn, als den stam hier en daar begint te traanen, en zyn van deze quaale Ao. 1667 en de volgende jaren veele 1000 boomen op Leytimor, en de kust van Hitoe uitgegaan.

De Nagelen werden behalven door de Menschen, noch door vierderley Vogels voortgeplant, te weten door de groene en wilde witte Duiven, door den Jaar-vogel, en de Casuaris*, gelyk in Banda door dezelfste Duiven de Nooten-mufschaten voortgeplant werden.*

GEBRUIK: *Van 't gebruik der Nagelen zullen wy op deze plaats weinig spreeken, ten deele om dat het zelve al genoegzaam in de Europiaansche Kruydboeken bekent is: Ten deele dewylze in Indien weinig gebruikt werden: Want het schynt, dat den Schepper der natuur eygentlyk die geschapen heeft, niet zoo zeer voor deze wilde Inwoonders, als voor de Europische en noorder werelt: want alzoo de Nagelen een heete hoedanigheit hebben, overtref-*

autem ſiccitate ipſum Piper, hinc patet, fervidum hunc fructum in hiſce calidis regionibus non ita utilem eſſe, quam in frigidiori & Boreali climate. Indi hoſce adhibent tantum, & in parva modo quantitate ad quædam unguenta, quæ componunt ad corpora ſua fricanda, ſi calefacere illa velint: In cibo iis non utuntur, vel raro, & parva quantitate, Tabaco autem miſcent pro ſuffimigio. Javani & Malaicenſes, qui antea Amboinam ſolebant frequentare ad mercaturam exercendam, hos emebant Caryophyllos cum Anthophyllis & feſtucis, binaque poſtrema in ſuos ſervabant uſus medicatos, quæ gradu caloris differunt a veris Caryophyllis, nihilominus tamen vim ſatis habent aromaticam, Caryophyllos vero ipſos peregrinis vendebant mercatoribus: Credere quis poſſet, illos ſeligere Anthophyllos ad propagationem, ſed quum compertum ſatis habuerunt hos non plantari vel propagari poſſe, ſi modo per octo decemve dies in ædibus fuerint depoſiti, quum caro exterior ſtatim exſiccetur, hinc a vero alienum hoc videtur.

Ex Caryophyllis antea Magiſtratus juſſu tenue ac ſanguineum deſtillabatur Oleum, quod in India magni æſtimabatur, & non parum differebat ab illo, quod in Patria ſeu Hollandia genuina Pharmacopæorum arte præparatur: Quum autem in hiſce terris deſtillatio per aëneos fiat alembicos, nec rectificetur hocce oleum, hinc ſaporem habet aduſtum, atque ſimilem odorem, cæterum adeo ſubtile & penetrans eſt, ut ſolum externe adhiberi nequeat, quum cutim exurat, atque inflammet. Si vero cum aliis oleis, uti Calappi, Roſarum, Olivarumve ſit mixtum, optimo cum ſucceſſu adhibetur in Indica paralyſi, *Beriberi* dicta, tumque hocce inunguntur partes paralyticæ, & quaſi emortuæ. Beriberi autem ſive Paralyſis hæc, vulgaris eſt morbus nautarum ac militum, qui caſtra ſequentes multum patiuntur frigoris, aliaque incommoda: Subſequens vero tempus edocuit, iſtum morbum ſine Caryophyllorum oleo curari quoque poſſe, ſi modo balneum præparetur, in quo Caryophylli, ſeu arboris folia cum Lagondi foliis fuerunt incocta, vel ſi ipſi Caryophylli in quodam iſtorum Oleorum incoquantur, hocque inungantur artus. Iſtius quoque olei ſeptem vel novem guttulæ cum cereviſia, vel alio quovis potu propinantur contra dolorem Colicum ex flatibus ortum, qui vero calidi ac bilioſi ſunt temperamenti, ab illo abſtineant, quum nimis ſanguinem inflammet.

Oleum hocce in omnibus liquoribus fundum petit, cum quibus miſcetur. Quidam etiam Arecæ potui addunt Caryophyllos, vel cum illo exurunt hos, ſed noxium dat potum; ingentem enim capitis excitat dolorem ſeu Cephalæam, exurit cerebrum, & tenebricoſum efficit viſum, quod illi quoque ſentiunt, qui quotidie Caryophyllos Tabaco miſcent, & adhibent pro ſuffimigio. Congeſtorum Caryophyllorum odor adeo eſt nocivus, ut, ſi per unam tantum noctem in camera quis dormiat, in vel ſub qua magna horum copia eſt occluſa, talis ad vomitum uſque nauſeabundus, & anxius quam maxime ſit, atque ingentem capitis dolorem ſentiat: Unde patet ſumma Creatoris ſapientia ita eſſe ſubordinatum, ut bina excellentia illa aromata, Caryophylli nempe, & nuces Myriſticæ, quod & de cæteris quoque credendum eſt, pauciſſime in India uſurpentur, ſed tanto majorem habent uſum atque utilitatem in Europa, quo facto ſummus rerum Arbiter homines conſtringere voluit ad mutuam familiaritatem, & neceſſitudinem inter ſeſe exercendam.

Ex recentibus Caryophyllis, ſi rubeſcant, ſaccharum & conditum fit, ſi conterantur, vel Anthophylli modo findantur, oſſiculumque eximatur. Portugalli ex hiſce quoque aquam Cordialem ſolebant deſtillare, quæ extra uſum jam eſt, quum noſtra natio illarum rerum non ſit cupida, nec amans.

Anthophylli a longo jam tempore apud Chinenſes, Baleyenſes, Javanos, & Malaicenſes in uſu fuere medico, in Java præſertim magno in pretio fuere ab anno 1675, cariſſimeque fuere divenditi: Nec bene dignoſci potuit, quem in finem Javani, & Malaicenſes iis utebantur, qui tanti illos emebant, quidam autem multis ambagibus quædam nobis revelarunt, quæ in ſequentibus conſiſtunt.

Primo iis utebantur ad diabolicas & ſuperſtitioſas artes machicas, ad præparandum *Crat Sala*, & *Liat Sala*, quo

treffende zelfs de Peper in bitte, maar niet in droogte, zoo blykt, dat deze heete vrugt in deeze heete Landen zo dienſtig niet wezen kan, als in de koude noorder werelt: De Indiaanen gebruikenſe alleenig, en dat noch in kleine quantiteyt, onder ſommige zalven, die zy maaken om 't lichaam daar mede te ſtryken, als zy het verwarmen willen: In de koſt gebruikenſe die gants niet, of zeer weinig, behalven dieſe in 't rooken onder haar Tabak mengen, de Javanen en Maleyers, die voor dezen in Amboina plagten te komen handelen, kochten de Nagelen met de Moernagels en ſteelen, en hielden de twee laatſte voor haar zelven tot Medicyne, als verſchillende wel een graat in hitte van de regte Nagelen, doch niet te min noch genoegſaam ſpeceryachtig zynde; maar de Nagelen verkogtenſe aan de vreemde Koopluiden: men zoude meenen, datze de Moernagels zogten om te verplanten, maar vermits ze wel geweeten hebben, dat men die niet verplanten kan, alſſe maar 8 a 10 dagen in huis leggen, dewyl dan het buitenſte vleys verdroogt, zoo is dat niet waarſchynlyk.

Uit de Nagelen wierd voor dezen, zomtyds door laſt van de Overigheid, een dunne en bloet-roode olye gebrant, daar men in India veel werks van maakt, hoewel dezelve niet weinig verſchilt van de gene, die in 't Vaderlandt door de oprechte Apotheekers konſt gemaakt wert: Want vermits het hier te Lande, in 't diſtilleren, door koopere ſlangen getrokken, en niet gerectificeert wert, zo heeftze een brandige reuk en ſmaak, anderſints zoo ſubtyl en doordringend zynde, dat menſe alleen van buiten niet gebruiken kan, aangezien ze zeer op de huit brant: en moet met andere olye, als Calappus, Roozen, of Olyven-olye vermengt, en zoo in de Indiſche beroertheid, Beriberi *genaamt, met ſmeeren op de verdoofde partyen gebruikt werden: Welke Beriberi een gemene plaage onder de Matroozen en Soldaten is, die in 't Leger ſwervende, koude en ongemak moeten uitſtaan: Doch de volgende tyd heeft geleert, dat men de gemelde ziekte ook zonder Nagel-olye kan genezen, als men ſlegts een bat-water maakt, daar in de Nagelen of haare bladeren met die van Lagondi gekookt zyn; of als men de Nagelen zelfs in een van de voornoemde olyen kookt, en de leden daar mede ſtrykt: Men neemt ook van de voorſchreve olye 7 en 9 droppelen, met bier of andere drank in, tegens buikpyn, die uit winderigheid ontſtaat, maar heete en galachtige menſchen mogen het niet gebruiken, als ontſteekende het bloedt te geweldig.*

Deze olye zinkt in alle vochtigheden, daar menſe ondermengt, te gront: Sommige doen ook Nagelen in den Arak, of brandenſe wel met den Arak, maar zulx is een ſchadelyke drank, want by veroorzaakt groote hooftpyn, verbrant de herſſenen, en maakt een donker gezicht, 't welk ook die gene gevoelen, die de Nagelen dagelyx onder het Tabak drinken gebruiken: De reuk van de vergaderde Nagelen is zoo ſchadelyk, dat, als men een nacht in de Kamer ſlaapt, daar een party in of onder leyt, men daar van tot braakens toe qualyk en benaut wert, mitsgaders groote hooftpyn krygt: Waar uit blykt, dat het door de groote wysheid des Scheppers verordineert zy, dat die beide treffelyke ſpeceryen, Nagelen, en Nooten-muſſchaten, gelyk van de anderen ook te geloven is, zeer weinig in India gebruikt werden, maar hebben zoo veel te grooter nuttigheden in Europa, waar door God den Heere de menſchen tot onderlinge gemeinſchap heeft willen dringen.

Uit de groene Nagelen, alſſe beginnen te rooden, wert ook een Suiker en Conſerf gemaakt, dezelve in ſtukken vryvende, of alsze Moernagels beginnen te werden, ſlegts open ſplytende, en den kern daar uitnemende. De Portugeezen plagten ook een Cordiaal-water daar van te branden, 't welk nu buiten gebruik is gekomen, vermits onze Natie tot diergelyke dingen niet curieus is.

De Moernagels zyn al van outs by de Chineeſen, Baliers, Javanen, en Maleyers in groot gebruik geweeſt in de Medicine: maar inzonderheid zynze van 't jaar 1675 aan, op Java in groote agting gekomen, en zeer duur verkogt: Men heeft niet eygentlyk ervaren kunnen, waar toe ze de Javanen, en Maleyers gebruikten, die zoo veel gelt daar voor gaven, doch zommige hebben ons door veel ommewegen eenige opening daar van gegeven, 't welk in 't volgende beſtaat.

Ten eerſten gebruikenze dezelve tot haar duivelſche en ſuperſtitieuſe konſten, om te maaken Crat Sala, *en* Liat

quo ejus gestator ita præservabatur, ut nulla hostilia arma talem tangere vel ullo modo nocere possent, item ne talis nec conspici nec dignosci posset, qui illud gestabat, hincque proficuum iis, qui furta, vel illicitos exercebant concubinatus, quumque ab isto anno tantum bellum in Java fuit gestum, creditum fuit hinc adeo ab illis expeti, uti & quoque a Baleyensibus.

Secundo, Anthophyllos contritos cum *Cuju rapat*, & *Madja Cân* h. e. gallis Quercus propinandos dant junioribus sponsis, vel quoque mulierculis, quæ ex puerperii lecto surgunt, ut partes naturales magis arctent, quo fit, ut gratiores sint maritis.

Tertio, cum siccato *Poele* cortice mixta & comesta appetitum excitant.

Quarto, Flatus dissipant, Colicamque curant.

Quinto, Externe illiniti cum radice *Kellor* artuum oedema tollunt.

Sexto, Arcanum est, quod Sinenses plurimum sibi servant, clamque exercent ad libidinem excitandam, quem in finem illos adhibent, quibus putant partes naturales roborari: cui exercitio hæc natio præ omnibus favet & cupida est. Ad hæc omnia Anthophylli ab illis usurpantur, sumuntque illos, qui arbori inhærent, & modo fusci apparent cum viridi mixti colore, qui autem præ maturitate decidunt, illos virtutibus destitutos censent, hinc raro in Java sunt Magnates, quin semper quosdam Anthophyllos in domibus suis servent, credentes, omnia medicamenta exaltari, quibus parva modo Anthophyllorum horum dosis fuerit mixta.

Festucæ a mulierculis adhibentur in unguento *Bori Bori*, quod infantibus convenit atque debilius requiritur iis, quam adultioribus, cui itaque ferventes non admiscent Caryophyllos. Ante ducentos annos non tanti æstimabantur Caryophylli, qui nec tanta quantitate ex India evehebantur, & parva tantum copia, quanta requirebatur in arte Medica, unde & conspurcati cum foliis & festucis mercatoribus tradebantur parvo pretio, uti & factum fuit primis Hollandorum navigatoribus, postea autem quum depurati requirerentur, folia, festucasque selegerunt, duplicique divenditi fuere pretio. In itinerariis quibusdam libris invenitur, in Zeylona quoque crescere Caryophyllos, quod postea compertum fuit, Silvestrem esse speciem omni aromatica vi destitutam; sic quoque alii dixerunt, in insula Madagascara crescere Caryophylla; longe autem alium esse fructum testatur *Garcias ab Orto libr.* 1. *cap.* 15 & 21. ubi ita loquitur: In insula St. Laurentii certus occurrit fructus magnitudine Nucis Avellanæ, vel paulo major cum ejus putamine, hicque Caryophyllos spirat, ejus autem usus hactenus ignotus est. Et quamvis *Avicenna loc. cit.* de Caryophyllorum gummi scribat, ac *Clusius* in suis annotationibus in *Garciam* quoque narret, inter Caryophyllorum acervos, qui antea Antwerpiam fuere translati, pluries obscure fuscam inveniri resinam, quæ carbonibus ignitis imposita, fortem spirabat Caryophyllorum odorem, uti quoque *Bauhinus* testatur *lib.* 4. *cap.* 6. sese habuisse frustum flavi gummi, sicci & fragilis, facile liquescentis, quod, si accenderetur, Caryophyllos spirabat, sed saporis expers erat; non tamen dubitandum est, quin illis Caryophyllis aliud quoddam gummi, seu resina fuerit mixta, ex qua Incolæ faces, seu cereos suos formant, qualis est *Dammar Batu*, nigrum Dammar &c. quod inter Caryophyllorum exsiccationem delapsum, forte ex industria relictum est, & ipsis diu mixtum, odorem coloremque Caryophyllorum attraxit, incolis enim non notum est Caryophyllorum gummi. Isti etiam scriptores, aliique homines multa narrant de liquidi attractione non tantum arborum, sed ipsorum quoque siccatorum Caryophyllorum. de Arboribus supra fuit dictum, illas amare pluvias radiis solaribus sociatas, terramque sub illis non nudam esse, vel herbis orbatam, quod Caryophyllum omne attrahat liquidum, hincque prohibere herbarum proventum, sed solummodo quod hominum labore depurata servetur.

De siccatis vero Caryophyllis dicunt, illos repositorio occluso contentos, totum aqua plenum vas intra unam noctem omne liquidum attrahere, illudque quosdam mercatores instituere, ut hinc Ca-

Liat Sala, *dat is den drager zoodanig te bewaren, dat hem geen vyandelyk geweer raaken of treffen kan; als mede dat men den gene niet ter degen bezien of kennen kan, die-ze draagt, en daarom nodig den genen, die op dievery en ongeoorlofde boelschappen uitgaan, en dewyle van dat jaar aan zoo grooten Oorlog op Java gevoert wierde, meende men, datze daarom zoo zeer gezocht zyn, als mede van de Baliers.*

2. *De Moernagels, gevreeven met* Caju-Rapat, *en* Madja Cân *of Galnooten, gevenze ook de jonge Bruiden te drinken, als mede de Vrouwen, die van 't kraamen opstaan, om de natuur te sluiten, waar doorze te aangenamer by de Mannen werden.*

3. *Met de gedroogde schorsse van* Poele *gemengt, en gegeten, verwekt eetens-lust.*

4. *Breekt de geslooten winden, en verdryft 't colyk.*

5. *Van buiten opgesmeert met de wortel van* Kellor *verdryft de zugt uit de leden.*

6. *Is een geheim, 't welk de Sineezen meest onder haar houden, gebruikende dezelve om haare vleeslyke lusten te sterken, waar toe die Natie boven andere genegen is. Tot deze alle nemenze de aankomende Moernagels, die, noch aan den Boom hangen, en effen beginnen bruin te werden, met groen gemengt, maar die door rypheid afvallen, achtenze krachteloos, daarom vint men niet ligt iemant van de Grooten op Java, of zy trachten eenige Moernagels in huis te hebben, om datze meenen, dat alle Medicamenten gesterkt werden, daar men een weinig van de Moernagel ondermengt.*

De steelen werden by de Vroutjes gebruikt tot Boribori *zalve voor de kinders, die wat slapper moet zyn, dan voor oude Lieden, en dierhalven daar de heete Nagelen niet toe te pas komen. Doch voor* 200 *jaaren plagt men zoo veel werks van de Nagelen niet te maaken, noch dezelve in zulken menigte uit te voeren, maar alleenlyk in kleine quantiteyt, en maar zoo veel als men in de Medicyne van nooden had, dierhalven ze ook zeer vuyl, met bladeren, steelen en al, aan de Koopluiden gelevert wierden, en dat voor een geringen prys, gelyk noch aan die van de eerste Scheepvaarden der Hollanders geschiede, maar naderhant, als men daar op zindelyker begon te werden, heeft men de steelen en bladeren daar uit gemonstert, en doen is de prys noch eens zoo veel verhoogt geworden. Men vint in eenige Reisboeken, dat op Zeylon mede Nagelen zouden wasschen, 't welk naderhant bevonden is niet anders dan een slach wilde specerylooze Nagelen te zyn. Insgelyks hebben andere voorgegeven, dat 'er op het Eilandt Madagascar mede Nagelen vallen, maar dat het zelve een gantsch andere vrucht zy, getuigt* Garcias ab Orto, Lib. I. cap. 15 en 21, *zeggende aldus; Daar is op het Eilandt* St. Laurens *zeekere vrucht, in de grootte van een hazenoot, met haare schaale, of wat grooter, dewelke naa Nagelen riekt, maar zyn gebruik is tot noch toe onbekent: En alhoewel* Avicenna, loc. cit. *van een Nagelgom schryft, en* Clusius, *in zyn aanteekening op voorschreve* Garcias, *ook verhaalt, dat onder de Nagelhoopen, die men voordezen tot Antwerpen aanbrachte, meermaals een swart bruin hart gevonden wierd, 't welk op koolen gelegt, een sterken Nagelreuk hadde, gelyk ook* Bauhinus *getuigt,* Lib. 4. cap. 6. *gehadt te hebben een stuk geel Gummi, droog en bryzelig, ligt smeltende en brandende, naa Nagelen riekende, doch zonder smaak: Soo en isser nochtans niet aan te twyffelen, of daar zal onder die Nagelen eenig ander harst geweest zyn, waar van de Inlanders haar toortzen maaken, gelyk de* Dammar batu, *swarten Dammar &c. 't welk in 't droogen misschien onder de gemelde Nagelen gevallen zynde, voorbedachtelyk daar onder gelaaten is, en overzulks door lang leggen de reuk en verwe van de Nagelen aangenomen heeft, want ook de Inlanders en weten gantsch niet van een Nagelgom: ook weten de voorige Schryvers, en zommige gemeene Mannen veel te verhaalen van de vochtgierigheid niet alleen der boomen, maar ook der gedroogde Nagelen. Van de Boomen is hier boven gezegt, datze wel reegen met Sonneschyn gemengt willen hebben, en ook dat den gront daar onder niet gezuivert, en bloot zy, om dat de Nagelboom alle vochtigheidt aan zich trekt, en daar door den aangroey van het onkruidt belett, maar alleen om dat hy door Menschen arbeidt schoon gehouden wert.*

Van de gedroogde Nagelen geven zy voor, dat ze in een beslooten Pakhuis leggende een geheel vat vol water binnen een nacht aan haar trekken zouden, en dat zulks zommige Koopluiden doen, om daar door de Nagelen te verswaren,

Caryophylli graviores essent, si vendantur, si hoc autem dicant de mercatoribus Indicis vel indigenis, qui illos vendunt, magnam ipsis adferunt injuriam: Supra enim dictum fuit, Caryophyllos, cum traduntur, tam ab incolis, mercatoribus, quam ab his, nautis ita siccos esse oportere, ut abradi unguibus possint. Utrique autem satis constat, pœnam fore capitalem iis, qui tales instituerent fraudes: Haud tamen diffiteri volo, Caryophyllos æque in promptuariis, ac præsertim in navibus omne liquidum, quod ipsis vicinum est, attrahere, hincque in navibus semper intumescere, ita ut nunquam tam sicci tradi possint, quam fuerunt accepti. An autem hæc ars Aromatariis Europæis non melius sit nota (qui illos non tanta, quanta in repositoriis condita est, copia vendunt) illi bene conscii sunt.

Hæc sunt, quæ de totius arboris, ejusque fructuum qualitatibus detegere vel reperire potuerim, unde hanc finiam descriptionem cum sequenti Versiculo:

Castiliæ reges ditat Peruana potosis
Aurea, Soffalæ fertur arena Tago.
Omnibus his venis præferrem Caryophyllum,
Quem liber Domini munere Belga tenet.

Supra Memoratum Caryophyllum in magna Madagascaræ insula crescens ab O. *Dappero* sequenti describitur modo: *Ravensara* (dicit) ingens & alta est arbor instar Lauri, foliisque ipsi similibus, sed minoribus. Fructus, *Voarvensara* dictus, est instar Juglandis, sapor est tam corticis, quam interioris substantiæ Caryophyllo similis, eundem quoque saporem habent ejus folia: Flores formam habent Caryophylli, uti quoque ipsorum est sapor, odor, & virtus. Arbor nullos dat fructus nisi tertio quovis anno; quum incolæ hosce fructus, ac folia, quæ cum Zingibere, & Alliis piscibus incoquunt, desiderant, non ipsam conscendunt arborem, sed ipsam ad radicem circumcidunt: In altis crescit montibus, cujus mas & femina invenitur.

ren, dog, indienze dit zeggen van de Koopluiden in Indiën, of van de Inlanders, dieze leveren, zoo doenze denzelven groot ongelyk aan: Want hier boven is gezegt, dat de Nagelen by de leverantie, zoo wel van de Inlanders, aan de Koopluiden, als van die zelve aan de Schippers, zoo droog moeten zyn, dat menze kan afknippen: Ook weten die beide wel, dat het een strafbaar werk zoude wezen voor die zulks wilden bestaan: Ik wil echter niet ontkennen, dat de Nagelen, zoo in de Pakhuizen, als inzonderheidt in de Scheepen alle vochtigheid, die daar omtrent is, aan zich trekken, en daarom in de Scheepen altyt ontlaaten, zoo datze nooit zoo droog konnen gelevert werden, alsze ontfangen zyn: maar of deze konst de Kruideniers in Europa niet beter bekent zy (dieze niet met geheele Pakhuizen verhandelen) dat mogen zy weten.

Dit is het gene wy van de geheele gelegentheidt dezes voorgestelden Booms, en zyn vrucht betreffende, tot noch toe hebben konnen leeren, en ondervinden, zullende dierhalven deze Beschryving eindigen, en sluiten met dit volgende Rympje of Versje:

Castiliæ reges ditat Peruana potosis
Aurea, Soffalæ fertur arena Tago.
Omnibus his venis præferrem Caryophyllum,
Quem liber Domini munere Belga tenet.

Dat is:

De Castiliaansche Kroon, roemt Perus ryke bergen,
De Portugaalsche pocht op het Soffaalsche Zant:
D'Amboonschen Nagelboom kan alle mynen tergen,
Die God den Schepper geeft aan 't vrye Nederlandt.

Den hier boven gemelde Nagelboom, die op het groote Eilandt Madagascar zoude groeyen, wert van O. Dapper *aldus beschreven*, Ravensara *(zeidt hy) is een groote en hooge Boom, gelyk een* Laurier, *met bladen die van den* Laurier *gelyk, doch kleinder: de Vrucht*, Voarvensara *geheten, is gelyk een groene Walnoot, van smaak, zoo wel de schors als het binnenste, den Kruitnagel gelyk, en van een zelve smaak zyn ook de bladeren: het bloeyzel heeft de gedaante van een Giroffel-nagel, desgelyks de smaak, reuk en kracht: De Boom krygt gene vruchten, dan om 't derde jaar, wanneer de Inwoonders deze vruchten en blaaden, die zy met Gember, en Look by Visch koken, willen hebben, klimmen zy niet by den Boom op, maar hakken hem by de wortel af: hy wast op hoge bergen, daar is een Mannetje en Wyfje.*

CAPUT TERTIUM.

Caryophyllum Regium. Tsjenke Papua, seu Radja.

QUondam in Ternata mira & rara Caryophylli varietas inveniebatur, quæ tamen non diversa erat species, quandoquidem hæc unica tantum in mundo erat arbor, quæ similes producebat Caryophyllos, quum juxta Philosophiam nullum individuum constituat speciem: Atque isti Caryophylli regii dicebantur, quum credebatur, singulo cum Ternatensium rege peculiarem provenire, & etiam cum eo interire arborem: Quod tamen compertum est, non certam observare periodum; arbor enim, quæ regi *Hamzac* suo consecrata fuit tempore, fructus adhuc anno 1655 produxit, quum *Mandarsach* per septem jam regnaverat annos: Reges hanc semper arborem religiose servarunt, Caryophyllosque potissimum in suos adhibuerunt usus, amicisque suis tamquam aliquid particulare miserunt; In insula solummodo *Machian* inveniebatur, quumque duo diversi fructus in binis occurrebant arboribus, dividi potest in *Hamzâs* & *Mandarsahas* arborem. Utraque autem quoad truncum, foliaque vulgari Caryophyllorum arbori similis erat, sique nullos gerebant fructus, ab ista non dignoscendæ: *Hamzas* arbor Caryophyllos gerebat multo minores vulgaribus, supra non latos, sed acuminatos, quique ad latera unum duosve gerebant apices elevatos, fere instar extremitatum foliorum Juniperi, coloris autem magis nigricantis, quam vulgarium: Arbor hæc isto anno interiit, tumque altera iterum propullulabat, tribus

III. HOOFDSTUK.

Konings Nagel-Boom. Tsjenke Papua, of Radja.

M*En heeft voor dezen in Ternaten een wonderlyke en raare zoorte van Nagelboomen gehat, welke echter geen byzonder geslacht en maakten, vermits datter niet meer dan een eenige Boom in de werelt was, die diergelyke Nagelen droeg, en dat naa den regel der Natuurkundigen*, Nullum individuum constituit speciem, *geen ondeelbaar ding kan een geslacht op zich zelven maken: en wierden de voorschreve Nagelen Koningsnagelen genaamt, naadien men geloofde, dat met een yder Ternataans Koning ook een byzondere Boom te voorschyn kwam, en ook met denzelven weder uitging: doch 't welk echter niet altyt bevonden wierd vast te gaan, want de Boom, die den Koning* Hamza *by zynen tyt was toegeeygent, heeft noch Vruchten gedragen* Ao. 1655, *wanneer* Mandarsah *al zeven jaren geregeert hadde: De Koningen hebben dezen Boom altydt zeer zorgvuldig bewaart, de Nagelen meest voor haar zelven gebouden, en die aan haar Vrienden tot rariteyten gezonden: hy wiert alleen op 't Eilandt* Mackian *gevonden, en dewyl datter tweederley Vruchten op twee verscheide Boomen wierden gezien, zoo kan hy verdeelt werden in* Hamzâs *en* Mandarsahas *Boom: beide waarenze aan stam en bladeren de gemeene Nagelboomen gelyk, en, alsze gene vruchten en droegen, van dezelve niet te onderscheiden:* Hamzâs-*boom droeg Nagelen, die veel kleinder waaren dan de gemeene, boven niet breet, maar toegespitst, hebbende aan de zyden een à twee spitzen naar boven gekeert,* hy-

D
E
F
A
B
C

bus nempe horis distans a priori prope pagum *Gnoffagiam* eadem in insula, ita ut nemo putet, hanc ex prioris radice vel fructu progerminavisse; hæc enim arbor nullos gerit Anthophyllos vel semen, quo propagari posset.

Fructus autem hujus posterioris arboris, quæ *Mandarsabas*-arbor nobis dicitur, multo magis peculiaris sunt formæ, quam prioris, & quoque majores, & cum *Hamzâs* Caryophyllis nullo modo conveniebant, quum ex simplicibus videantur constructi apicibus, qui plerumque in quatuor dispositi sunt ordines, ac superius acuminati quoque sunt, coloris læviter fusci, qui siccati separari possunt, uterque festucis insident, & in corymbis cruciati locantur, instar vulgarium, suntque saporis æquè acris & aromatici: Hæc ultima autem arbor incuria subsequentibus annis circumcisa & exstirpata est, quum omnes Caryophyllorum arbores in insula *Mackian* juxta conventum exstirpandæ essent, detruncatores enim ipsam ab aliis dignoscere non poterant, quum eo tempore nullos gerebat fructus, magnum autem damnum est amatoribus mirabilis hujus naturæ lusus, quum tales in mundo non amplius ocurrant. Nisi quod unica arbor anno 1688 hic in *Hative* fuerit inventa, quæ forte istam *Mackianam* arborem supplere posset, hæc enim aliquando fructus edit Caryophyllos regios referentes, præsertim illos *Hamzâs*, qui parvi sunt Caryophylli superius acuminati, ad latera unum duosve apices gerentes.

Ternatenses hoc Caryophyllorum genus vocant *Tsjencke Radja* h. e. Caryophyllum regium, dictas ob caussas. Amboinenses omnia Caryophylla regia nominant *Tsjencke Papua* a circinnatis istorum populorum crinibus, omnibus enim rebus circinnatis cognomen *Papua* tribuunt. Dicta *Hativensis* arbor anno 1678 tales produxit Caryophyllos, qui ex acuminum numero & forma omnino similes erant illis *Hamzâs* arboris, nunquam autem in Anthophyllos excrevere, atque anno 1682 eadem in regione *Hatives* veteris binæ tales inveniebantur arbores similes producentes Caryophyllos: Uti quoque aliquot annis antea circa pagum *Toleboe* in Amboinæ plaga vulturnea situm talis observata fuit arbor, similes *Tsjencke Papua* fructus gerens, ita ut jam in Amboina tres sint arbores, quarum fructus plerumque sunt acriores vulgaribus Caryophyllis. Incolæ illos quoque decerpunt, simulque cum vulgaribus vendunt, ita ut aliquando in Europa aliis mixtos reperiant quosdam.

Postquam natura ab anno 1651 nullam amplius produxerat arborem cum veris Caryophyllis regiis convenientem, anno demum 1692 unica arbor ad *Hitoe* oram in *Kayetetto* regione progerminavit, raros producens Caryophyllos regios ex solis apicibus constructos, qui in quatuor ordines dispositi sunt, singulus autem ordo ex quinque sexve acuminibus constat, qui cum veris antiquis Ternatensibus Caryophyllis regiis conveniunt, quorum corymbus in figura adjecta notatus est: Eadem hæc arbor anno 1644 similes produxit fructus, multo autem graciliores erant illorum corymbi, quam memorati anni, quum in Amboina maxima & fertilissima Caryophyllorum messis fuit, quæ nunquam fuit observata, 3700 *Baharan* nempe, singulum vero *Bahaar* 550 ponderibus Hollandicis æquivalet. Caryophylli isti regii sollicite asservantur tanquam mirum & rarum naturæ artificium, quum incertum sit, unicam talem arborem aliquot per annos superstitem fore.

bykans als de Genever-bladeren, en van koleur swarter als de gemene: In 't voornoemde jaar is dezen Boom uitgegaan, en kwam doen weder een ander voor den dag, te weten wel drie uuren gaans van den voorschreve eersten by het Dorp Gnoffagia, *op 't zelve Eylandt, zulks niemant en moet meynen, dat hy uit de wortel of vrucht des voorgaanden gesprooten of voortgekomen is, want dezen Boom draagt geen Moernagels of Zaat, waar mede men hem zoude konnen voortplanten.*

De vruchten van deze laatste, dewelke wy Mandarsahasboom *noemen, zyn veel zeltzaamer van fatzoen dan de voorgaande, als mede grooter, en met de voorgaande* Hamzâs-*Nagelen weinig gelykenisse hebbende, als schynende meest van enkelde spitzen gemaakt, dewelke gemeenlyk in vier ryen staan, en boven spits toelopen, van koleur licht-ros, konnende, als zy out zyn, uit malkander genomen werden, beide wasschen zy op haare steelen, en in kruissen aan haar kroontjes, gelyk de gemene, en zyn ook alzoo scherp en speceryachtig van smaak: dan dezen laatsten Boom is door onvoorzigtigheidt in de volgende jaaren omgekapt, als men alle de Nagelboomen op 't Eilandt* Mackian, *volgens contract, moeste uitroeyen, vermits de Uitroeyers hem van andere niet konden onderscheiden, en by op die tyt gene vruchten droeg, zynde een byzonder verlies van dit wonderlyk stuk der natuure voor de Liefhebbers, vermits diergelyken in de werelt niet meer te vinden is: Het zy dan, dat zeekere boom Ao. 1688 alhier op* Hative *gevonden, den voornoemden* Mackiaansche *boom vervangen wilde: want deze draagt by wylen vruchten, die naa Konings-Nagelen schynen te aarden, inzonderheit naar die van* Hamzâ, *zynde kleine naageltjes, boven toegespitst, en hebben een of twee spitsjes ter zyden.*

De Ternatanen noemen dit geslacht van Naagelen Tsjencke Radja, *dat is Konings-Nagelen, om voorschreve reden: De Amboinezen noemen alle Konings-Nagelen* Tsjencke Papua, *na de gekrulde hayren van die Volkeren, want zy gewoon zyn alle gekrulde dingen den toenaam van* Papua *te geven: Den voornoemde boom van* Hative *heeft in 't jaar 1678 noch al zoodanige vruchten gedraagen, die aan veelheidt van spitzen en fatzoen, geheel en al gelyk waren die van de voornoemde* Hamzâs *boom, maar zy hebben tot noch toe nooit Moernagels willen werden, en Ao. 1682 wierden op 't zelfde Landt van oudt Hative noch twee zulke boomen gevonden, diergelyke Nagelen dragende: gelyk ook eenige jaaren te vooren omtrent het Dorp* Tolehoe *aan Ambons N. Oosthoek gelegen, mede een boom is gevonden, diergelyken* Tsjencke Papua *dragende. Zoo datter nu in Amboina drie boomen gevonden werden, en hare vruchten zyn gemeinlyk scherper dan de gemene Nagelen: De Inlanders plukkenze, en leverenze onder malkander met de gemene; zoo dat menze ook in Europa hier en daar onder dezelve vinden zal.*

Na dat de natuur zedert 't jaar 1651 geen boom voortgebracht heeft met de originele Konings-Nagelen, zoo is eindelyk Ao. 1692 een eenige boom op de kust van Hitoe, en het distrikt van Kayetetto *voor den dag gekomen, dragende die rare Konings-Nagelen uit enkelde spitzen bestaande, die in vier ryen staan, en ieder rye uit 5 à 6 spitzen, dewelke met de oprechte oude Ternataansche Konings-Nagelen over een komen, waar van in de Figuur een Takje vertoont wert. Dezelfde boom heeft Ao. 1694 wel wederom dezelfde vruchten gegeven, doch de kroontjes waren veel magerder dan die van 't voornoemde jaar, wanneer Amboina de grootste Nagel-Mousson gehat heeft, waar van men nooit geboort heeft, te weten omtrent 3700* Baharan, *ieder* Bahaar *van 550 pont hollants, de voornoemde rare Konings-Nagelen worden dan zorgvuldig bewaart als een seltzaam Konst-stuk van de natuur, dewyl men niet verzekert is; dat dien eenigen boom veele jaren staan, of in 't leeven blyven zal.*

EXPLICATIO

Tabulæ Secundæ,

Exhibentis *ramum Caryophylli Regii Amboinensis, Tsjenke Radja* dicti A.

B. *Caryophylli Regii Ternatensis junioris.*

C. Primi & adulti sunt *Caryophylli Regii ex Mackian.*

D. Sunt *Caryophylli Regii Ternatenses adulti*, tempore *Regis Hamza* collecti.

E. Veri *Caryophylli Regii, regis Mandaraschah.*

F. *Recentiores Caryophylli regii Amboinenses*, anni 1693 & 1694.

AANWYSINGE

Van de Tweede Plaat,

Verbeeldende een *Tak* van de *gemeene Amboinsche Konings-Nagelen* Tsjenke Radja genaamt A.

B. De *jonge Ternatense Konings-Nagelen.*

C. De eerste of *oudste Konings-Nagelen* uit *Mackian.*

D. De *oude Ternatense Konings-Nagelen*, ten tyde van *Koning Hamza* vergadert.

E. Opregte *Konings-Nagelen* van *Koning Mandaraschah.*

F. *Nieuwe Amboinsche Konings-Nagelen*, van '*t jaar* 1693 en 1694.

OBSERVATIO.

Prima hujus species, seu potius varietas, vocatur Caryophyllus Regius *aromaticus* a *Pluknetio* in *Almagest. pag.* 88. & in *Phytogr. Tab.* 155. *Fig.* 5 exhibetur. & Caryophyllus *fructu oblongo, abortivo minus squamoso ex Insula Ambon. Breyn. Prodr.* 2. *p.* 50. alterius editionis, ut & Caryophyllus Regius Amboinicus *Rumphii ibidem.* ubi optime in notis subjungitur a *Joanne Philippo Breynio* filio: „ Hi Caryophylli, „ qui Regii dicuntur, specie, me judice, ab antecedente non „ differunt, neque fructus revera dicendi sunt, sed rudimen- „ ta potius florum fructuumque abortiva, meris squamis mon- „ strose luxuriantia, & a scopo aberrantia, quæ nunquam hinc „ perfecti flores, nec fructus evadunt. Cæterum odorem sa- „ poremque Caryophyllorum aromaticorum *Officin.* re- „ ferunt, virtutesque possident, quas an gradu excellentiori su- „ perent, ut nonnulli putarunt sola experientia decidendum est. De his porro vide *Weinmann Phytanthoz. p.* 63. *Tab.* 325. *lett.* a. ut & *Rumphii observat.* 21. *p.* 53. *Acad. natur curios. dec.* 2. *ann.* 1. ubi & horum figuræ, atque *ejus Epist.* 5. *p.* 403. & *Epist.* 8. *p.* 421. in *Valent. Musæo Musæor. Tab.* 2. & *libr.* 2. *Sect.* V. *cap* VII. & *Amman Manud. ad mat. med. cap.* 8. *Sect.* IX. *p.* 96. & *Fr. Valentyn Amboinæ descript. p.* 195 & 196. *Tab.* 32. ut & *Linschoteni itinerarium. cap.* 65. Reliquæ porro figuræ non nisi monstrosæ aberrantis seu potius luxuriantis naturæ Varietates habendæ sunt, quas quum *Rumphius* adpingi curavit, hic illas simul subjungimus. Caryophyllus arbor a *Muntingio* in *cultura plantarum libr.* 2. *cap.* 3. describitur, sed manca admodum figura exprimitur.

AANMERKINGE.

De eerste zoort wert Caryophyllus Regius *aromaticus* van *Pluknet* genoemt in zyn *Almagest. pag.* 88. en in zyn *Phytogr. Tab.* 155. *Fig.* 5. verbeeldt. en Caryophyllus *fructu oblongo abortivo minus squamoso ex Insula Ambon* van *Breynius* in zyn *tweede Prodromus pag.* 50. van de tweede uitgaaf, als mede Caryophyllus Regius Amboinicus van *Rumphius*, alwaar zeer wel onder in de nooten van *Joannes Philippus Breynius* de zoon bygevoegt wert: „ Deze Konings-Nagelen „ verschillen, zo veel ik zien kan, niet van de voorgaande in „ zoorte, en zyn voor geen regte vruchten te houden, maar „ liever te houden voor afwykende beginzelen der bloemen „ en vruchten alleen uit schubben, monstreuzelyk afwykende „ van het oogmerk der natuur, bestaande; waarom dezelve „ ook nooit tot regte bloemen ofte vruchten uitgroeien. Ver- „ ders hebbenze de reuk en smaak van de regte specery Na- „ gelen in de Apotheken gebruikelyk, welkers krachten zy ook „ bezitten, doch of zy dezelve overtreffen, zo als sommige „ gemeent hebben, is alleen door de ondervinding te beslissen. Over deeze zie verder *Weinmann* in de veelvuldige benaminge en Beschryving der Planten *pag.* 78. *Tab.* 325. *lett. a.* en de 21 Observatie van *Rumphius pag.* 53. in de *Acad. nat. curios. dec.* 2. *ann.* 1. alwaar ook der zelver figuur, en zyn vyfde brief *pag* 403. als ook de achtste *pag.* 421. in *Valent. Musæum Musæor. Tab.* 2. en *Libr.* 2. *cap.* VII. *Sect.* V. en *Amman. Manud ad mat. med. cap.* 8. *Sect.* IX. *p.* 96. en *Fr. Valentin Beschryving van Amboina. p* 195 en 196. *Tab.* 32. en *Linschotens Rysbeschryving. Cap.* 95. De overige zoorten verders zyn niets anders als monstreuse veranderingen door de afwykende, ofte liever overdadige natuur te houden. dewelke om dat *Rumphius* hier heeft laten bytekenen, wy hier ook byvoegen. De Nagelboom wert mede van *Munting* in de *waare oeffening der planten* in het *tweede boek capitt.* 3. beschreven, doch zober in de Plaat verbeelt.

CAPUT QUARTUM

Caryophyllum Silvestre, Tsjencke Oetan.

Silvestre Caryophyllum plerumque altius excrescit, comaque ampliore, quam domesticum, ac plurimum uno erigitur trunco; Foliorum raches sunt etiam longiores, firmæ, & virides; ejus folia multo majora, & quoque opposita sunt, sed non ita exacte, obliquam plerumque efformantia crucem: In arboribus junioribus pedunculi sunt breviores, vel ramos lata magis plaga obvelant, quam in vetustioribus, in quibus duplicis itidem observantur formæ: In initio enim pluviosorum mensium, superius multo sunt latiora & rotundiora, siccis vero mensibus sunt acuminata, veraque Caryophyllorum folia magis referentia, novem, decem, & tredecim longa digitos, quatuor autem lata, in junioribus vero arboribus minora sunt, cæterum glabra quoque, sed non splendentia, neque tam dura, ac vulgaris Caryophylli. Foliorum oræ quoque sunt sinuosæ & arcuatæ, ac tenuibus parallelis transversalibus venis pertexta sunt folia, sed non ita arctis ac vulgaris, & ad oras recto sinu sunt conjuncta instar illorum *Cajoe Mera*, & *Jambosæ*. Sylvestre enim Caryophyllum est tamquam medium genus, quod affine est inter *Jambosam*, & Silvestrem arborem *Cajoe Mera* dictam, cum utraque magnam habens affinitatem. Medius folii nervus sulcatus quoque est instar folii *Cajoe Mera*, sed non ita profunde.

Contrita hæc folia silvestrem spirant Caryophyllorum odorem, cum quadam aciditate mixtum, unde facile etiam dignosci possunt.

Fructus in corymbis quoque gerunt uti domesticum, sed numero multo rariores, hinc inde enim unus alterve locatur in ramulorum summo, atque in illis modo duo, tres, quatuorve simul fructus, ejusdem fere formæ, sed duplo majores domesticis, capitulum autem illorum non ita latum est, floresque similes gerunt ac vulgares, diu sunt virides, tandemque parum rubescunt, fusco ac cinereo intermixto colore, si flores produxerunt, Anthophylli excrescunt, magnitudine baccarum fructuum magnæ *Varingæ*, vel paulo longiores, fere instar minoris digiti, qui cincti & obducti sunt obscure rubente seu purpurea carne cultrum crassa, molli & succosa instar aliarum Silvestrium *Jambosarum*, ingrati saporis cum aciditate quadam juncti: Intus continetur ossiculum oblongum, uti in vero

IV. HOOFTSTUK.

Wilde Kruidt-Nagelboom.

De *wilde Nagelboom wast gemeinelyk wat hoger, en met een breder kruin dan de tamme, meest met eenen stam opschietende, de ryskens zyn ook langer, taay, en groen, de bladeren veel grooter, en staan mede tegens malkander, doch zoo precys niet, en meest in een scheef kruis: Aan de jonge boomen zyn haare steelen wat korter, of zy bekleeden den steel zoo veel meer, of verder dan aan de oude boomen, daar aanze dan ook noch van tweederley gedaante zyn: want in 't begin van de regen-Moesson vallenze van vooren breeder en ronder, maar in de drooge Moesson zynze voor spits, en de oprechte Nagelbladeren wat gelyker, negen, tien en dertien vingers lank, en vier breet, doch aan de jonge boomen zynze wat kleinder, anderzints mede glat, hoewel niet glimmende, noch zoo styf als de tamme: De randen zyn ook wat hoechtig, en met fyne paralleele dwersaderen doorregen, doch zoo digt niet als de oprechte, en aan de kanten, met een doorgaande booge t'zaamen gesloten, gelyk die van de* Cajoe Mera, *en* Jamboe: *want de wilde Nagelboom is als een middelbaare zoort, dewelke een maagschap maakt tusschen de* Jambosa, *en den wilden boom* Cajoe Mera, *en met die beide veel gemeinschap heeft: De middelste zenuwe van het blat heeft ook een voore, gelyk die van* Cajoe Mera, *doch zoo diep niet.*

Gevreven zynde hebbenze een wilde Nagel-reuk, met eenige zuurte gemengt, daar aan menze kennen kan.

Haare vruchten dragenze mede aan kroontjes, gelyk de tamme, doch veel minder in getal, staande hier en daar maar eene aan 't uiterste der ryskens, en aan de kroontjes staander maar 2, 3, *a* 4 *bezyden malkander: Zynde bykans van het zelfde fatzoen, doch wel tweemaal zoo groot als de tamme, maar 't hooftje is zoo breet niet, hebbende insgelyks zulken bloeizel en Kabeletten als dezelve, zy blyven lang groen, en werden eyndelyk een weinig root, met vaal en graauw onder een gemengt, en alsze gebloeidt hebben, zoo wordenze ook tot Moernagels van grootte als de Besiën der vruchten van de groote* Varinga, *of noch wel zoo lank, en bykans als een kleine vinger, omgeven of omvangen met een donker-root of purperachtig vleys ongeveer een mes dik, week en sappig, als aan de wilde* Jamboesen, *onlieflyk van smaak en met eenige* zuurte

a

vero Anthophyllo, ſed multo majus & linea incurva notatum, in bina diviſum ſegmenta.

Anthophylli hi ſiccati non fuſcum vel obſcure rubentem induunt colorem, uti veri, ſed ſordide gilvum habent colorem, & rugoſi ſunt; nec odorem habent, vel vim aromaticam, ſed illorum ſapor eſt ingratus, ſilveſtris, & auſterus.

Arboris hujus lignum eſt durum, ſolidum, grave, & magis cinereum, quam domeſticæ, cum fuſco quodam colore mixtum, non quidem elegans, ſed varios tamen in uſus mechanicos utile, terram autem tangere non debet, alio quin facile corrumpitur: Fructus florent, & matureſcunt eodem fere cum domeſticæ tempore, vel paulo ſerius, Decembri nempe vel Januario: Arbor hæc ſponte in ſilveſtribus creſcit montibus, atque propagatur ibi Anthophyllis ſuis delapſis.

Nomen. Latine *Caryophyllum Silveſtre*, Malaice *Tsjenke utan*. Amboinice *Bahu Lawan Abbal*, & *Bubula Wabbal*. Hitoënſibus autem *Obulawan Aycou*, quia hæc arbor, uti dictum fuit, tantam habet affinitatem cum *Cajoe Mera*, ſeu *Aycou*, de quo *libro* 4 plura dicentur.

Locus. In omnibus inſulis Moluccis occurrit, & talibus quoque in locis, ubi nunquam veri obſervati fuere Caryophylli: Quidam Hitoënſis mihi narrabat ſeſe ibi verum plantaviſſe Caryophyllum, quod tempore in Silveſtre degeneravit; idem quoque expertus fui alia in arbore, quam certus eram in generali Caryophyllorum verorum plantatione ibi etiam fuiſſe locatam.

Uſus. Quum nulla ſit vis aromatica in hoc fructu, neque colligitur, neque uſurpatur, ſed avibus cibo relinquitur; raro etiam fit, fallaces incolas juniores decipere mercatores, hos ſilveſtres Caryophyllos cum venditione ac traditione veris miſcentes, ut pondus aggravent, quod ipſis alias facile foret inſtituendum, quum eodem fere tempore matureſcant, ſique hoc detegeretur, mulctarentur illi, qui autem attendere ad id accurate velit, facile dignoſcere ſilveſtres poteſt, quum multo ſint majores veris Caryophyllis, pallidiores, & ſordidi coloris, uti ſupra indicavimus, tales quoque eſſe, qui ex veris ſponte decidunt, & ſine ſuffocatione in ſole exſiccantur: Silveſtres autem ſunt majores, & inſipidi penitus.

Hujus arboris lignum, uti dictum fuit, adhibetur in ædificatorium opus, æque ad poſtes, quam ad trabes, poſtibus autem non ita conducit, quum ad terram facile putreſcat, alioquin indureſcit inſtar ferri, ita ut vix clavis transfigi poſſit, præſertim in Amboinenſium ædibus, quæ plurimum fumo repletæ ſunt, unde hoc lignum ita durum ac durabile fit, trabes tamen quadratæ vix formari poſſunt, quum arboris truncus raro ſit rotundus, ſed plurimum anguloſus & difformis.

Inter Silveſtria quoque Caryophylla altera minor numeratur arbuſcula, plurimum tantum in fruticis formam excreſcens, quæ tamen nimis a Caryophyllorum natura differt, quamque in ſubſequentibus inter Silveſtres quoque arbores nomine *Caryophyllaſtri Silveſtris*, ſeu *alterius* libro quinto diſcribemus.

Sin Silveſtris Caryophylli lignum ad poſtes adhibere velimus, primum fumo exponendum eſt, quum diutius tum durat: Uſurpatur quoque ad ſecurium manubria, & Oryzæ tudiculas, politum vero ejus lignum ſoli non eſt exponendum, quum inde facile findatur; denique recens lignum nunquam ad talia adhibetur opera, quibus fiſſura nocet, ſed ſemper ſiccum.

EXPLICATIO

Tabulæ Tertiæ.

Quæ exhibet ramum *Caryophylli ſilveſtris* Tsjencke Obtan, incolis dicti.

b Naturalem fructus magnitudinem & formam denotat.

OBSERVATIO.

Arbor hæc Silveſtris a *Pluknetio* in *Almag. p.* 88. videtur denominari Caryophyllus *langueſcente vi aromaticus*, *Malabaricus*, *folio & fructu majore*, & in *Phytogr. Tab.* 274 exhibetur, ut & a *Valent.* in *Amboinæ deſcript. pag.* 169 nomine *Caryophylli Silveſtris*, nec non in *Valent. Muſeo Muſæorum epiſt.* 23. *pag.* 449.

CAPUT.

zuurte gemengt: Daar binnen legt een langwerpige korrel, even als in de oprechte, doch vry grooter, en met een kromme linie, in tween deelbaar.

Deeze Nagelen gedroogt zynde, werden niet bruin of donker-root, gelyk de oprechte, maar krygen een lelyke vaale koleur, en werden rimpelig; daar is ook ganſch geen ſpeceryachtigheid in, maar een wilde onlieflyke, en adſtringerende ſmaak.

Het hout van dezen boom is hart, dicht, ſwaar, en graauwer dan het tamme, met eenige bruinte gemengt; wel van geen zonderlinge moyigheidt, doch evenwel tot verſcheide timmerwerk noch gebruikelyk, maar 't moet de aarde niet raaken, anders bederft het zeer licht: De vruchten bloeyen, en werden ryp omtrent dezelve tyt als de regte Nagelen, of wat later, te weten in December en January: ook groeyt den boom van zelfs in 't wilde gebergte, en plant zich zelven voort door zyne Moernagels.

Naamen: *Latyn* Caryophyllum Silveſtre, *Malleyts* Tsjencke utan: *Ambons* Bahu Lawan Abbal, *en* Buhula Wabbal: *Hitoeës* Ohulawan Aycou, *om dat dezen boom, als gezegt is, zoo veel gemeynſchap heeft met het* Cajoe Mera *of* Aycou, *waar van lib.* 4. *noch wat zal gezegt worden.*

Plaats: *men vint hem in alle Moluxe Eilanden, en dat ook ter plaatze, daar nooit regte Nagelen geweeſt zyn. Zeeker* Hitoeës *verzeekerde my, dat hy daar een oprecht Nagelboompje geplant hadde, 't welk metter tyt in een wilde veraart was: En het zelfſte heb ik noch eens bevonden aan een anderen boom, welke men wiſte eenige tyt te vooren, in een generale aanplanting, aldaar gezet te zyn.*

Gebruik: *Dewyl daar geen ſpeceryachtigheid in deze vrucht is, zoo wertze niet verzamelt, en ook niet gebruikt, maar de Vogelen tot een ſpyze gelaaten, en zelden gebeurt het ook, dat zommige ſlimme Inlanders de nieuwe Koopluiden bedriegen, deze wilde Nagelen, in 't leveren, onder de oprechte mengende, om 't gewicht te vermeerderen, 't welk hun te lichter om te doen is, dewylze omtrent op een tyt ryp worden, maar als het uitkomt, wordenze daar over geſtraft: en die 'er wel opletten wil, kanze licht kennen, om datze veel grooter zyn als andere Nagelen, als mede bleek en ongezien van koleur, gelyk wy ook gezegt hebben, die gene te zyn, die van de oprechte van zelfs afvallen, en zonder ſmooren ſlegts in de Sonne gedroogt werden: Doch de wilde Nagelen zyn noch vry wat grooter, en gants onſmakelyk.*

Het hout van dezen boom is, als gezegt is, noch gebruikelyk tot den huisbouw, zoo tot ſtylen, als balken, doch tot ſtylen zoo bekwaam niet, om dat het in de aarde ligt vergaat, anderzints wert het ook zoo hart als yzer, zoo dat men daar qualyk een ſpyker kan inſlaan, inzonderheidt in de huizen der Amboineezen, die meeſt vol rook zyn, en ſchoon dit hout zoo hart en durabel wert, men kan echter geen vierkante balken daar van maaken, om dat den ſtam zelden ront, maar hoekig, en wanſtallig is.

Onder de wilde Nagelen wert ook gereekent een ander, klein boompje, meeſt een ſtruik blyvende, doch al te veel van den Nagel-aart verſchillende, en 't welk wy in 't vervolg ook onder de wilde boomen, met den naam van Caryophyllaſter terreſtris, *of* alter, lib. 5. *beſchryven zullen.*

Als men 't wilde Nagelhout tot ſtylen van paggers gebruiken wil, gelyk meeſt geſchiet, zoo moet men 't eerſt rooken, want dan duurenze langer: Men gebruikt het ook tot ſteelen van bylen en ryſtampers, maar het geſchaafde bloote hout moet men niet in de Sonne leggen, om dat het daar van ligt ſcheurt: In ſomma het verſche hout wert tot gene werken gebruikt, daar 't niet ſcheuren mag, maar altydt het gedroogde.

AANWYSINGE

Van de derde Plant.

Verbeeldende een *Tak* van de *Wilde Kruidt-Nagelboom*, by de Inlanders Tsjenke Obtan genaamt.

a Vertoont de Vrucht in de natuurlyke grootte en gedaante.

AANMERKINGE.

Deze Boom ſchynt van *Pluknet* in zyn *Almag. p.* 88. genaamt te werden Caryophyllus *langueſcente vi aromaticus*, *Malabaricus*, *folio & fructu majore*, en in zyn *Phytogr. Tab.* 274 afgebeelt, en van *Valentyn* in *Ambons beſchryving. pag.* 196. onder de naam van *wilde Nagelboom* beſchreven, als mede van *Valentyn* in *Muſæum Muſæorum. epiſt.* 23. *p.* 449.

V.

CAPUT QUINTUM.

Nux Myristica. *Pala.*

UTi summo Creatori, ut homines continuo in labore & exercitio occupatos teneret, placuit, rutilantes gemmas, fulvum metallum, aliaque cimelia in ipsis terræ visceribus celare, simili quoque modo bina pretiosa aromata, Caryophyllos nempe, atque Nucem Moschatam in paucis parvisque plantavit insulis, illasque in extremo veluti Orientalis Oceani angulo simul abscondit.

Quo modo Caryophylli antea in insulis tantum Moluccis & hodie in Amboinæ solummodo imperio inveniantur, supra memoratum fuit: Nunc itaque transibimus ad alterius aromaticæ arboris descriptionem, Nucis nempe Myristicæ arboris, quæ ita sese habet.

Veræ Nucis Myristicæ, feminæ quoque dictæ, arbor formam gerit ac magnitudinem vulgaris Pyri, quædam etiam sunt altiores. Ejus vertex rotundior est quam Caryophylli, nihilominus tamen bene ordinatam format Pyramidem, sed magis extensam quam prioris: Plerumque recto exsurgit trunco, aliquando etiam duplici & triplici: Rami plurimum ad latera extenduntur, nec ita in altum eriguntur ac Caryophylli: Ex hisce autem quidam rariores ita eriguntur, ac si erecti forent fustes, quique in summo parvas aliquando etiam formant comas instar junioris arboris. Arboris cortex est glaber, obscure cinereus cum viridi mixtus, interne rubens & succosus. Arbor raros gerit crassosque ramos, hi autem luxuriantes sunt, in tenues longosque divisi ramulos, qui intricati dependent, & fructus gravitate deorsum inclinant.

Folia sunt instar Pyri, sed paulo acutiora, longiora, integra, & acuminata, superius obscure virentia, inferius parum cinerea, qui character est omnium nucum generum, quod inferior nempe folii pars sit magis incana, quam ejus superior, cæterum sunt glabra instar Caryophylli foliorum, sed multo tenuiora, & magis æqualia, superius parum splendentia, inferius neutiquam, lateralesque gerunt paucas costas: In binos plurimum locantur ordines in ramis, sed alternata: In ore manducata distincte aromaticum præbent saporem: Sin arbor incidatur, vel ejus ramus abrumpatur, succus exstillat læviter rubens, & glutinosus, fere instar tenuioris sanguinis, qui mox ruber penitus concrescit & exsiccatur, arborem emaciat, & pannos tali modo commaculat, ut nunquam expungi possint maculæ. Juniora autem folia non rubent, uti Caryophylli folia, sed incana sunt & læte viridia.

Prima fructus rudimenta parva sunt albicantia vel flava capitula, quæ sese in albos explicant flosculos, acsi calices forent, oris angustis, superius in tria sese dividentes segmenta acuminata, optime referentes *Lilii Convallii* flores, qui in centro continent parvum, oblongum, russum pistillum, quod in fructum excrescit. Flosculi nullum spirant odorem, ex petiolis incurvis plurimum deorsum inclinatis dependent bini tresve simul aliquando, hique iterum ex alio oriuntur petiolo, qui ex foliorum alis ortum suum ducit, in ramulis unicus autem plurimum tantum excrescit fructus, aliique flosculi decidunt: Raro etiam bini tresve simul juncti apparent fructus, quos omnes arbor producere non posset. Contentum pistillum excrescens flores aperit, postquam antea in spadiceum mutatum sit colorem: Nono autem post flores mense fructus maturescit, nihilominus tamen ter in anno decerpitur, uti postea indicabitur. Quod fit, quia successive floreat arbor, fructusque maturescant.

Qui ex longis dependent pedunculis, suoque pondere omnes ramulos deorsum inflectunt; magnitudinem formamque habent mali Persici, sed inferius acuminatus est fructus instar Pyri, & ab ipso pedunculo per totum ejus ambitum sulco bifidus est, uti malum Persicum ab uno latere insignitur, molli apice superius ornatus.

Pel-

V. HOOFTSTUK.

Noote-Musschaten.

G*Elyk het den Alderhoogsten Schepper, om de menschen geduurig in arbeidt en moeite bezig te houden, behaagt heeft, 't glinsterende gesteente, 't roode metaal, en andere kleinodien in de diepe ingewanden des aardtryks te verbergen, op gelyke manier heeft hy ook de twee kostelyke speceryen, namentlyk Nagelen, en Nootemusschaten in of op weinige en kleine Eilanden geplant, en dezelve in den alderuitтersten hoek des Oosterschen O-ceaans te zaamen als verborgen.*

Hoe de Nagelen voor dezen alleen in de Moluxe Eilanden, en bedensdaags alleen in 't Amboinsche gebiet gevonden werden, is hier boven gezegt. Nu zullen wy voortvaaren, en treden tot de Beschryving van de tweede specery-boom, te weten van de Noote-musschaten, dewelke dusdaanig is.

Den Boom van de oprechte Noote-Musschaten, dewelke men ook Wyfkens noemt, heeft de gedaante en grootte van een Peere-boom, en zommige zyn ook wel hooger: Zyn top is ronder dan die van den Nagel-boom, en des niet te min formeert hy een wel geschikte Pyramidale *kruin, doch wat meerder uitgespreyt dan de Nagel-boom: Hy schiet meestendeel op met een rechten stam, en zomtyds ook wel met twee en drie; de takken spreyden haar meest ter zyden uit, en gaan zoo recht niet op als die van den Nagel-boom: doch uit dezelve takken zietmen zoo nu en dan wel eenige weinige zoo recht over eind' opschieten als of het stokken waaren, en dewelke zomtyts ook kruintjes krygen als een jong boompje: Den bast van den boom is effen en donker graauw, met groen gemengt, van binnen root en zappig: Den boom heeft weinige dikke takken, doch dezelve zyn weelderig, verdeelt in dunne lange ryskens, die wat verwert door malkander hangen, en door de swaarte van de vrucht, nederwaarts getrokken worden.*

De bladeren zyn als die van de Peere-boom, doch wat spitzer, langer, en zonder kerven aan de kanten, voor met een lange spitze, boven op hoog groen, en onder wat grysachtig, 't welk is een merkteken van alle Nootegeslachten, te weten dat de onderste zyde gryzer of vaalder moet zyn dan de bovenste; anders zynze ook glat, gelyk de Nagel-bladeren, doch veel weeker, en effener, boven een weinig glimmende, maar onder geenzints, en hebben ter zyden ook maar weinig ribbekens: Zy staan meest in twee ryen aan de takjes, doch niet regt tegen malkander over: In de mont gekaauwt zynde gevenze klaarlyk eem speceryachtige smaak te kennen. Als men in den boom kapt, ofte een tak daat van afbreekt, zoo loopt daar een ligt roode en kleverige zap uit, bynaa als dun bloet, dewelke straks hoog root besterft, den boom zeer uitmergelt, en in het witte linnen zoodanige vlakken maakt, dat menze daar nooit kan uitwassen: De jonge bladeren zyn niet root, gelyk die van de Nagel-boomen, maar witachtig en licht-groen.

De eerste beginzelen van de vrucht zyn kleine witte, ofte licht-geele knopjes, waar uit voortkomen witte bloempjes als kelkjes, met een naauwen mont, boven in drie spitzen gedeelt, zeer gelykende na de Lilium Convallium, *in 't duits Mey-bloemen, of Lelyen van den daale: daar binnen ziet men een klein lankwerpig ros knopje, waar van de vrucht groeit. De bloempjes hebben geen reuk, zy hangen aan kromme steeltjes meest nederwaarts gebogen; twee en drie by malkander, en die hangen weder aan een ander steeltje, 't welk voortkomt uit den oorspronk der bladeren aan de ryskens, doch daar komt meestendeels maar eene vrucht van: en de andere bloempjes vallen af: Men ziet ook zelden 2 à 3 vruchten by malkander, want den boom zoude anders alle dezelve niet dragen konnen: Het binnenste knopje grooter werdende, doet de bloeme bersten, naa dat het al vooren Kastanje-bruin geworden is: In de negende maant na 't bloeyen wert de vrucht ryp, niet te min wert zy driemaal in een jaar afgeplukt, gelyk hier na zal gezegt werden: 't welk bykomt, om dat de vruchten na malkaar bloeyen, en rypen.*

De vrucht hangt aan lange steelen, en trekt met haare swaarte alle de ryskens nederwaarts: zy groeit tot de grootte en gedaante van een Persick, *doch achter wat toegespitst gelyk een Peere, van den steel af in de lengte rondom met een kloove in tween gedeylt, gelyk de Persicken aan hun eene zyde hebben, met een week spitsje voor op.*

De

Pellicula ejus exterior est glabra, primum læte virens, quum maturescit fructus, in gilvum tendit instar Persici maturi, tumque intermedius sulcus sese aperit, nucleumque exhibet, eleganti Kermesino colore intermedio apparente, ita ut, si fructus per duos tresve dies ex arbore dependeat, nucleus decidat, sique in terra procumbat, vermes facile contrahit, atque corrumpitur præ nimia nucis pinguedine, quod pluvioso plerumque fit tempore; immo exterior in arbore superstes pellicula, breves crassosque itidem generat vermes, qui macim comedunt; Exterius putamen eandem habet crassitiem ac malum Persicum, sed durioris est substantiæ, interne albicans, succoque tenui seroso repletum, sapore autem austero & adstringente, unde non edule est. In hoc putamine nucleus seu vera continetur nux, in qua primum apparet Kermesina macis, retiformiter nigrum ambiens nucis corticem, ita tamen, ut hinc inde dictus cortex appareat, nux autem ad pedunculum latior est, ubi diutissime quoque alba est, superius vero parvum in acumen desinit, ubi macis divisiones sunt crassissimæ, & magis intricatæ, macis autem tam firmiter nigro adhæret cortici, ut sulcum efformet: Cortex hic niger æque crassus est, ac nucum avellanarum, neutiquam tamen ita durus; facile enim confringi, & in partes conteri potest. In hoc tandem verus continetur fructus, seu nucleus *Nux Myristica* dictus, qui neutiquam putamini isti adhæret, sed undique liber est, in siccatis fructibus nux parum corrugatur, ita ut sonitum edat, si fructus conquatiatur.

Nux ipsa satis nota est, una parte plana, quæ inferior ejus pars est, undique parum rugosa, duplicis formæ, una enim est oblonga, altera rotunda, utraque æque bona, rotunda vero plerumque durior est. Si acu perforetur nux, vel findatur, oleum exhibet, quod si non appareat, indicium est, nucem esse exsiccatam & nimis vetustam. Vera aromatica nux unica tantum est, sed, uti dictum, biformis, una nempe arbor oblongas, altera rotundas gerit nuces, quæ differentia in arboris foliis etiam apparet, unius enim folia sunt longiora, alterius vero breviora & rotundiora, utraque tamen æque sunt aromatica, easdemque habent virtutes, nuces autem rotundæ feminæ dicuntur hujus arboris; Altera enim species est, quæ mas dicitur, quæ breviorem gerit truncum & folia, comamque gerit rotundiorem, cæterum præcedenti similis, sed distinguenda ab altera silvestri arbore, cujus fructus proprie mares dicuntur.

Prima itaque arbor mas, & *Pala Boy* dicta, plurimos flores gerit, sed raros, & majores fructus, quasi geminos, qui plerumque anterius cruce quasi notati sunt, uti & subsequens *Pala-Bacambar*. Raro occurrunt, & semper solæ ab aliis remotæ arboribus, & Soli bene expositis locis, videturque hæc species degenerata esse a vera Nuce Moschata: Præter binas hasce species nux aromatica alias quoque habet varietates, & abortus, quæ autem non diversam constituunt speciem, uti primum *Pala-Bacambar*: seu nuces geminas; in Banda *Palakende-kende* dictas, cujus fructus exterius duplicem habet sulcum, cruciatim supra sese decurrentem, cæterum vulgari similis est, vel paulo major, inque hoc continetur *Pala-Bacambar*, binos gerens nucleos sibi invicem junctos, quisque autem suo includitur putamine, atque sua obvolvitur maci: Ad latera vero, ubi sibi invicem junguntur, sunt plani, intermedia crassiore locata maci, unde & interiores nuces modo semi-rotundæ sunt.

Nullam peculiarem habent proprietatem, vulgaribusque miscentur nucibus, & ad curiositatem sæpe asservantur. Figmentum autem est & superstitiosum, quod si in cibis usurpentur, feminas gemellos inde enixuras.

Altera varietas est *Pala Pentsjoeri* h. e. furum nux; Hæ vel nullum gerunt osseum putamen, vel tantum ejus partem, macisque nudæ adjacet nuci, quæ nec rotunda nec oblonga est instar vulgaris, sed obliqua & irregularis tuberculosæ formæ, estque abortus damnosus: Si enim aliis misceatur nucibus, vel maci, omnes, quibus adjacet, carie exeduntur, & pereunt, quum

De buitenste schel is effen, eerst licht-groen, en alsze ryp zyn, na het vaale trekkende, gelyk een rype Persick, als dan opent haar de middelste kloove, en vertoont de korrel, met een fraaye Karmozyn roode koleur daar tusschen uitkykende, zo dat, als de vrucht noch twee à drie daagen aan den boom blyft hangen, de korrel van zelf daar uit valt, en zoo by op de aarde leggen blyft, krygtze zeer lichtelyk wormen, en bederft wegens de groote vettigheid, die in de noot is, doch het welk gemeynelyk by regenachtig weer geschiet, ja de buitenste schelle, noch aan den boom hangende, krygt ook korte dikke wormen, die de Foelie opeeten: De buitenste schelle of bolster heeft dezelfste dikte gelyk een Persick, doch is wat harder van substantie, en van binnen witachtig, vol van dun weyachtig zap, van smaak wrang, t'zamentrekkende, en daarom niet eetbaar. In deze schelle leyt de korrel of rechte Noote, waar aan men eerstelyk ziet de Karmozyn-roode Foelie, de swarte schaale netsgewys, en gelyk als met riemkes omvangende, zoo nochtans, dat men hier en daar de voornoemde schaal daar tusschen zien kan, zynde boven by den steel wat breder, alwaarze ook op 't langste wit blyft, en na vooren looptze een weinig spits toe, daar de riemkens dikst en door malkander gevlochten zyn, de Foely leyt zoo vast en dicht op de swarte schaal, datze een voore daar in maakt. De swarte schaal zelfs is wel zoo dik als die van de Haze-nooten, doch geenzints zoo hart, want zy kan licht gebrooken, en in stukken geduwt werden: Hier binnen leidt nu eerst de rechte vrucht of korrel, die men Noote-musschaaten noemt, die geenzints aan de voorschreve schaal vast kleeft, maar is rondom daar van los, de gedroogde zyn een weinig ingekrompen, zoo dat zy daar binnen rammelen, als men de Noote schut.

De Noote zelfs is genoegzaam bekent, zynde aan 't een einde wat plat, 't welk haar achter deel is, en rondom wat rimpelig, van gedaante tweederley, want de eene is lankwerpig, en de andere ront, beide even goet, doch vallen de ronde wel zoo hart: Zoo men daar met een naalde insteekt, ofte dezelve open hyt, komt daar een olye uit, 't welk niet geschiedende, een teyken is, dat de Noote niet deugt of veroudert is. De regte specery-Noot is maar eenderley, doch, als gezegt, heeft twee gedaantens, namentlyk de eene boom draagt lankwerpige, en de ander ronde Nooten, welk onderscheidt men aan de bladeren van den boom ook ziet, de eene dezelve wat lankwerpiger, en de andere wat korter en ronder hebbende, doch zy zyn beide even speceryachtig, mitsgaders van gelyke krachten, en deze laatste of ronde worden voor 't Wyfken van de regte Nooteboom gehouden, want hy heeft noch een byzonder geslacht, 't welk men het Manneken noemt, zynde veel korter van stam en bladeren, ronder van kruin, en voorts den gemeene gelyk, doch te onderscheiden van een andere wilde boom, die men eygentlyk Mannekens-nooten noemt.

De eerste mannekens-boom dan, Pala boy *genaamt, draagt meest bloemen, doch zeer weinige, en wat grotere vruchten als tweelingen, dewelke gemeynelyk met een kruis van vooren geteykent zyn, gelyk als de naastvolgende* Pala-Bacambar: *Men vintze weinig, en dan noch altyt alleen van andere afgezondert, ook wel ter Sonne staande, en het schynt, dat deze zoort een ontaarding is van de gemeene Noote-boomen. Behalven deze twee geslachten heeft de speceryachtige Noote noch eenige andere veranderingen, en misgevallen, doch dewelke geen byzondere zoorte maaken, als eerstelyk* Pala-bacambar, *ofte tweelings Nooten, in Banda* Palakende-kende *genaamt, wiens vruchten van buiten een dubbele voore of kloove hebben, kruis-gewys over malkander lopende, zynde anders de gemene gelyk, of wel wat grooter, en daar binnen vint men de* Pala-bacambar, *hebbende twee korrels tegens malkander aangevoegt, yder in zyn byzondere schaal, en ook met zyn byzondere foely omvangen: Aan de zyde, daarze tegens malkander leggen, zynze plat, hebbende tusschen beiden noch een dikke foely, en gevolglyk zyn de binnenste Nooten ook maar half ront.*

Zy hebben geen byzondere eygenschap, en werden ook onder de gemeene Nooten vermengt, ofte tot een rariteyt bewaart. Zynde het een verdichtzel of waangeloof, datze in de kost gebruikt, de Vrouwen met tweelingen zoude doen bevallen.

Ten tweeden Pala Pentsjoeri, *dat is diefjens Noten: Deze hebben of geen houte schaal, ofte maar een stuk daar van, en de foely leidt op de bloote Noote, zynde dezelve niet recht ront, noch ovaal gelyk de gemene, maar scheef en hobbelig, ook is het een schadelyk misgewas: Want onder andere Nooten, ofte foely gemengt wordende, zoo doetze alle die gene, daar zy by leidt, vermolmen en vergaan,*

quum ipsa prius corrumpatur, ac dein alias quoque commaculat, unde hæc diligenter eligenda est, ne aliis misceatur: Quidam autem illam in medicamentum asservant, dicentes, valere ad calculum vesicæ comminuendum, cujus tamen nullum audivi experimentum.

Tertia est *Pala Radja* seu nuces maciferæ, hæque fructus aliis similes gerunt, sed loco interioris nuclei parvam gerunt nucem, crassissima abvolutam maci. Immo nucicula hæc sæpe non major est grano Piperis, massa vero ex mace concreta dura est, gravis & durabilis, solebantque ita integram sine nucis exemptione alii miscere maci, quum vero macis illa multo sit pulchrior & durabilior quam vulgaris, hinc quidam amatores curiosi illius portionem servant, non ita curiositatis gratia, quam ad usum medicum: Aliquando in peculiari crescunt arbore, aliquando etiam aliis mixtæ nucibus in una eademque arbore.

Quarta varietas est *Pala Hollanda*, seu *Pala Puti*, quæ a vulgari quoque non differt, excepto quod incanam gerit Macim, quæ tamen lutea est, sicca si fuerit, nihilominus tamen quoque aromatica est; Quum vero alii maci ingratum conciliat colorem, hinc seligitur, & separatim venditur. Quædam etiam occurrunt arbores, quarum macis ex flavo & rubro variegata est, hincque *Pala Kackerlack* vocantur.

Quinta & ultima varietas est *Pala Domine*, quæ nuces gerunt maci ab una tantum parte obvolutas, ac proinde tamquam Pastoris semi-pileolo tectas. Hæ autem a depuratoribus nucum non multum expetuntur, quum macis integra tolli nequeat, multum diffringatur, ac parvam macis exhibeant quantitatem.

Nomina vulgaria & communia. Fructus hic antiquioribus scriptoribus ignotus quoque fuit, saltem quatenus detegere potuerim, immo videtur longe post Caryophyllos Occidentali innotuisse populo: Ejus enim mentio fit a recentissimis tantum Græcis scriptoribus, præsertim vero occurrit apud Arabem *Avicennam*, qui vixit circiter anno Christi 1160; cum vero autem convenire videtur, longe antea jam innotuisse, sed a nemine descriptam fuisse. Arabice ipsi dicitur *Giauzbant*, quod alii scribunt *Jauzial-bant*, item *Gjeu-zottibi* h. e. nuces aromaticæ. Vocatur quoque *Gjauz-Bawa*, vel uti alii corrupta scribunt lingua, *Gjauz-bawe* & *Bague*, quod originis tamen Persicæ est, grate spirantem denotans nucem. Latine hodie dicitur *Nux Myristica odorata*, *aromatica*, vulgo autem *Moschata*, *Muscata*, *Moschocaryon*, & *Moschocaridion* a Moscho, h. e. Zibeto, non quia ejus habet odorem, sed ex more vulgi, quod antiquioribus temporibus multis grate spirantibus fructibus cognomen Musci tribuit, uti Uvæ & Pyra Moschata vocantur: Eandem quoque ob caussam neoterici Græci, eandem hanc nucem *Myristicam* dixere *Unguentariam*, non quia ex hac unguenta componantur, sed quod odorem gerant unguentorum odoriferorum. In Decana seu India veteri vocantur *Japatri*, Portugallis *Noz d'Especia*, Belgis *Noote Muschaten*, vel tantum *Nooten*. In Banda, & apud omnes Malaicenses populos *Pela*, in Ternata *Gosora*. In Sinensi lingua *Lanbau*: Reticula rubra, quæ putamini ligneo adjacet, novo Latino vocabulo *Macis* dicitur, quod bene distinguendum est a *Macere* Græcorum, quæ longe alia est arbor, in India veteri satis nota nomine *Macre* & *Macrure*, Portugallis *Arbore de las cameras*, h. e. rubra melisona arbor, & *Arbore Sancto* dicta: Nomen autem *Macis* ortum videtur duxisse a Javanico vocabulo *Massa*, quo & Portugallis etiam sic dicitur. Hodie reticula hæc Malaice vocatur *Bonga Pala*, Sinensibus autem *Lanbau-Hoe*: Belgice *Foeli*, & *Muscaten bloemen*. Arabibus vero *Besbaze*, & corruptis vocabulis *Besbaze*, *Bisbeli*, *Besbaca* &c. In Decana *Jaifol*, quod denotat flores Javanenses, quum fallaces Javani hominibus persuaderent, fructus esse in sua patria crescentes; Malaicenses vero per *Bonga Pala* parvos intelligunt flosculos, seu veros Nucis Moschatæ flores, quos siccatos in usus medicos conservant, satisque copiose colligi possunt ex specie *Pala-Boy* dicta, quæ domesticæ Nucis Myristicæ arboris mas habetur; e contra macis vocatur ipsis *Sarony* seu *Boncus Pala* h. e. vagina, vel saccus Nucis, idque meliori certe jure, quænam enim similitudo est macis cum flore?

Locus.

gaan, door dat zy eerst vergaat, en daarna andere aansteekt, weshalven men dezelve zorgvuldiglyk moet uitzoeken, op datze niet onder de andere en komen. Zommige bewarenze evenwel tot Medicyne, zeggende dat ze krachtig zyn om den steen in 's menschen lyf te verbryzelen, doch waar van ik geen Experientie gehoort hebbe.

Ten derden Pala Radja, *of Foely-nootjens: en deze zyn van vruchten de andere gelyk, maar in plaats van de binnenste korrel hebbenze een klein Nootjen, omvangen met een zeer dikke Foely: Ja zomtyds vint men 't Nootjen daar in niet grooter als een peper-korrel, zynde dezen klomp foely echter hart, swaar, en durabel, en men pleegtze zo geheel, (zonder 't Nooteken daar uit te nemen) onder andere foely te leveren; maar dewyl deze foely veel schooner en durabeler is als de gemeene, zo komen zommige Liefhebbers wel een weinig daar van te bewaren, niet zo veel tot een rariteyt, als wel tot medicyne: Zy wassen zomtyds aan een byzondere boom, en zomtyds ook met andere Nooten vermengt aan eenen boom.*

Ten vierden Pala Hollanda, *of* Pala Puti, *deeze verschilt ook niet van de gemene, behalven datze een witachtige foely heeft, doch die echter geel opdroogt, en niet te min speceryachtig is: Maar om datze de andere foely ongezien maakt, zoo wertze uitgeschooten, en byzonder gewogen: men vint ook eenige boomen, welkers foely met bleek geel en root gesprenkelt is; en wert daarom* Pala Kackerlack *genaamt.*

Ten vyfden, en ten laatsten Pala Domine, *zynde Nooten, dewelke maar half met foely bedekt zyn, en dierhalven als een Kalotje, of* Dominees-muts *op hebben: maar deze zyn van de Perkeniers niet veel geacht, om dat de foely daar van niet zonder bryzelen kan afgenomen werden, en om datter ook weinig foely aan is.*

Naamen in 't gemeen: Deze vrucht is de oude Schryvers ook onbekent geweest, immers zoo veel men tot noch toe bespeuren kan; ja 't schynt, datze noch al lange na de Nagelen de Wester werelt is bekent geworden: want men vint maar eerst mentie daar van gemaakt by de jongste Griekschе Schryvers, doch inzonderheidt by den Arabier Avicenna, *die geleeft heeft omtrent het jaar* Christi 1160, *en evenwel is het waarschynelyk, datze al lange te vooren in kennisse geweest is, maar van niemant beschreven. Hy noemtze in 't Arabisch* Giauz-bant, *'t welk andere schryven* Jauzial-bant, *als mede* Gjeu zot-tibi, *dat is Specery-Nooten: hy wert ook genaamt* Gjauz-bawa, *of gelyk andere in een bedorven taal schryven* Gjauz-bawe, *en* Bague, *'t welk een oorspronkelyk Persiaans woort is, betekenende een welriekende Noot. In 't Latyn wert ze hedensdaags genaamt* Nux Myristica odorata, aromatica, *in 't gemeyn* Moschata, Muscata, Moschocaryon, *en* Moschocaridion, *van Moschus, dat is* Muskeljaat, *niet om datze daar na riekt, maar na de kostume van 't gemeene volk, dewelke voor dezen aan veele welriekende vruchten den toenaam van Muschus gegeven hebben, gelyk men zegt muschadelle druiven en peeren, en om de zelfste reeden hebben de nieuwe Grieken dezelve Noote* Myristicam, *dat is* Unguentariam, *of salfnooten genaamt, niet om dat men daar zalven af maakt, maar om datze den reuk hebben van welriekende zalven. In Decan ofte oud Indien wordenze genaamt* Japatri, *by de Portugezen* Noz d'Especia, *op Nederduits Noote-musschaten, of slegts Noten. In Banda, en by al de Maleyers,* Pela, *in Ternaten* Gozora: *en in 't Sinees* Lauhau. *Het roode netjen, dat op de houte schaalen ligt, wert in 't nieuw Latyn genaamt* Macis, *'t geen men wel onderscheyden moet van 't* Macer *der Grieken, 't welk een gants andere boom is, in oud Indien genoegzaam bekent, onder den naam van* Macre *en* Macrure, *by de Portugezen* Arbore de las cameras, *dat is roode melisoen-boom, en* Arbore Sancto *genaamt, maar 't woort* Macis *schynt afkomstig te wezen van 't Javaanse woort* Massa, *gelykze noch op het Portugeesch heet. Hedensdaags noemt men ze in 't Maleyts* Bonga pala, *In 't Sinees* Lanhau-hoe: *op 't Nederduits* FOELY *en* MUSCHAATEN BLOEMEN, *op 't Arabis* Besbase, *en met bedorven namen,* Befbase, Bisbeli, Besbaca *&c. In Decan* Jaifol, *'t welk al wederom beduiden wil bloemen uit Java, om dat de listige Javanen de menschen wysmaakten, dat het vruchten waaren in haar Land wassende. De regte Maleyers verstaan door* Bonga Pala *de kleine bloempjes, ofte eigentlyke bloeizel van de Noteboom, dewelke zy gedroogt tot eenige Medicyne bewaaren; en men kanze genoegzaam bekomen aan de zoorte, die men* Pala-Boy *noemt, en voor 't manneken van de tamme Nooteboom gehouden wert, daar en tegen de foely noemenze* Sarony, *of* Boncus Pala, *dat is scheede of zak van de Noot, en zeker dat met beter reden, want wat gelykenis heeft de foely met een bloem?*

Plaats.

Locus. Arbor Nucem Myristicam gerens latius sese extendit ac Caryophyllum, per totum enim fere Moluccæ imperium occurrit: Verus tamen ejus locus fixus est Banda, ex sex minoribus constans insulis, *Neyra* nempe, *Lontoira*, *Goenenga-Apia*, *Pulo-Aya*, *Pœlorona*, & *Rossingenia*, quarum autem tres tantum uti *Neyra*, *Lontoira*, (alias elatior terra quoque dicta) & *Poulo-Aya* dictas proferunt arbores. In Amboina quædam etiam inveniuntur, uti & in adjacentibus insulis Uliassensibus, sed ibi non coluntur, & pauci earum fructus ab incolis & civibus ad artem tantum Medicam, aliquando etiam ad cibum adhibentur, videturque antiquioribus temporibus mutuam harmoniam inter incolas Bandæ & istius Provinciæ jam fuisse excultam, Bandenses nempe nullos Caryophyllos, Amboinenses vero nullas nuces Myristicas culturos fore, nec sine ratione dicunt, omnipotentem Deum cuique insulæ peculiaria sua tribuisse dona, quibus contentos esse homines oportet.

In *Kelang-Ceram*, & insulis ad Eurum sitis, *Nila*, *Dammea*, *Seroua*, *Kouwera*, & *Kussuwoeya* antea etiam crescebant arbores, sed hæ partim belli jure, partim voluntariis pactis cum incolis stabilitis ibi sunt exstirpatæ.

In parvæ Ceramæ silvis ante aliquot annos arbores quædam fuere inventæ, quæ pulcherrimos & magnos producebant fructus, sed diversus horum sapor erat inter hosce atque inter Bandenses, quum Ceramensium nuces æque ac macis multo silvestrioris essent saporis, ita ut credendum sit, arbores hasce sensim in silvestres penitus degeneraturas esse, quod etiam clare ex ipsarum foliis apparet, quæ multo majora sunt domesticæ foliis, quoque remotior est hæc arbor ab inperio Bandensi, eo magis silvestris est, eoque deteriores sunt ejus nuces; hæ enim multo sunt minores, neque perfectæ, unde silvestris magis species, quam vera Nucifera arbor habenda est.

Neyraschenses nuces optimæ sunt & maximæ, pulcherrimæ vero harum arborum Silvæ occurrunt in *Pulo-aya*, insula haud multo longiore duobus millibus passuum, sed plana, ac plerumque altissimis nuciferis arboribus consita, hinc inde autem aliæ frugiferæ arbores inveniuntur, quæ jucundum præbent conspectum ac gratissimam ambulationem, quod tam elegantem dat perspectum, ut tota fere insula unus continuatus appareat hortus, & ad maris oram hinc inde quidam conspiciuntur monticuli silvestribus obsiti herbis, quæ ibi autem servandæ sunt, ut gracilis ventus marinus a silvis arceatur: Hæc autem insula aqua ut plurimum destituitur dulci seu pluviali, nihilo minus tamen plurimi hanc inhabitant cives & domini, qui ejus aquæ inopiam ex cisternis supplent patinis, ita ut *Pulo-aya* tertiam suppetere possit Nucum quantitatem, quæ in mundo consumuntur.

In *Lontoira* optimæ harum arborum sunt areæ, quum vero hæc insula montibus altissimis ac præruptis difficilem præbeat adscensum, periculosum quoque est, arbores hasce conscendere, nucumque collectio difficilis admodum est, quum arbores sæpe in declivis montium locis crescant, planitiesque raræ in hisce inveniantur: Arbores autem, quæ in summis locatæ sunt montibus, raros quoque ob intensum ibi frigus gerunt fructus.

In Rumphii auctuario hæc adduntur.

Cum quibusdam doctorum virorum putaret quis, quod Nux Moschata vel saltem Macis tempore *Plauti* fuisset cognita, dum hic in *Pseudolo act.* 3. distincte *Macidem* vocat, vel potius vaticinatus esset, post aliquot mille annorum spatium aroma quoddam eodem nomine fore notum. Si vero is locus accurate examinetur, comperiemus, verba esse ostentatoris, ac mendacis coqui, qui, ut artem ostentaret, plurima ficta adhibet nomina, uti *Cicilendrum*, *Polindrum*, *Macidem*, & *Sancaptidem* ad pisces, ad carnem vero *Cicimandrum*, *Hapalopsidem*, & *Cataractriam*, quæ nomina nullus unquam intelligere potuit, unde & coqui conductor in hæc erumpit verba: *At te Jupiter, Diique omnes perdant cum condimentis tuis, cumque tuis istis omnibus mendatiis.*

Plaats. Den Nooteboom vint men verder verspreydt, dan den Nagelboom, namentlyk bykans door het geheele Molukze gebiet, zyn rechte zitplaats evenwel is de Provincie Banda, *bestaande uit zes kleine Eilanden, namentlyk* Neyra, Lontoir, Goenong-api, Pulo-ay, Poeloron, *en* Rossingein, *doch van dewelke maar alleen drie als* Neyra, Lontoir, (*anders het hooge Lant genaamt*) *en* Poulo-ay, *de gemelde boomen draagen. Men heeft 'er mede wel eenige in Ambon, en de bygelegene Uliassersche Eilanden, doch zy werden aldaar niet gecultiveert, maar de weinige vruchten by de Inwoonders en Burgers alleenlyk tot de Medicyne, en ook zomtyts in de kost gebruikt, en 't schynt, dat in de oude tyden al een onderlinge overeenstemminge tusschen de Inwoonders van Banda en de gemelde Provincie geweest zy, te weten dat die van Banda haar met geen Nagelen, en die van Amboina hen met geen Nooten zouden bemoeyen, niet zonder groote reden, zeggende, dat God yder Eilandt zyn byzondere gaven gegeven heeft, waar mede zy te vreeden moesten zyn.*

Op Kelang-ceram, *en de zuidt-ooster Eilanden*, Nila, Damme, Serou, Kouwer, *en* Kussuwoey *hebbender voor dezen mede gestaan, maar dezelve zyn aldaar ten deele door 't recht van den Oorlog, ten deele ook door vrywillige Contracten* (*met de Inwoonders aangegaan*) *uitgeroeidt.*

In de bosschen van klein Ceram *heeft men voor eenige jaaren boomen gevonden, die wel zeer groote schoone vruchten droegen, maar men konde een merkelyk onderscheidt tusschen dezelve, en de Bandasche proeven, als zynde de Ceramsche, zoo wel de Nooten, als Foely, veel wilder van smaak, zoo dat het te geloven zy, dat dezelve boomen metter tyd gants verwilderen zouden, en 't welk men klaarlyk uit deze hunne bladeren bespeuren kan, zynde veel grooter als de tamme, en hoe verder dezen boom van 't Bandasche gebiet wast, hoe wilder hy is, en hoe slegter de Nooten vallen, want dezelve blyven klein, en komen tot geen perfectie, zynde meer voor een wilt geslachte, dan voor een oprechte Nooteboom te houden.*

De Neyrasche *Nooten zyn wel de beste en grootste, maar de schoonste Noote-bosschen vintmen op* Pulo-ay, *een Eilandt niet veel meer dan 2000 schreeden lank, doch vlak en doorgaans met hooge Noote-boomen beplant, daar hier en daar noch verscheide andere vruchtboomen onderlopen, zynde zeer geneuglyk om aan te zien, en plaizierig, om te doorwandelen, en 't welk zulken schoonen gezicht geeft, dat het geheele Eilandt wel een doorgaande thuyn schynt te wezen, zynde slegts aan de Zeekant met kleine heuveltjes, en wilde ruigte omcingelt, doch dewelke men zoo onderhouden moet, om de schraale Zee-wint van het Nooten-bos af te weeren. En dit Eilandt heeft wel groot gebrek aan zoet water, doch des niet te min woonen aldaar veele Burgers en Perk-bezitters, die haar nootdruft daar van uit cisternen konnen hebben, zoo dat* Pulo-ay *wel een derde part kan uitleveren van het gene altans in de werelt ordinaris wert geconsumeert.*

Op Lontoir *zyn wel de meeste perken, maar dewyle dit een zeer hoog en bergachtig Eilandt is, zoo zyn de boomen aldaar wat gevaarlyk te beklimmen, en de Nooten moeyelyk in te zamelen, vermits de boomen in 't hangen van de steile bergen staan, en weinig vlaktens op dezelve zyn: Ook zoo draagen de boomen, die op 't hoog ste gebergte staan, wegens de groote koude die aldaar is, zeer weinig vruchten.*

Dit wert in de vermeerdering van Rumphius 'er bygedaan.

Men zoude met zommige Geleerden meenen, dat men de Noote-muschaaten ofte immers de Foely, Macis *genaamt, al ten tyden van* Plautus *moest gehad hebben, dewyl hy in zyn* Pseudolo act. 3. *wel duidelyk* Macidem *noemt, ofte hy moeste geprophbeteert hebben, dat eenige duizendt jaaren daar naa een specerey met dezelfde naam nog zoude in de weereld komen. Maar als men die plaats recht beziet, zoo zal men bevinden, dat het woorden zyn van een Opsnyder en leugenachtigen kok, dewelke, om zyn konst te toonen, een meenigte van vercierde naamen gebruikt, als* Cicilendrum, Polindrum, Macidem, *en* Sancaptidem *tot de visschen, en* Cicimandrum, Hapalopsidem, *en* Cataractriam *tot het vleesch; welke naamen nooit iemant heeft kunnen verstaan, weshalven ook den huurder van den kok daar op in deeze woorden uitvoer:* Dat u al de drommels haalen met uw speceryen en met uw leugens.

EXPLICATIO

Tabulæ Quartæ,

Exhibentis ramum *Nucis Myriſticæ* ſive *Moſchatæ arboris Pala*, incolis dictæ.

A. *Fructus perfectus* eſt.
B. *Nux Myriſtica* juſtæ magnitudinis ac maturitatis, per quam dehiſcit, ejusque *Macis* rubra conſpicitur.
C. Ejus *Nux exempta*, & *Maci* obducta.
D. *Nux putamine* incluſa.
E. *Nux ſola*, & exempta.
F. *Nux furum* dicta, ſeu *Pala Pentsjoeri*.
G. *Pala Bacambar*, ſeu *Nux Gemina*.
H. *Pala Radja*, ſeu *Nux Regia*.

OBSERVATIO.

Arbor hæc *Nucifera* primum denominata fuit a *C. B. in Pinat.* ubi vocatur *Nux Moſchata* fructu rotundo; quo nomine a *Plukn.* in *Almag. p.* 265 & *Phyt. Tab.* 209 *Fig.* 1. exhibetur, ut & a *Breyn.* in *Prodr.* 2. *alt. edit. pag.* 88. Nux aromatica femina vocatur a *J. Baub. part.* 1. p. 265. & *Piſon. Mantiſſ. arom. p.* 173. & Nux Myriſtica *Matthioli*. de qua vide *Valent. hiſtor. ſimpl. refor. lib.* 1. *Sect.* V. *cap.* VI. *pag.* 199 & *ſeq.* & *epiſt. ibid.* XXV. *pag.* 452 & *ſeqq. Tab.* 3. a *Fig.* 5 ad 10. *Ray hiſt. pl. tom.* 3. *app. p.* 58. *Pomet. Hiſtoire generale de Drogues chap.* XII. *p.* 201. qui & *capite* X. *p.* 199. CARYOPHYLLOS exhibet & deſcribit. ut & *Wormius* in *Muſæo p.* 164 & *p.* 210 & *Cluſ. exot. lib.* 1. *cap.* 15 & 16. & *Hiſtor. gener. Lugdun. app. p.* 5. & *Black-well. Herbal. Tab.* 353. & *Amman. manud.* ad *mat. med. cap.* 8. *ſect.* 23. *p.* 112. & *Samuel. Dale. Pharmacol* in 4to. *pag.* 331. ut & *Paul. Herman. mat. Medic p.* 1. *cap.* 5. *pag.* 96 & 97. & *Valent. Amboinæ deſcript. p.* 201. *No.* XXXIII. & *Linſchoten. itinerar. cap.* 66. *pag.* 90. &c.

CAPUT SEXTUM

Meſſis, & Cultura Nucis Myriſticæ.

ARbor Nucem Myriſticam ferens per totum annum fructibus onuſta eſt, ſive primum progerminantibus, ſemi-perfectis, & maturis, hoc autem non omnibus obtinet in arboribus: Sed tria proprie obſervat tempora in quovis anno, quibus maturi decerpuntur fructus: maxima autem Meſſis eſt in medio pluvioſorum menſium, ſub finem nempe Julii, vel Auguſti, tumque arbores refertiſſimæ ſunt fructibus, ſed macis eſt tenuior, quam minoribus frugibus, Novembri nempe, quæ fruges *Mette-kay-aroe* vocatur, atque prioris quaſi ſupplementum eſt.

Tertium Meſſis tempus, ſeu fructuum collectio Martio eſt menſe, vel in initio Aprilis, *Mouſſon-Oele* dictum, a certis viridibus vermiculis Amboinenſibus *Wau* & *Mulatte* dictis, qui in mari circa rupes fluctuantes obſervantur, ex quibus bonum Aatjar, ſeu condimentum conficitur: Hæc autem anni fruges optimas præbet Nuces, craſſiſſimamque macim, quum arbores tum temporis fructibus non ita ſint oppletæ, nec tanta cadat pluvia: e contra menſibus Julio & Auguſto imbres ſæpe pluvia mixti ſunt ingentes, quo ſæpius fit, ut plurimi de arbore projiciantur fructus, vel immaturi decidant, qui nihilominus tamen diligenter colliguntur, quod Belgis *raapen* ſeu colligere dicitur, eorum enim macis quidem venditur, vilior tamen eſt reliqua, nucesque ſunt minores, gibboſæ, diſtortæ, & rugoſæ, unde *rompen* ſeu cadavera vocantur; vera autem nucum collectio ſequenti fit modo: ſi nuces ſint maturæ, cujus ſignum eſt quum earum exterior pellicula læviter ruffum præbeat colorem maturi Mali Perſici, atque hinc inde, quum ex arbore dependeat, findatur, tum incolæ ipſas conſcendunt arbores adducentes nuces longis hamis, quas celeri attractione avellunt, quod minori arboris damno & periculo fit, quam Caryophylli arboris in Amboina. Nucifera enim hæc

arbor

UYTLEGGINGE

Van de vierde Plaat,

Verbeeldende een Tak van een *Noote-muſchaat Boom*, *Pala* by de Inlanders genaamt.

A. De *volkomene vrucht*.
B. De *Noote-muſchaat* in haare regte *grootte*, gelyk ze ryp zynde openbarſt, en de roode *Foely* vertoont.
C. *Dezelfs Noot* uitgenomen, en met de *Foely* omvangen.
D. De *Noot* in haar *ſchaal*.
E. De *gepelde Noot* alleen.
F. *Dieffjes Noot*, of *Pala Pentsjoeri*.
G. *Pala Bacambar*, of *tweeling*.
H. *Pala Radja*, of *Konings-Noot*.

AANMERKINGE.

Deze *Nootdragende boom* is 't eerſt van *C. Baub.* in zyn *Pinax* genaamt *Nux Moſchata fructu rotundo*. met welke naam zy ook van *Plukn. in Almag. p.* 265 en *Phyt. Tab.* 209 *Fig.* 1. voorgeſtelt is, als mede in de tweede druk van *Breyn. Prodr.* 2. *pag.* 88. en wert genaamt *Nux aromatica femina* van *J. Baub.* in zyn *eerſte deel p.* 265 en *Nux Myriſtica* van *Matthiol.* en *Piſo* in *Mantiſſ. aromat. p.* 173. waar over verders zie *Valent.* in zyn *hiſtor. ſimpl. reformat. libr.* V. *cap.* VI, *pag.* 199. en de volgende. en aldaar de 25 *brief. pag.* 452 en de volgende *Tab.* 3. van de 5*de* tot de 10 *figuur*. en *Ray* in de *Hiſt. plant. tom.* 3. *app. p.* 58. *Pomet. Hiſtoire de Drogues chap.* XII. *p.* 201. die mede in het X *Cap. p.* 199. de KRUYD-NAGELEN verbeelt, en beſchreven heeft: als mede *Wormius* in zyn *Muſeum. p.* 164 en *p.* 210. en *Cluſius* in *exot. eerſte boek*, *capitt.* 15 en 16. en in de *Hiſtor. general. Lugd. app. p.* 5. als mede *Black-well. Herbal. Tab* 353. en *Amman. Manud* ad *mat. med. cap.* 8. *ſect.* 23. *p.* 112 en *Samuel Dale Pharmac.* in 4to, *pag.* 331. als mede *Paul. Herman.* in zyn *mat. Medic. p.* 1. *cap.* 5. *pag.* 96 en 97. verders wertze van *Valentyn* in de *Beſchryving van Amboina. p.* 201 beſchreven, en *No.* XXXIII. jammerlyk verbeeldt, als mede in *Linſchotens Rysbeſchryving. cap.* 66. *pag.* 90. &c.

VI. HOOFTSTUK.

Oegſt, en Aanqueking van de Noote-Muſſchaaten.

DEn *Nooteboom is 't gebeele jaar door niet zonder vrugten, het zy met eerſt uitkomende, half-waſſene, ofte volkomene, hoewel zulks niet aan alle boomen gebeurt: Doch eygentlyk heeft hy in yder Jaar drie Sayſoenen, in dewelke men de rype vrugten afplukt: de grootſte oegſt geſchiet midden in de regen-Mouſſon, te weten in 't eynde van Julius of Auguſtus, en als dan hangen de boomen vol vruchten, maar de Foely is wat dunder, dan by de kleine gewaſſen, te weten in November, 't welk men Moeſſon* Mette-kay-aroe *noemt, en maar een ſtaartje is van de voorgaande oegſt.*

De derde Moeſſon, ofte in-oegſting valt in de maant Maart, of in 't begin van April, genaamt MOESSON-OELE, *van zekere groene wormpjes, by de Amboneſen* Wau en Mulatte *genaamt, die men als dan in Zee omtrent de klippen vint dryven, en waar van men goede Aatjaar maakt: en deze Moeſſon geeft wel de beſte Nooten, en de dikſte Foely, om dat als dan de boomen zoo vol vruchten niet en hangen, en ook zoo veel regen niet en valt: daar en tegen in Julius en Auguſtus vallender zeer ſterke regenbuyen en harde winden, waar door het gebeurt, dat veele vruchten van de boomen afgeſlaagen werden, of te vroeg afvallen, doch dewelke des niet te min naarſtig ingezamelt werden, en 't welk men raapen noemt, want de Foely wert wel ontfangen, maar is echter ſlegter als de andere, en de Nooten zyn wat kleinder, bultig, ſcheef, en gerimpelt, en werden daarom rompen genaamt; de regte in-oegſting geſchiedt aldus: als de Nooten ryp zyn (waar van het teyken is, wanneer de buitenſte ſchel de licht-roſſe koleur van een rype Perſick vertoont, en men dezelve hier en daar aan de boom ziet berſten) dan klimmen de Inwoonders op de boomen, en haalen de Nooten met lange haakjes en korte rukjes van de takken af, het welk met minder perykel geſchiet, dan van de Nagelbomen in Amboina. Want de Nooteboom heeft dikker*

en


Pag. 18.
Tab. IV.
H
H
G
G
F
A
A
E
B
C
D
Tom. II.

arbor crassiores, & magis planos gerit ramos, quibus melius insistere possunt, copiosisque gaudet longioribus ramulis, qui facile adduci possunt, avulsas & cadentes nuces sub arbore inter herbas, quum terra ibi non ita depuretur, ac sub Caryophyllorum arbore, projiciunt, immo sæpe circulus ex herbis conficitur sub una arboris parte, qua arbor ad declives & præruptos inclinat montes, ne nuces nimis remote cadant. Collectæ hæ nuces mox a servis cultro aperiuntur, exteriusque putamen tollitur, quod acervatum in silvis computrescit; novitianus autem, qui maturas nuces ab immaturis haud bene distinguere novit, si illas aperire velit, facile sese lædere potest, cultrumque per immaturam nucem, quam maturam putat, suæ infigere manui.

Depuratas nuces domum reportant, & cultello mox macim abradunt, quæ tam integra servatur, quantum fieri potest; hujus autem operis servi adeo sunt periti, ut quam citissime peractum sit. Sanguinea hæc macis aliquot per dies sole exsiccatur, certis quibusdam quadratis exstructis locis instar magnorum latorumque altarium, in quibus Kermesinus seu sanguineus color in obscure rubentem transit, ac demum in saccis vel vasis croceum vel aurantium induit colorem, qualis ad nos transfertur; nuces vero, quæ nigro cortice seu pellicula obductæ sunt, solebant antea per septimanam in tigillatis tabulatis, ex fissis Bambosis confectis, quæ *Parre Parren* vocantur, ad solem exsiccare, quod tamen postea haud bonum fuit compertum, quum per solis ardorem diu exsiccatæ findantur, seu rimas contrahant, atque nocte fissuras pruina penetret, unde facillime corrumpuntur. Hinc alii melius id præstant, qui nempe nuces, quam primum macis sit sublata, non ultra tres ad solem exsiccant dies, illasque sub vesperam quotidie in ædes deducunt suas, vel mox tabulatis seu *Parre Parren* inponunt, quæ locata sunt in ædibus vel sub tegumentis opertis, atque sub his fumeum exstruunt ignem, ut fumus ipsas penetret nuces. Si nunc per quatuor septimanas ita fumo fuerint expositæ, ex *Parre Parren* tolluntur, crassisque pulsantur fustibus, vel supra illas saxum quoddam gravius supervolvitur, donec ossea putamina confringantur: nuces autem cariosæ vel corruptæ hac quoque pulsatione vel evolutione diffringuntur, unde facile a bonis distingui possunt nucibus, & tunc quoque cadavera ista, *rompen* dicta, sese aperiunt, quæ antea dignosci non poterant.

Depuratæ hæ nuces manibus seliguntur, atque in tres cumulantur acervos, quod *Garbuleeren* vocatur. In primo vero acervo maximæ & optimæ habentur, quæ in Europam transferuntur: alter acervus plerumque hic in India consumitur: in tertio vero acervo cadavera illa deponuntur, quæ licet ingrati sint adspectus, & rugosa, nihilominus tamen sunt dura, pinguia, & durabilia. Hisce autem plurimum utuntur incolæ ad oleum exprimendum, sed raro vel nunquam in alias transferuntur regiones: Depuratæ autem nuces mox lanci inponendæ sunt, mercatorque, qui illas emit, curam gerere debet, ne per octo dies in promptuariis nulla calce obductæ deponantur, quum alias facile corrumpantur, præsertim si humido vel obscuro deponantur loco, uti quoque, si in nudum projectæ fuerint solum. Calcis obductio sequenti fit modo: ex tenui cribrata calce crassior aqua calcis conficitur, quali utimur ad muros dealbandos, hæcque lacui vel cupæ infunditur, cui nuces corbulis inpositæ bis vel ter immerguntur, illasque concutiunt, ut aqua calcis omnes tangat nucum partes, tumque in promptuariis in acervum effunduntur nuces. Calx obducta nuces conservat a putredine, nec noxam ipsi adfert, quum calx hæc exuratur ex mollibus albicantibusque corallii lapidibus ex mari adductis, qui paucam habent acrimoniam, qualibus etiam quotidie ad Pinangæ masticationem utuntur. Sæpe etiam fit, ut hac calce obductæ nuces, quum in occluso vel arcto loco fuerint sibi invicem inpositæ, fervorem contrahant, sique ignis scintilla in ipsas decidat, cito in fumum agitentur, unde etiam in navibus, quibus transvehuntur, tegmina non penitus occlusa sunt, ut aëri sint expositæ, quamvis illud periculum in navibus non tanti sit momenti, quum, si navi

en vlakker takken, daar men beter op staan kan, en is ook overvloedig met lange ryskens behangen, die men gemakkelyk kan na zig haalen, de geplukte en afgewassene Nooten laatenze slegts onder den boom nedervallen op de laage ruigte, dewelke men ook zoo precys niet schoon maakt, als onder de Nagelboomen, ja men moet zomtyts wel een kring van ruigte maaken op de eene zyde van de boomen, die aan 't bangen van 't gebergte staan, op dat de Nooten niet te verre komen af te vallen. De geplukte Nooten werden straks van de Slaaven met een mes geopent, en de buitenste bolster daar afgenomen, die ze dan in 't bos op hoopen laaten liggen verrotten; doch een Nieuweling, die de rype Nooten van de onrype niet ter deegen kan onderscheiden, kan zig in 't openen derzelver wel dapper bezeeren, en 't mes door de onrype noot, die hy voor ryp aanziet, in zyn eygen hant slaan.

De schoongemaakte Nooten brengenze naar huis, en kluiven met een mesje straks de Foely daar af, die ze zoo heel moeten laaten als het mogelyk is; tot dit werk zyn de Slaaven zoo afgerigt, dat het zeer hebendig voortgaat; deze bloet-roode Foely wert als dan eenige daagen in de Sonne gedroogt, op zeekere vierkante gemetzelde plaatzen, gelyk groote breede Altaren, daar ze dan haar karmozyn koleur verliest en eerst donker-root wert, ten laatsten in de Sockels boog-geel, of oranje-verwig, gelyk ze tot ons wert overgebragt; maar de Nooten noch met haar swarte schaal omvangen zynde plagt men voor dezen ook een week lang op latte solderingen, van gespleten bamboezen gemaakt, (die men Parre Parren *noemt) in de Son te droogen, doch 't welk naderhandt niet goet gevonden is, vermits dezelve door de hitte der Sonne des daags gedroogt zynde, beginnen te scheuren, en, op de parre parren liggende, des nachts door de scheurtjes den dauw daar in dringt, en dezelve zeer licht doet bederven. En daarom doen andere beter die haar Nooten, zoo dra de Foely daar afgenomen is, niet boven drie daagen in de Son laaten droogen, en dezelve telkens 's nachts in de huizen bergen, of straks op parre parren smyten, die in de digt toegemaakte of gepaggerde huizen onder het dak staan, en daar smokent vuur onderstooken, op dat de rook ter degen door de Nooten heen dringe. Alsze nu vier weeken aldus in den rook gelegen hebben, neemt men ze van de parre parren af, en slaatze of dorstze met dikke stokken, of men rolt een swaare steen daar over, tot dat alle de houte schaalen in stukken raaken: en welke Nooten als dan vermolmt, en vergaan zyn, raaken door dit slaan of rollen mede in stukken, en zyn gevolglyk te ligter van de goede te onderscheiden, insgelyks openbaaren haar dan ook de rompen, die men te vooren niet konde kennen.*

De schoongemaakte Nooten werden dan met de handen uitgezogt, en in drie hoopen gesorteert, 't welk men Garbuleeren *noemt. In de eerste hoop zyn de grootste en schoonste Nooten, die men naa Europa voert: De middelste zoorte van den tweeden hoop blyft meest hier in Indiën: in de derde hoop zyn de voornoemde rompen, die, hoewel ongezien en rimpelig, niet te min hart, vet, en durabel zyn. Deze werden meest gebruikt, om olye daar uit te slaan, maar weinig of niet om weg te voeren. De gezuiverde Nooten moet men straks ter schaale brengen, en dien Koopman, dieze ontfangt, moet ze niet boven de agt dagen ongekalkt in de Pakhuizen laaten leggen: want ze bederven anderzints zeer ligt, en bezonderlyk als ze in een vochtige en bedompte plaats of op de bloote gront leggen. Het kalken geschiet aldus: men maakt uit fyn gezifte kalk een dik kalk-water, (gelyk men gebruikt om te witten) in een groote bak of kuipe, en dompelt de Nooten met kleine mandekens, twee a drie maal daar in, dezelve schuddende, dat het kalkwater aan alle kanten raake, en stortze voorts in de Pakhuizen op een hoop. De aanklevende kalk bewaart de Nooten voor verrotten, hy geeft ook gansch geen schadelykheidt aan dezelve, want hy wert gebrant van weeke witte koraal-steenen uit de zee, daar weinig scherpheidt by is, diergelyke men dagelyks tot het Pinang eeten gebruikt. Het gebeurt zomtyds, dat deze gekalkte Nooten, als ze in een toegeslooten en benaude plaats op malkander leggen, in haar zelfs verbroeyen, en als 'er een vonxken vuur opvalt, haastig beginnen te rooken en smooken, daarom men ook in de Schepen, waar mede men ze vervoert, de luiken niet al te digt moet toeleggen, op dat ze lucht mogen hebben, hoewel ze van 't voorschreve ongeval in de Scheepen zoo grooten noot niet hebben, vermits in 't afscheepen de meeste kalk daar afvalt, 't welk een moeylyk stuiven geeft, de oogen zeer schadelyk zynde, en die in*

navi inmittantur, plurima decidat calx, quæ tædiosum caussat pulverem, oculis quam maximè noxium, quique in arctioribus navium locis hasce tractant, atque recipiunt, periculum subeunt suffocationis.

Siccata Macis similiter haud diu deponenda est, sed ponderata, magnis stramineis, Rottangaque supertextis inponitur saccis, *Sockels* dictis, qui quinque pedes sunt longi, sesquipedem vero lati, quorum pars interior conficitur ex quibusdam longis latisque foliis *Cocoja* vocatis, quæ in Bandæ montibus copiose crescit, sed non nisi hominum auxilio, qui, si folia hujus plantæ avulserint, reliquum stipitem pedibus ad terram proterunt, ut terram tangens de novo alias progerminet plantas: de qua *libr.* 6. ulterius agetur.

Antequam autem Macis istis inpingatur saccis, aqua marina prius adspergenda est, singuloque sacco binæ heminæ sufficiunt, unde macis comminutio inpeditur, ejusque pinguedo conservatur: Macis pedibus tam firmiter inpingitur, quantum fieri potest, denique saccus consuitur cum parva tabella, cui pondus talis sacci inscribitur, singulus vero talis saccus ponderat viginti octo Bandenses Catjes, h. e. centum & sexaginta unum pondo Hollandica, quilibet autem Cattu Bandensis 5¾ pondo Hollandicorum est: talibusque saccis Macis in Europam transfertur.

Nuciferæ silvæ hodie ab antiquis non possidentur incolis, quum hi ob plurima homicidia in natione Hollandorum perpetrata, præsertimque mense Majo anni 1609 in Archithalasso *Petro Wilhelmo Verhoeveno*, profligati sunt, totaque ista regio anno 1621 per summum ducem *Janum Petersen Coënum* armis devicta, inque fœderati Belgii Provinciam redacta fuit, quum ejus areæ quoque fuerunt divisæ civibus Belgicis atque Misticis, qui magnum servorum numerum quadraginta plerumque vel quinquaginta alere debent, & ad areas maximas quidem octoginta vel centum. Qui autem nullas harum areas possidebant, servos suos in silvas emittere poterant, qui delapsas colligebant nuces, atque tales nuces per maturitatem prolapsæ optimæ & maximæ sunt, optimamque habent circumjectam Macim. Per fortiores ventos vehementesque imbres plurimæ etiam dejiciuntur nuces, sed hæ cadavera sunt, quarum tamen macis bona est, atque divendi potest, ob quas tum temporis collectio illa in silvis erat concessa. Hoc autem hodie vetitum est, quum arearum domini conquesti fuerint, collectores illos, seu potius raptores modum excessisse, illasque ex arboribus avulsisse, ita ut jam quisque cum suis servis suam colat, atque tractet aream.

Putatum fuit antea, nuces non facile humana arte posse propagari, illudque tantum fieri per speciem quandam cœrulearum palumbarum, a Bandensibus *Falor*, Malaicensibus *Burong Pala*, & nostratibus *Noote-eeters*, seu nucum devoratores, vocatarum, quæ nuces hasce ex putamine exteriore rostro eximunt, totasque devorant, quarum macim tantum digerunt, totamque nucem cum putamine osseo per stercus rejiciunt, quæ in terram inter herbas prolapsæ, novas progerminant arbusculas, e contra vero, si homines maturas nuces inter herbas terræ committerent, vel in suis hortis pingui solo mandarent, nullas propullulare, cujus caussa est, quod nux, si per aliquod tempus in terra procumbat, facile cariosa fiat, atque corrumpatur. Dein autem anno 1662 semi-maturas adhibuerunt nuces, *Matta Puti* dictas, in quibus macis nondum rubebat, hasque inter plantas terræ commiserunt, quod bene successit; optimas enim producebant arbusculas, quæ pro lubitu transplantari poterant. Arbusculæ hæ anno quinto, sexto, septimove fructus producebant, semper autem sub herbis vel umbra locandæ sunt, quum solem non bene ferant, ita ut, si terra circa illas nimium depuretur, facillime pereant, immo adultæ arbores amant inter alias locari arbores, præsertimque silvestres ad maris oram desiderant arbores, ut & etiam in summa montium parte circa illos locentur, ut ab aëre marino, ventisque gracilioribus, qui maxime ipsis nocent, arceantur. Hancque ob causam nullas in Banda licitum est exstirpare arbores silvestres, nisi nimis opprimant nuciferas arbores, illasque obtegant. Quo in casu quasdam succidere licet, ut liberior arbori nuciferæ sit aër. Immo nuciferæ arbores ipsæ non ita arcte locentur, ut sese tangant, quum paucos tum producant fructus, atque instar Piceæ alias excrescant, uti

in de benaaude ruimen daar mede omgaan loopen gevaar om te verstikken.

De gedroogde Foely moet insgelyks niet lange liggen, maar gewogen zynde, in groote stroye en met Rottang omvlogten zakken gevult werden, (Sockels *genaamt*) *dewelke vyf voeten lank, en 1½ breet zyn, en het binnenste gemaakt werden van zeekere lange en brede blaaderen,* Cocoja *genaamt, die op Bandaas bergen overvloedig wasschen, hoewel niet zonder toedoen van menschen, dewelke de kruin van deze plante, alsze de blaaderen afgekapt hebben, met de voeten nedertrappen, op dat ze de aarde mogen raaken, en dies te lichter nieuwe planten voortbrengen, waar van* lib. 6. *nader gesproken zal worden.*

Eer men de Foely in voorschreve zakken vult, zoo moet menze een weinig met zout water besprengen, nemende twee kannen tot yder Sockol, 't welk de Foely het verbryzelen belet, en onderhout derzelver vettigheidt. De Foely wert 'er digt ingetrapt, en zoo hart als men kan, op malkanderen gepakt, daar naa den Sockol boven toegenaayt, met een klein bordje boven op, daar 't gewigt van de Sockol opgeteykent staat, wegende yder Sockol netto 28 *Bandaasche Catjes, zynde* 161 *ponden hollands, yder Catje Banda, voor* 5¾ *pont hollands gereekent, en met welke Sockels zy tot in Europa vervoert wert.*

De Noote-bosschen werden bedensdaags niet meer door de oude Inwoonders bezeten, dewyle dezelve wegens haare menigvuldige moorderye aan de Nederlantsche Natie, voornamentlyk in May Ao. 1609. *aan den Admiraal* Pieter Willemsz. Verhoeven *bedreeven, daar uitgejaagt zyn, en het geheele Landt Ao.* 1621. *door den Generaal* Jan Pietersen Coen *met de wapenen ingenomen, en tot een Provincie van de Vereenigde Nederlanden gemaakt is, als wanneer de Perken ook verdeelt zyn onder de Nederlantsche en Mistiſsche burgery, die een groot getal Slaaven daar op moeten houden, gemeynelyk* 40 *en* 50 *stuks: maar tot de groote Perken behooren wel* 80 *en* 100. *stuks. De gene, die geen van deze Perken bezat, vermochten voor dezen haare Slaaven naa 't bos te zenden, om de afgevallene Nooten op te raapen, dewyle zoodanige Nooten, die door rypheidt afvallen, de schoonste en grootste zyn, en ook de beste Foely hebben. Door de harde winden en sterke regen werdender ook veele afgeslagen, maar die worden rompen, waar van de Foely echter leverbaar is, en om welkers wille meest dit raapen wierd toegestaan. Maar hedensdaags is het verboden, dewyl de Perkeniers geklaagt hebben, dat de raapers wat te verre om zich quaamen te tasten, en moet nu een yder zyn Perk met zyn eigen Slaven waarneemen.*

Men heeft voor dezen gelooft, dat de Nooten niet wel door menschen handen konden voortgeplant werden, en dat zulks alleene geschiedde door een zoort van blaauwe wilde duiven, by de Bandanezen Falor, *by de Maleyers* Burong Pala, *en by onze Natie Noot-eeters genaamt, dewelke deze Nooten uit de buitenste bolsters pikken, en zoo geheel inslokken, waar van ze alleenig de Foely verteeren, en de geheele Nooten met de houte schaal door afgang weer van haar geven, die dan in de ruigte vallende, nieuwe plantjes voortbrengen, en dat daar en tegens, als de menschen de rype Nooten naamen, en die in de ruigte zaayden, of in haare thuinen, ja zelfs in een vette gront zetteden, daar niets van opkwam, waar van de oorzaake was, dat de Noot, alsze geheel, en een tydt lang op de aarde leyt, zeer ligt wormsteekig wert, en bederft. Doch daar naa heeft men omtrent het Jaar* 1662. *half rype Nooten beginnen te neemen,* Matta Puti *genaamt, dat is aan den welken de Foely noch niet ter degen root is, en dezelve in de ruigte gezaayt, en dat gelukte wel: want daar quaamen goede boompjes van op die men naa believen verplanten konde. Deze boompjes dragen in 't vyfde, zesde en zevende jaar vruchten, maar zy moeten geduurig in de ruigte, of onder de schaduwe der boomen staan, want zy willen niet veel Son hebben, zoo dat als men de plaats daar rondom zuivert, en al te kaal maakt, zy zeer ligt uitgaan, zelfs de oude boomen willen gaarne tusschen andere boomen instaan, en inzonderheidt willenze eenige wilde boomen na de zeekant hebben, en ook boven op de bergen rondom haar, op datze van de zeelugt, en schrale winden, die hun zeer schadelyk zyn, bevrydt mogen blyven. En om deze oorzaak mag men in Banda geen wilde boomen omkappen, het en zy dat dezelve te digt staan, en den Nooteboom te zeer bedekken, in welk geval men eenige mag omkappen, op dat de Nooteboom matelyk lugt he-*

uti hoc in areis Lontoirensibus conspicitur, hæc autem arborum exstirpatio relinquitur judicio Inspectoris silvarum, sine cujus consensu nullam exstirpare licet arborem.

bekoome: Ja zelfs de Nooteboomen moeten zoo dicht niet staan, datze malkander raaken, want zy draagen anders weinige vruchten, en schieten zoo styl op als Sparren, gelyk men in de Lontoirsche *Perken ziet, welk omkappen en omvellen gestelt wort aan het oordeel van den Boswagter, zonder wiens toestaan men niet een boom mag omkappen.*

CAPUT SEPTIMUM.

Vires, & Usus Nucis Myristicæ.

Hic valet idem, quod de Caryophyllis fuit dictum, plus nempe hasce nuces adferre usus, atque utilitatis Europæis populis, præsertimque borealibus, atque Belgis, quam Indiæ incolis, unde de earum viribus atque facultatibus non multum dicemus, at generalia de illis notantes, plurimis notas commemorabimus earum utilitates. Quidam autem auctores narravere, nuces mares pluribus pollere viribus, quam feminas, atque a Javanis magis expeti; hoc autem est erroneum. Si vero per mares intelligant majores illas, oblongasque nuces aromaticas, pro vero accipi posset, quoniam vero supra notavimus, omnes nuces aromaticas feminas dici, hinc de silvestribus illud necessario intellexisse debuerunt, sed hac in re tamen decepti sunt. Licet enim Javani, atque Malaicenses a Bandensibus duos ex nucibus maribus manipulos petierint, neutiquam illud fecerunt, quod essent meliores, pluribusque pollentes viribus, sed quod ex iis medicamenta conficiebant, ad quæ vulgares erant inutiles. Vera autem Nux-Myristica si assumatur, omnem sedat dolorem, atque lancinationem ex frigida caussa ortam, ut & flatulentiam stomachi, intestinorum, atque matricis, ventriculumque corroborat frigidum, ac meliores caussat digestiones, vomitum sedat, ut & singultum; cum Baccis Lauri contusa atque commixta, vinoque potata urinam pellit, Dysuriam curat, bonumque præbet oris halitum. Convenit quoque colicis intestinorum doloribus, obstructumque aperit hepar, & lienem, dicto si usurpetur modo.

Ad ignem tosta quoque nux cum quodam mixta liquore adhibetur contra Diarrhæam & Dysenteriam. Arabici vero medici hoc in casu aliquid Opii admiscent, atque a certo cognovimus amico, qui hoc tanquam summum arcanum a Persicis dicebat didicisse Æthiopibus contra Dysenteriam, si nempe Nux Myristica tosta cum pauxillo Opii, magnitudine fructus Cadjang dicti, cum haustu vini rubri assumatur, vel si rubrum deficiat vinum, hoc cum molli ovi vitello fieri potest. Quum vero nostra natio non sit adsueta Opii usui, aliam didicimus curam, si nempe nux excavetur, frustumque Benzoes intrudatur, hæcque, si sub cineribus torreatur, atque cum pauxillo juris carnium assumatur, convenit matrici, doloribus abdominis, renum, & vesicæ. Quidam etiam dicunt, hanc valere ad Nephritidem pellendam, si antea maceretur in oleo Amygdalarum. Ab usu vero talium nucum sibi caveant tales, qui constipatam habent alvum, vel Hæmorrhöidibus laborant, crassumque & adustum habent sanguinem; si tum aliqua Zingiberis portio addatur, corrigitur, & penetrantem magis habet virtutem. Quotidianus vero nucum usus per pinguedinem ventriculum obducit muco, capitique vapores caussat graves, unde facile oritur Lethargus. Narratur quoque inprægnatam feminam esu decem, duodecimve nucum certo tempore insanivisse, atque, ut hoc confirmemus, duas tresve historias nostro tempore factas adducemus.

Anno 1655 quidam Germani panis infusionem edebant ex vulgari cerevisia & vino præparatam, cui ex eorum relatu nihil aliud miscuerant, nisi saccharum, septemque vel octo rasas Nuces Myristicas. Hi omnes altero die tantam pectoris patiebantur oppressionem fauciumque angustias, acsi suffocarentur, ipsorum ora admodum sicca erant, labia intumescebant, & quasi glutine obducta adhærebant, cum difficultate respirabant

VII. HOOFDSTUK.

Kragten, en Gebruik der Noote-Musschaten.

Alhier gelt mede 't geen van de Nagelen gesprooken is, te weten, datze merkelyker en meerder nuttigheit geven aan de Inwoonders van Europa en andere koude Landen, inzonderheit aan de Duitsche Natie, dan aan die van Indiën, dierhalven wy van haare kragten en eigenschappen niet breet schryven zullen, en in 't generaal daar maar wat van zeggende, alleenlyk de meest bekende nuttigheden aanhaalen. Zommige Autheuren hebben voorgegeven, dat de Mannetjes-Nooten krachtiger zouden zyn, en van de Javanen meer gezogt wierden, dan de Wyfkens; doch dat is een misverstant. Maar alsze door de Mannekens verstaan die groote lange specery-Nooten, zoo zoude dit zeggen noch konnen passeeren, maar dewyl wy hier boven gezegt hebben, dat alle specery-Nooten voor Wyfkens gehouden werden, zoo moetenze dit noodzakelyk van de wilde Nooten verstaan hebben, doch daar in zy echter bedroogen zyn. Want of wel de Javanen, en Maleyers voor dezen van de Bandaneezen een paar handen vol Mannekens Nooten verzogten, zoo hebbenze dat geenzints gedaan, om datze beter en krachtiger zouden zyn, maar om datze hun Medicyne daar uit wisten te maaken, daar toe de gemene onbekwaam waaren. De rechte specery-Noot genuttigt, verzagt alle pyn en steekinge veroorzaakt uit koude, en winderigheidt in de maage, darmen, en baarmoeder, versterkt de krop van een verkoude maage, en helpt dezelve aldus tot een beter kooking, stuit het braaken, en den hik, gestooten, en met Backelaaren gemengt, en in wyn gedronken zynde, zoo dryftze de uryne, geneest de koude pis, en maakt een goede aessem: Zy is mede goet voor kolyk en pyne der darmen, opent de verstopte leever en milt, op de voorgaande manier gebruikt wordende.

De Noot wert ook by 't vier gebraaden, geroost, en met eenige drank ingenomen om de buik-loop en 't roode melizoen te stoppen. De Arabische meesters mengen in dit geval een weinig amphioen daar by; en wy hebben van een zeeker Vrient verstaan, die dit voor een groot secreet van de Persiaansche Mooren zeide geleert te hebben tegens den bloetgang, te weten een gebrade Noot, met een weinig amphioen omtrent de grootte van een Kadjang, met een dronk rooden wyn ingenomen, en als men geen rooden wyn heeft, zoo mag men 't zelve met een week ey doen. Doch dewyl onze Natie aan 't gebruik van den amphioen niet gewent is, zoo hebben wy een betere Cure geleert, te weten, als men de Nooten wat uitholt, een broxken Benjoin *daar in steekt, in de heete assche braat, en zoo met eenig zop inneemt, is deze Noot inzonderheidt mede goet voor de moeder, buikpyn, nieren, en blaze. Zommige zeggen, datze ook dient om 't graveel af te dryven, weekende dezelve alvoorens in amandel-olye. Maar daar en tegen moeten haar van 't veel gebruik dezer specerye wagten die gene, dewelke hartlyvig, of met de speenen gequelt zyn, en een dik, grof, verbrant, bloet hebben, dan wat gember daar by gedaan verbetertze, en maaktze doordringender. Het dagelyks gebruik der Nooten maakt de maage wegens haar vettigheidt slymerig, en vervult het hooft met swaare dampen, waar uit dan mede een slaapziekte voortkomt. Men verhaalt ook, dat op een tyt een swangere Vrouw door 't eeten van 10 a 12 Nooten was gek geworden, en om dit te bekrachtigen, zo zullen wy twee a drie Historien by onze tyden geschied, hier toe bybrengen.*

Ao. 1655 aten zommige Duitschen een koude schaal van slegt bier en wyn gemaakt, daarze naa haar zeggen niet anders badden ingedaan dan zuiker, en 7 a 8 geraspte Nooten. Deze kregen des anderen daags zulken benaauwtheyt op de borst en in de keel, als of zy verstikken wilden, de mont wiert hun zeer droog, de lippen geswollen, en aan malkander klevende, met moeyte haaldenze den aessem, in 't hooft voeldenze zulken swaarte, en draayingen,

bant summa, capitisque sentiebant tantam gravitatem atque vertiginem, ut memoria destituti viderentur, ipsorum abdomen erat induratum & constipatum, ita ut magno labore, plurimisque Julapiis haustis tandem curarentur, institutis præterea venæ sectionibus atque purgationibus. Alio tempore bini milites una sub arbore nucifera per noctem dormiebant in *Manipa*, qui altero die ita vertiginosi erant, ut ebrii, vel semi-insani viderentur. Talia exempla in Banda quoque fuerunt observata; ibi enim anno 1650 duo erant milites, qui quinque sexve nuces e manibus edebant, unde similiter fatui & delirantes quoque fuere facti. Dein anno 1657 alius homo in lecto inveniebatur mortuus, ante cujus lectum corbis inveniebatur nucibus repletus, unde concludebatur, tantam edisse Nucum copiam, per quas in fatalem hunc atque supremum inciderat somnum.

Quam noxam atque incommodum tales patiantur, qui domus inhabitant, vel cum navibus vehuntur, in quibus nuces calce obductæ sunt depositæ, supra innuimus, unde patet, Nuces in India plus damni adferre quam utilitatis, & sapientem Creatorem illas fabricavisse Boreali mundi parti, ubi ipsarum pinguedo per frigus concentrata, adeo mutatur atque corrigitur, ut non tantum sint durabiliores, sed etiam saniores, meliusque spirantes, uti hoc quoque de Caryophyllis fuit dictum.

Virides nuces sacchara quoque condiuntur, & non tantum per totam Indiam, sed in Europam etiam transferuntur; quod sequenti fit modo; si nuces fere sint maturæ, ita tamen, ut nondum fuerint fissæ, leniter de arbore decerpuntur, ne cadentes lædantur. Hæ aqua ebulliuntur, stilisque perforantur, inque recenti per octo decemve dies macerantur aqua, quæ quotidie effunditur, & renovatur, donec earum acerbitas sit sublata, dein Julapium conficitur ex dimidia, seu anatica aquæ & sacchari quantitate, in quo coquuntur vel diutius, vel brevius, prout expetuntur; sique duræ requirantur, quædam calcis quantitas additur, hæc autem aqua saccharata omni die effundenda est, calefacienda, denuoque nucibus superaffundenda, quod fit per octo continuos dies, demumque nuces iterum ebulliunt in syrupo crassiore ex sacchara confecto, inque lapideis bene obturatis conservatur ollis, talique modo incorruptæ in Europam transferri possunt. Hac autem coctione Nucis putamen obscure rubentem acquirit colorem, semi-pellucidum est, & adeo tenerum, ut non opus sit, ut exterior pellicula tollatur, sed in quinque sexve partes conscissæ hæ eduntur nuces. Cum aliis plerumque tragematibus sub finem mensæ, præsertim autem cum potu Thee inponuntur mensis, atque inter potandum convivis offeruntur. Si nuces nimis vetustæ sacchara condiantur, pellicula exterior, antequam edantur, decorticanda est, eo quod nimis sit dura: Interior cum maci nucleus non editur, quidam vero macim circumrodunt, nucemque abjiciunt. Si conditum hocce quotidie usurpetur, caput, cerebrumque vaporibus afficiuntur crassis, dictumque generat Lethargum, vel homines inde fiunt obliviosi, & somnis maxime obnoxii, ventriculum quoque & appetitum prosternit. Quum autem ad hanc operationem multum requiratur sacchari, quod in Banda, Moluccisque insulis non est copiosum, hinc totas nuces solebant in vasis vel ollis muria condire, talesque Bataviam mittere, ubi saccharum copiosius est.

Chinenses in Batavia aliam instituunt methodum sacchara condiendi nuces, quæ non ita operosa nec pretiosa est, muria conditas sumunt nuces, quas in recenti macerant aqua, donec salsedo disppareat, semelque tantum ebulliunt cum syrupo, qui sæpe non conficitur ex albo, sed tantum ex nigro coquitur sacchara. Hæ quotidiano quidem inserviunt usui, sed non diu conservari possunt. Muria conditæ nuces usque in Europam quoque transferri possunt. Ex nucis putamine, dicto modo præparato & contrito, Marmillada conficitur, quæ in quadratas effunditur cistas, usurpaturque æque ad tragemata ac pro medicamento. Viridia ac recentia nucum putamina in Banda primum cum aqua ebulliuntur, ac dein cum vino & sacchara fricantur, quæ gratum dant cibum saporis acidi, instar frixarum Jambosarum, vel Cydoniorum. Idem quoque putamen parum contusum, quod ab aliis minutum conteritur, muriaque infusum condimento, Atjar

-gen, datze haare memorye scheenen quyt te zyn, de buik was hart en verstopt, zoo dat men naa veele moeyte, en met Juleppen haar lieden eerst wederom te regt konde helpen: aderlaaten en purgatien daar beneffens gebruikende. Op een andere tyt sliepen twee Soldaaten onder eenen Nooteboom op Manipa *de geheele nacht door, die 's anderen daags zoo swaarhoofdig waren, datze dronken en half mal scheenen. Diergelyke exempelen heeft men ook in Banda gehat; want Ao.* 1650 *waren aldaar twee Soldaten die 5 of 6 Nooten uit de hant aten, waar van zy insgelyks gek en half zinneloos wierden. Daar naa Ao.* 1657 *vont men een ander Persoon op zyn koy doot leggen, en voor dezelve stont een mandeken vol Nooten, waar uit men vast stelde, hy zoo veel gegeten hadde, dat hy daar door in een doodelyke slaap gevallen was.*

Wat voor schaade en ongemak die gene lyden, die in huizen woonen, of op scheepen vaaren, daar gekalkte Nooten in zyn, hebben wy hier boven vermelt, en waar uit blykt, dat de Nooten in Indiën meer schaade dan nut doen, en dat den wyzen Schepper dezelve gemaakt heeft voor de Noorder werelt, alwaar haar vettigheidt, door de t'zamentrekkende koude, zoodanig verandert, en verbeetert wert, datze niet alleen duurzamer, maar ook gezonder, en welriekender werden, gelyk zulx mede van de Naagelen gezegt is.

De groene Nooten werden ook gekonfyt, en niet alleen door gansch Indiën, maar ook in Europa vervoert, 't welk aldus geschiet: als de Nooten ten naasten by ryp zyn, zoo nochtans datze niet bersten, neemt menze zoetjes van de boomen af, op datze door 't vallen niet gekneust en werden; deze kookt men eens op in waater, en steektze dan met priemen, weektze 8 a 10 daagen in vers waater, daagelyks het zelve vernieuwende, tot datze haare wrangigheidt verliezen, daar naa maakt men een Julep van half waater, half zuiker, en kooktze daar in lang of kort, naa dat menze hebben wil, en zoo menze hart begeert, dan doet men een weinig kalk daar in, dit zuikerwater moet men alle dagen afgieten, warm maken, en daar wederom opgieten, noch andere agt dagen lang, en eindelyk noch eenmaal opkooken, en een dikke syroop van zuiker gemaakt, en in steene potten wel toegestopt bewaaren, alzoo kan menze onbedorven in Europa brengen. Door dit kooken krygt de Noote-schelle een donker-roode koleur, wert half doorschynent, en zoo teer, dat men het buitenste velleken daar niet en behoeft af te nemen, maar men snytze in 5 a 6 deelen, en eetze alzoo: men schaftze gemeynelyk op by andere banketten, op de naa-tafelen, en inzonderheidt by 't drinken van thee-water. Als men in 't konfyten al te oude Nooten neemt, zoo is het buitenste velletje te hart, en men moet het voor 't eeten daar afschellen. De binnenste korrel met de foely eet men niet, doch zommige knauwen de Foely, en snyten de rest weg; als men dit konfyt daagelyks gebruikt, zoo worden daar door het hooft, en herssenen met dikke dampen vervult, en het genereert de voornoemde slaap-ziekte, waar door de Luiden droomen en vergeetachtig worden: het vervuilt mede de mage, en bederft den eetenslust. Om dat nu dit werk veel zuiker kost, waar van men in Banda, en de Moluxe Eilanden niet wel voorzien is, zoo pleegt men de geheele Nooten in vaatjes of potten in te peekelen, en zoo naa Batavia te verzenden, alwaar de zuiker overvloediger te bekoomen is.

De Chinezen op Batavia gebruiken een korter en onkostbaarder manier, te weten, zy nemen de gepekelde Nooten, en weeken dezelve in vers waater, tot datze de zoutigheit verliezen, en kookenze als dan slegts maar eenmaal op met syroop, dieze dikwils niet van witten, maar van swarten boom-zuiker maaken: en deze zyn wel goet tot het daagelyks gebruik, maar konnen niet lange bewaart werden. De gepeekelde Nooten kan men ook tot in Europa voeren; men maakt uit de schelle op voorige manier geprepareert en klein gevreeven, ook een Marmillada, die men in vierkante doosjes giet, en zoo wel tot banket, als Medicyne gebruikte. De groene schellen werden in Banda eerst met water opgekookt, daar naa met wyn en zuiker gestooft, 't welk als dan een aangenaame kost is, ryns van smaak, gelyk gestoofde Jamboezen of Queperen. De zelfste groene schel een weinig gekneust, (zommige vryvenze klein) en in peekel gedaan, dient mede tot een Atjar voor slechte Luiden, (om als toespys te nuttigen, en appetyt te maa-

jar dicto, inſervit plebejo populo, quod tanquam obſonium vel ad appetitum excitandum uſurpatur, quale etiam ad potum Thee adhibetur: Nucum putaminibus, quæ in ſilvis computreſcunt, increſcit certa Fungorum ſpecies, Latine *Boletus Moſchocarianus*, Malaice *Culat Pala* dicta, quæ in Banda pro delicato habetur cibo, de quibus ſuo loco *libro* 10. *cap.* 79 ulterius agetur.

Quum viliora, uti dictum eſt, cadavera, mercaturæ nullo modo inſerviant, atque inutilia ſint, hinc plurimum ad oleum exprimendum uſurpantur: Nuces autem primum in ſartagine torrentur, dein contunduntur, ac denuo calefiunt, inque ſaccis ex Runut (quæ textura eſt piloſa in Calappi vertice inter ramos excreſcens) confectis inter duos locantur aſſerculos, qui arctiſſime inſtrumentis ſibi apprimuntur, qua compreſſione fit, ut e nucibus craſſum profluat oleum inſtar liquefacti butyri, quod in quadratis recipitur formis, in quibus ſtatim condenſatur atque inſtar exunguiæ ſpiſſum eſt, coloremque habet butyri recentis, vel aliquando paulo magis album: Placentæ hæ palmæ habent longitudinem, quinque digitos latæ, pollicemque craſſæ ſunt, inque uſum Medicum æque per Indiam, quam in Europam transferuntur. Quondam hæ magni æſtimabantur, nunc autem ob copiam in tanto non habentur pretio, licet privatis non ſit licitum illas præparare, omneſque confectæ placentæ ſocietati vendantur.

Simili fere modo ex contuſa & calefacta maci oleum exprimitur, quod ſanguinei eſt coloris, ac ſemper molle eſt, ſique manui inſtilletur, inſtar flavi ſanguinis apparet; quod ſaporem habet pinguem, atque amaricans eſt inſtar Macis, ſine notabili calore: hac autem olei præparatione multum conſumitur Macis. Computantur enim tres Bandenſes aſtulæ, h. e. ſeptendecim cum quadrante pondo Macis requiri ad unam hæminam olei. Ex maci quoque ſimili modo, eiſdemque inſtrumentis, quibus Arack conficitur, limpidum exuritur oleum, cujus pars prima, quæ in deſtillatione poſt aquam exſtillat, pellucida & tranſparens eſt inſtar vetuſtioris vini Rhenani, ac demum, ſi fortiori urgeatur igne, rufeſcit. Quum autem hoc oleum ob pelluciditatem vix ab aqua ſeu phlegmate ſit dignoſcendum, ac proinde difficulter ſeparandum hinc ſolebant quidam parum contritæ Macis Recipienti inponere, quo fit, ut inſtar vini rubri appareat, ac proinde oleum in ſeparatione ab aqua facilius diſtinguendum ſit. Utrumque hocce oleum eaſdem habet virtutes, ſubtile enim admodum eſt & penetrans, ita ut, ſi lagenulæ, quibus infunditur, non bene fuerint obturatæ, magna illius quantitas avolet, in deſtillatione autem decem Bandenſes ciſtulæ Macis ad unam requiruntur hæminam olei. Si oleum hocce per alembicos ſtanno obductos deſtillaretur, pretioſum eſſet, atque utile ad internum uſum, quum alias per cupreos deſtillatum alembicos rancidum ſit, caputque grave reddens: unde oleum expreſſum multo ſalubrius & gratius ad uſum habetur internum. Expreſſum nucis oleum, quod balſamum quoque vocatur, Arabibuſque *Geuzi-ſemen* dicitur, virtutem putatur habere curandi omnes morbos renum & articulorum ex cauſſa frigida ortos, item conducere pectoris depurationi atque pulmonis, vocemque claram reddere, & cum aliquo cibo vel potu aſſumptum conceptui ſeu generationi prodeſſe, ſemenque maſculinum augere, hominesque pinguiores reddere, atque ſtomacho & abdomini illinitum omnes frigidos curare morbos & tormina, maculaſque faciei pellere, Dyſuriamque inpedire. Ad eoſdem quoque morbos oleum Macis expreſſum adhibetur, deſtillatumque interne aſſumitur, illi autem, qui hocce uſurpant oleum, capitis dolori non debent eſſe obnoxii, quum hunc ſæpe cauſſet & augeat. Expreſſarum nucum fæx plerumque ad Noſocomium mittitur, qua fricantur artus illorum, qui *Beri-beri*, ſeu Paralyſi Indica laborant.

Pala Pentſjuri, ſeu furum nuces dictæ interne contra Nephritidem aſſumptæ ſummopere laudantur, ſeroſuſque liquor ſeu lac ex viridi profluens fructu, cum aqua mixtum, ſeu ejus putamen cum aqua contritum aphthas curat, ſi os fauceſque hac colluantur & gargariſentur aqua.

maaken,) te gebruiken, gelykze zoodanig mede by het theewater opgediſt werden: Op de Nooten-ſchellen, die in 't bos blyven liggen verrotten, waſt een zeeker zoort van Kampernoelye, in 't Latyn Boletus Moſchocarianus, *op Maleyts* Culat Pala *genaamt, dewelke in Banda voor een groote lekkernye gehouden word, en waar van op zyn plaats* lib. 10. cap. 79. *breder zal geſproken werden.*

Dewyle nu, als gezegt is, de ſlegte rompen, tot Koopmanſchap onbekwaam zyn, zoo werdenze meeſt tot het olyſlaan gebruikt: namentlyk, men rooſt eerſt de Nooten in een pan, daar naa ſtampt menze, maaktze noch eens heet, en doetze in zakken van Runut (dat is een hayrig geweef, 't welk men boven aan de Calappus-boomen tuſſchen de takken vint) gemaakt, en legtze tuſſchen twee ſwalpen of dikke planken, die men dan met wiggen en moskuilen dicht t' ſaamen dryft, door welke perſſing uit de Nooten een dikke oly vloeyt, even als geſmolten booter, die men dan in vierkante vormen laat lopen, in de welkeze ſtraks ſtolt, midsgaders zoo dik wort als ongel, en van koleur als Mey-booter, ook zomtyds wat witter. Deze koeken zyn omtrent een hand lank, vyf vingers breet, een duim dik, en worden tot gebruik van de Medicyne, zoo wel door gants Indiën, als na Europa vervoert. Eertyts maakte men veel werks daar van, maar hedensdaags zynze wegens hunne menigte in zulken agting niet meer, hoewel geen privaat Perzoon dezelve maaken durft, en men, al wat gemaakt wort, aan de E. Comp. leveren moet.

Bykans op dezelve manier word uit de geſtampte en warmgemaakte Foely ook een olye geperſt, dewelke bloetroot is, ook altyt week blyft, en als menze op de hant droppelt een geelachtig bloedt gelykt: zynde van ſmaak vet en bitterachtig, als de Foely, zonder merkelyke hitte: maar men verlieſt met het maaken van deeze olye veel Foely; want men reekent ten minſten drie Bandaſche Catjes, dat is zeventien en een vierendeel hollandze ponden tot een kan olye. Uit de Foely wert op dezelfde manier, en met dezelfde Inſtrumenten, daar mede men den Arak maakt, ook een klaaren olye gebrant, welkers eerſte deel, dat in 't diſtilleeren naa 't water voorkomt, klaar en doorſchynent is als waater, het volgende wat geelder, als ſwarte of oude rynſche wyn; en ten laaſten, als men het wat hart aandryft, roſachtig. En om dat deze olye, wegens zyne wittigheidt qualyk van het water ofte Phlegma *te onderſcheiden is, en gevolgelyk ook moeyelyk af te ſcheppen valt, zoo pleegt men zomtyds een weinig gevreeven Foely in den* Recipient *te doen, waar door 't als dan gelyk rooden wyn wort, en de olye gevolglyk in 't afſcheppen van 't waater lichter te onderſcheiden is. Beide deze olyen zyn van eenderley kracht, zeer ſubtyl en doordringent, zoo dat indien men de vleſjes, daarze ingedaan wort, niet ter degen toebint, een groot gedeelte daar van verdwynen zal, maar men moet in 't diſtilleeren wel 10 Bandaſche Catjes Foely tot een kan olye hebben. Als deze olye door vertinde ſlangen gediſtilleert wierde, zoo zouze koſtelyk en bekwaam zyn om binnens lyfs te gebruiken, daarze anders door kopere ſlangen getrokken zynde vry wat brandig, en het hooft beſwarende is: weshalven de uitgeperſte olye gehouden wort voor veel gezonder en lieflyker, om te gebruiken. De uitgeperſte Nooten-olye, die men ook balſem noemt, en de Arabiers* Geuzi-ſemen *hieten, wert de kragt toegeſchreven, datze goet is voor alle koude gebreeken der nieren en gewrigten, zuiverende de borſt, en longe, als mede een heldre ſtemme maakende, en met eenige koſt of drank vermengt, de ontfankenis bevordert, het Mannelyke zaat vermeerdert, en de menſchen vet maakt; ook op de mage, en buik geſmeert zynde, alle koude gebreeken en krimpingen geneeſt, de vlekken des aangezichts verdryft, en ook het pynelyk piſſen helet: wordende tot dezelfde gebreeken de uitgeperſte Foely-olye ook gebruikt, en de gediſtelleerde binnens lyfs ingenomen, doch moeten die gene, die deze olye willen gebruiken, van hooftpyn bevryd zyn, om dat zy die anders vermeerdert. Den droeſſem van de uitgeperſte nooten wert doorgaans naa het Siekenhuis gezonden, om daar mede te vryven de leden van die gene, die met de Beri-beri beladen zyn.*

De Pala Pentſjuri, *of Dieſjens-Nooten binnens lyfs tegens het graveel ingenomen, wert mede zeer geprezen, en de weyachtige melk uit de groene vrucht vloeyende, met water gemengt, of haare ſchelle met water gevreven, geneeſt de ſprouw, als men de mont en keel daar mede ſpoelt en gorgelt.*

CAPUT VIII.

CAPUT OCTAVUM.

Nux Myristica mas: Pala Lacki-Lacki.

Silvestrium specierum, quarum sex potissimum sunt notæ, in hoc capite primam describemus, quæ vulgo *Nux Myristica mas* vocatur. Arbor hæc externa facie non multam habet similitudinem cum vera Nucifera arbore: Truncum gerit altum, comamque angustam cum paucis ramis, nec gratum præbet adspectum. Folia quoque multo sunt majora, quædam spithamam, alia sesquipedem longa, forma cum Canarii foliis convenientia, superius tamen latiora & rotundiora, cum brevi apice multisque parallelis costis pertexta, superne atro-viridia, inferne gilva, nec splendentia, costis viridibus protuberantibus; bina sibi opposita, atque manducata notabilem silvestrem præbent saporem, Nucibus Myristicis æmulum.

Fructus non ex ramulorum summo dependent, uti in vera Nuce Moschata, sed inferius ad ramos, ex foliorum alis, duo tresve simul ex brevibus crassisque pedunculis, forma rotunda, ac tanta, quanta est vera Nux Myristica, quædam autem parum sunt oblongæ, aliæ vero rotundæ, vel parum compressæ. Gluma exterior est russa, & lanuginosa, ad latera crassior quam superiore atque inferiore parte, durior quoque ac firmior quam in veris Nucibus. Nucleus seu ossiculum duplicem quoque habet formam, utrumque autem majus est quam veræ seu domesticæ nucis. Unum est globiforme, oblongum, ad latera compressum, alterum rotundum est, sed utrumque est rugosum. In putamine osseo quoque continetur crassiore, quam illud vulgarium nucum est, quod nigricans vel obscure griseum est, quodque externe obvolvitur maci aurea, per quam putamen conspicitur, ubi parvis punctulis notatum est, atque instar radulæ rugosum Macis hujus siccata omnino flavescit, saporemque habet ingratum sine ullo aromate: Nucleus interior eandem habet substantiam ac veræ nucis, sed magis albet, nec ita pinguis est, tenuibusque & nigricantibus venulis pertextus, parum aromaticus, saporemque habet ingratum, facileque fit cariosum, atque aliis mixtus nucibus, illas quoque inficit & corrumpit, unde etiam vetitum est, silvestrem illis miscere nucem. Si tamen cum putamine in fumo fuerit siccata, uti vulgares nuces, durabilior est, durior, & gravior quam nux vera aromatica, licet calce non sit obducta. Folia in arboribus raro sunt integra, quum plurimum a vermibus sunt exesa, sique fructus immaturus incidatur, lac quoddam exstillat, quod instar calcis exsiccatur. Hæc arbor inter domesticas non toleratur, putatur enim illam has graciliores reddere, unde solitarium occupat & eligit quoque locum, ad silvarum extremitates, & in montibus, ubi non vexatur, ac suæ committitur naturæ, cujus fructus magis tamquam aliquid rarum peregrinis donatur, quam ut aliquam præbeat utilitatem.

Nomina. Latine *Nux Myristica mas*, & *montana*, a *Carol. Clus. libr.* 1. *exot.* pro duobus diversis fructibus habita, quum tamen unus idemque sit fructus. In Banda vocatur *Pala Fuker* h. e. Nux montana. Malaice *Pala Lacki-Lacki* h. e. Nux Mas. In Amboina *Pala Utan* dicitur, ut & *Palala* cum vocabulo ex *Pala* & *Ala* composito, acsi diceretur nux avis annuæ dictæ, quum hæ aves, Amboinice *Ala* dictæ, has avide devorent nuces.

Locus. Antea creditum fuit, arborem hanc tantummodo inveniri in Provincia Banda, in locis remotis & montibus, in quibus veræ nuces crescere recusabant, sed ubique hanc inveni in insulis Amboinensibus, quamvis haud copiose, nec multum etiam ab incolis expetitur vel æstimatur.

Usus. Apud incolas, uti dictum fuit, non est in usu, excepto quod ejus lignum aliquando ad postes ædium usurpetur, fructusque donent peregrinis, quum non tantum Javani sed etiam Europæi illos expetant.

Javani & Malaicenses has usurpant in arte medica ad Cephalalgias, aliosque morbos, plurimum vero ad virile robur confortandum, cui medicamento Æthiopes omnem adhibent diligentiam. Europæi super-

VIII. HOOFDSTUK.

Mannetjes-Nooten: Pala Lacki-Lacki.

Onder de wilde Nooten, waar van zes zoorten meest bekent zyn, zullen wy in dit Kapittel het eerste geslagt aanroeren, dat men in 't gemeyn Mannekens-nooten *noemt. Deze boom heeft uiterlyk weinig gelykenisse met de regte Noote-boom: Hy heeft een hoogen stam, en een smalle kruin, met weinig takken, en is niet mooy van aanzien. De blaaderen zyn ook veel grooter, zommige een span, zommige anderhalve voet lang, van gedaante als de Canary-blaaderen, doch voor breder en ronder toelopende, met een korte spits, en veele paralleele ribben doorregen, van boven swart-groen, aan de onderste zyde recht vaal, en zonder glans, daar de groene ribben uitsteeken, twee en twee tegen malkander overstaande, en gekaut zynde hebbenze een merkelyke wilde smaak naa Nooten.*

De vruchten hangen niet aan 't uiterste der ryskens, gelyk de regte Nooten, maar wat achter aan de takjes, en uit den oorspronk der blaaderen, twee en drie by malkander aan korte en dikke steeltjes, van gedaante ront, en zoo groot als een rechte Noot, doch zommige zyn wat lankwerpig, en andere recht ront, of een weinig gedrukt. Van buiten is de holster ros en wolachtig in 't aantasten, aan de zyden dikker dan onder en boven, ook tayer en harder, als de regte Nooten: de korrel is van tweederley gedaante, en beide zynze grooter, dan de regte of tamme Noote-muschaten: de eene is kloots-gewyze wat langwerpig, doch aan het einde wat plat; de andere ront, doch beide zynze rimpelig. Hy leidt mede in een houte schaal wat dikker dan die van de gemeene Nooten, zynde swartachtig of donker-graauw, en van buiten insgelyks omvangen met een gout-geele Foely, daar men de schale tusschen door ziet; zynde aldaar met kleyne pukkeltjes bezet, en zoo ruig als een raspe. De Foely gedroogt zynde, wert gans bleek, en is ook onaangenaam van smaak, zonder eenige speceryachtigheidt. De binnenste korrel heeft dezelfde substantie, als de rechte Nooten, doch is wat witter, en niet zoo vet, zynde met fyne en swartachtige adertjes doortogen, weinig speceryachtig, en schier onaangenaam van smaak, wort licht wormsteekig, en onder andere Nooten komende, zoo bederft hy dezelve mede, waarom het ook verboden is hem daar onder te mengen. Evenwel als hy met zyne schaal in de rook gedroogt wert, gelyk de gemene Nooten, zoo wert hy duurzamer, harder, en swaarder dan de gemeene specery-Noot, al is hy ook niet gekalkt. De blaaderen aan den boom vint men zeer weinig heel, als zynde meest van de wormen doorvreten, en als men in de onrype vrucht snyt, zoo komt 'er een melk uit, die als kalk opdroogt. Deze boom wert onder de tamme niet geleden, want men gelooft, dat hy dezelve mager maakt, dies verkiest hy een eenzame plaats aan de kanten van de bosschen, en op bergen, alwaar men hem ongemoeidt laat staan, meer om de vruchten voor een rariteit aan de Vreemdelingen te schenken, als om eenige nuttigheids wille.

Naamen: *In 't Latyn* Nux Myristica mas, *en* Montana, *word by* Carolus Clusius Exotic. lib. 1. *voor twee vruchten aangezien, daar het nochtans maar eene is. In Banda* Pala fuker, *dat is Berg-nooten; in 't Malleyts* Pala Lacki Lacki, *dat is Mannekens-noot. In Amboina wert hy* Pala Utan *en* Palala *genaamt, met een woort uit* Pala *en* Ala *'t samen gevoegt, als of men zeggen wilde Jaar-vogels-Nooten, dewyl die vogels, in 't Ambons* Ala *genaamt, deze vruchten geerne eeten.*

Plaatzen. *Men heeft voor dezen gemeent, dat dezen boom maar alleen te vinden was in de Provincie Banda, op afgelegene plaatzen en bergen, daar de rechte Nooten niet wassen wilden, maar ik hebze over al in de Ambonsche Eilanden gevonden, hoewel niet veel, werdende by de Inlanders ook niet veel geacht.*

Gebruik. *Zy heeft, als gezegt is, by de Inlanders geen gebruik, behalven datze het hout zomtyds nemen tot stylen van huizen, en de vruchten vereerenze aan de Vreemdelingen, want niet alleen de Javanen, maar ook de Europiaanen zoekenze.*

De Javanen en Maleyers gebruikenze tot Medicyne in hooftpyn en eenige andere ziektens, doch merendeels om de mannelyke krachten te versterken, naa welk behulp-middel de Mooren alle naarstigheidt aanwenden. De Europia-

b
b
a
a
A
B
C
D

perstitiose magis illis utuntur, quum ex illis potiones amatorias præparant, quibus putant magna sese posse moliri, de quibus vero ridiculis quisquiliis non operæ pretium est plura commentari. Quidam circa collum illas gerunt, ut a furunculis liberentur: Quidam etiam Indi compertum habent nuces hasce mares valere contra Dysenteriam, si cum semi-maturis & tostis Musæ fructibus edantur, præsertim si Opii granulum addatur. Bandenses mulierculæ illas quoque adhibent in deliquiis & convulsionibus infantum, quem in finem illas jam conservant.

Anno 1683 mirabilis nucum harum proprietas detecta fuit in quodam Pastore, cujus uxor ipsi tres nuces mares tostas, (quas erronee aromaticas veras putabat) exhibuit ad tenesmum & Diarrhæam sistendam: hic autem reverendus vir paucas post horas incidebat in gravem capitis vertiginem, & mentis alienationem, ita ut miras perageret actiones, alta enim voce incomptas vociferabatur dictiones, nec ulla vi ad somnum vel tranquillitatem perduci poterat, donec quosdam potûs Theé cyathos exhauserat, & vena ipsi secta, dein in maximos incideret simul cum gravi somno sudores, evigilans autem nullum amplius sentiebat incommodum, simulque Diarrhæa erat sedata. Si autem tot veras assumpsisset nuces Myristicas, sine dubio gravioribus obnoxius fuisset malis, uti supra indicavimus, hicque tantum monere voluimus, ne quis simul tot aromata assumat.

In *Hort. Malab. part.* 4. *Fig.* 5. arbor describitur Malabaris *Panam Palka*, Belgis *wilde Mannekens-Nooten* dicta, cum nostra fere conveniens arbore, excepto, quod folia in Amboinensi multo sint majora, in fructu itidem parvum discrimen est, inque Malabarico nulla observatur vis aromatica vel ullus usus, quod diverso solo & climati adscribendum puto.

In Rumphii Auctuario hæc adduntur.

Inferior trunci pars in Nuce Myristica mare undique supra terram innumeras emittit radices instar Mangi Mangi arboris, sed non ultra digitum crassas, externe ex russo-cinereas. Harum inferiores sub terra prorépunt, superiores instar arcus extensæ sunt: raro sursum incurvantur, sed sensim deorsum inflectuntur; subsequentes vero species tales non emittunt radices.

ropianen gebruikenze noch waangeloviger, als willende daar van minne-dranken maaken, waarmede zy groote dingen menen uit te rechten, doch van welke belaggelyke beuzelingen het de pyne niet waart is meer te schryven. Andere dragenze aan den hals, om van de bloedtvinnen bevrydt te zyn: Zommige Indianen hebben ervaaren, dat de Mannekens-nooten mede goet zyn voor de bloedt-loop, als men dezelve met half-rype en gebraaden Pissang eet, en inzonderheidt als men een greyntje amphioen daar by doet. De Bandaasche Vrouwtjes gebruikenze ook in onmagt, en stuipen der kinderen, tot welken einde zy nu dezelve ook beginnen te bewaaren.

Ao. 1683 *is een kluchtige eigenschap der Mannetjes-nooten ondervonden aan zeekeren Predicant, wiens Huisvrouw hem drie gebradene Mannekens-nooten (dieze abusivelyk voor specerey-nooten aanzag) ingaf, om de perssing en buikloop te stoppen: Doch dezen Eerw. Heer verviel weinig uuren daar na in een swaare draaying des hoofts, en verwerring van zinnen, zoo dat hy wonderlyk begon te ageren, en met luider stemme spoorelooze propoosten te uiten, en men konde hem met geen gewelt aan 't rusten en swygen krygen, tot dat hy eenige kopjes thee-water genuttigt hebbende, en een ader geopent zynde, daar naa in een geweldig sweeten, en een diepen slaap gevallen is, naa het opwaaken daar van geen letzel meer behoudende, en met een was de buikloop gestut. Hadde hy zoo veel rechte specery-nooten ingenoomen, hy zoude buiten twyffel swaarder toevallen onderworpen zyn geweest: gelyk wy boven verhaalt hebben, en dient dit alleenelyk tot een waarschouwing, dat men teffens niet veel van zulke speceryen moet gebruiken of inneemen.*

In Hort. Malab. part. 4. Fig. 5. *wert beschreven een boom in 't Malabaars* Panam Palka, *in 't duits* Wilde Mannekens-nooten *genaamt, ten naasten by met de onze overeenkomende, behalven dat de bladeren aan de Amboinse veel grooter zyn, ook is in de vrucht een kleen verschil, en aan de Malabaarsche is gantsch geen speceryachtigheit of gebruik, het welk men aan het onderscheidt der Landen toeschryven moet.*

In het *Auctuarium* van *Rumphius* wert dit volgende bygedaan.

De onderste stam van de Mannetjes Noote-Boom, *schiet rondom boven de aarde ontelbaare wortelen uit, gelyk de* Mangi-Mangi-Boom, *doch niet boven een vinger dik, van buiten graauw-ros. Hier van kruipen de onderste langs de aarde, de andere staan als boogen gespannen: weinige zyn opwaarts gekromt, doch buigen haar metter tyt nederwaarts: De volgende zoorten hebben diergelyke wortelen niet.*

EXPLICATIO

Tabulæ Quintæ.

Exhibentis ramum *Nucis Myristicæ maris* Pala Lacki Lacki dictæ.

Litt. A. integrum denotat fructum naturali magnitudine.
B. *Fructum transsectum*, ut ejus *integumenta*, & *Macis* appareant.
C. *Nucem Maci* obductam.
D. *Nucem oblongam dimidiatam*, ac solitariam.
a a Foliaturam superiore parte glabram ac viridem demonstrat.
b b Foliaturam inferiore parte scabram & fuscam.

OBSERVATIO.

Hæc arbor *Nux Myristica spuria*, seu *Panem-Palka* H. *Malab part.* 4. *Tab.* 5. vocatur a *Plukn.* in *Almag. p.* 265 & *Nux Indica oblonga* intrinsecus similis Nuci Moschatæ *J. Bauh. Tom.* 1. *p.* 399. & Avellanæ Indicæ genus oblongum. *Cluj. in Garciam p.* 189. & *Park. Theatr.* 1643. & *Ray Hist. pl. p.* 1524. de hac porro vide *Valent. hist. simpl. reform. epist.* XXV. *p.* 460. & *Valent. Amboinæ descript. p.* 202. &c.

UITLEGGINGE

Van de Vyfde Plaat,

Verbeeldende een Tak van de *Mannetjes Noote-muscaat* Pala Lacki Lacki genaamt.

Lett. A. wyst aan *de geheele Vrucht* in zyn *natuurlyke grootte.*
B. De *Vrucht doorgesneeden*, op dat deszelfs *bekleedzelen* en *Foely* vertoont werden.
C. Een *Noot* met *Foely* bekleet.
D. Een *lankwerpige Noot* alleen, en ontbloot van alles.
a a Vertoont het *bovenste gedeelte* van het *bladt*, groen en glad zynde.
b b Het *onderste gedeelte* ruig en vaal.

AANMERKINGE.

Deze boom wert *Nux Myristica spuria* of *Panem-Palka* van de H. *Malabar.* 4 *deel. Tab.* 5. genaamt van *Plukn.* in zyn *Almag. p.* 265. en *Nux Indica oblonga* intrinsecus similis Nuci Moschatæ van *J. Bauh. eerste deel pag.* 399. en Avellanæ Indicæ genus oblongum van *Clus. in Garc. pag.* 189. *Parkins. Theatr.* 1693. en *Ray* in *histor. plant. p.* 1524. Zie hier over verders *Valent. histor. simpl. reform. epist.* XXV. *p.* 460. en *Valent. Beschryving van Ambon. p.* 202. &c.

CAPUT NONUM.

Palala Secunda. Palala Burong.

PRæter silvestrem, seu nucem Myristicam marem, præcedenti descriptam capite, in insulis Amboinensibus quinque insuper subsequentes inveniuntur silvestres species, quarum maximam tantum, quæ *Palala secunda* nobis dicitur, hoc in capite describemus. Hæc autem arbor simplici & erecto surgit trunco, non ita tamen crasso, ac præcedens vera Nucifera arbor. Ejus cortex est glaber, ex viridi & nigro variegatus colore, succoque rubro turgidus, uti in reliquis speciebus, qui lintea inficiens inexpungendas ipsis adfert maculas.

Ejus rami formam habent tenuium & longorum surculorum, qui in nullos alios dividuntur minores, ex hisce erumpunt magna folia, duos in ordines alternatim posita, numero circiter triginta duo vel quadraginta: Folia hæc sunt longissima, & ex longitudinis proportione angustissima, sesquipedem seu binas spithamas longa, quatuorque tantum digitos lata, plurimis arctisque parallelis costis transversaliter pertexta; quorum pars superior obscure viret & glabra est, inferior non gilva, uti in antecedente, sed ex russo & viridi mixta, sine ullo splendore, venæque ibi obductæ sunt russa lanugine, quales etiam sunt supremæ ramulorum partes: Fructus in inferiore horum ramulorum parte excrescunt, tres quatuorve simul juncti ex longo pedunculo dependentes, forma veræ Nucis Moschatæ, sed paulo acutiores sunt, ac minores; exterius glabri sine ulla lanugine, flavescentes, rubro mixti colore, instar Jambosarum. Sub exteriore gluma locatur sanguinea macis, quæ totum obvolvit nucleum, sed insipida est, sub qua invenitur pellicula albicans, mollis, & cultrum circiter crassa, subque hac aliud occurrit lignosum putamen, testam ovi crassum, coloris gilvi, & fragile. In hoc verus continetur nucleus ex rotundo planus, parum compressus, magnitudine parvæ nucis, sed paulo magis rotundior & glabrior, substantia veram æmulans nucem, vel instar vetustæ Pinangæ. Si putamine suo adhuc obducatur, formam habet magni nuclei *Tsjampadaba* seu *Socci*, oblongam, superius parum acuminatam. Nihil in tota arbore est aromaticæ virtutis, nec ejus folia fructusve, sed omnia saporem habent fatuum & silvestrem, unde nihil horum colligitur.

Arboris lignum longitudinalibus constat fibris, estque magis solidum quam præcedens, exteriusque russum, si fuerit decorticatum.

Nomen. Latine *Palala secunda*, Malaice *Palala Burong*, & communi vocabulo *Pala Utan*: Amboinice *Palala Ala Manay* vel solummodo *Ala Manay*, h. e. cibus avis *Ala*; quæ avide hosce devorat fructus, uti de proxime antecedente *Palala* quoque fuit dictum.

Locus. Arbores hæ in silvis Amboinensibus frequentes sunt, exceptis iis, quæ in locis planis & vallibus crescunt; plerumque rectissime adsurgentes, tenui & tereti trunco.

Usus. Arboris fructus hic in nullo sunt usu, sed tantummodo recti arboris trunci, cruris crassitiem habentes, qui ad trabulas & palos adhibentur, viridesque sunt gravissimi, sed facile exsiccantur, nec durabile est lignum, excepto si in talibus usurpetur locis, qui fumo sunt expositi.

Hæc species multum quoque crescit in *Boero* circa *Kegeli*, ibique nominatur *Cottreman*, in Ternata vero *Au-au*. Ejus folia quoque viginti uno in ordine sunt locata, subque iis excrescunt fructus duodecim sexdecimve post se invicem, sed duo tresve simul juncti, ex brevi crassoque dependentes petiolo, ab Amboinensi non multum diversi, superius enim sunt parum acuminati instar ovi vel cordis, magnitudine Nucum Juglandum, exterius per longitudinem sulcati sunt, juxta quam dehiscunt.

Gluma nucis exterior crassitiem habet uti in vulgari Nuce Myristica, quæ succosa est acidique saporis, instar semi-maturæ *Mangæ*.

Nux ipsa, ex gilvo constans tenuique lignoso putamine, est oblongo-rotunda, ad extremum parum acumina-

IX. HOOFTSTUK.

Tweede wilde Noote-Muscaat-boom.

B*Ehalven de wilde, of Mannekens-nooten, in 't voorgaande Kapittel beschreven, vint men noch in de Ambonsche Eilanden de volgende vyf wilde zoorten, waar van wy alleen de grootste, zynde* Palala secunda, *in dit Kapittel beschryven zullen. Deze boom schiet op met een enkelde rechte stam, maar zoo dik niet als de oprechte Noote-boom: De schorsse is effen, uit den swarten en groenen gemengt, en vol licht-root zap, gelyk alle andere Nooten geslachten, die 't linnen zeer bederven.*

De takken hebben de gedaante van dunne lange ryskens, die zich in geen andere verdeelen, daar dan staan of hangen groote bladeren, in twee rygen overhants tegens malkander ten getaale van ongeveer 32 en 40 paaren. De bladeren zyn zeer lank, en naa proportie van de lengte smal, namentlyk anderhalven voet, of twee spannen lank, en maar vier vingers breet, met dichte paralleele ribben overdwers doortogen; de bovenste zyde is donker-groen en glat, de onderste niet vaal, gelyk in de voorgaande Nooten, maar uit den rossen en groenen gemengt, zonder eenigen glans, en de aderen zyn aldaar bekleet met een rosse wolachtigheidt, zy staan op korte dikke steelen, mede wolachtig, gelyk ook is het voorste deel van de ryskens: De vruchten wassen aan 't achterste dezer ryzen, of taxkens, drie en vier by malkander, aan een langen steel hangende, in de gedaante van de oprechte Nooten, doch wat spitzer en kleinder: Van buiten zynze glat zonder eenige wolachtigheidt, uit den licht-geelen met root gemengt, gelyk de Jamboezen: Onder de buitenste bolster leidt een bloet-roode foely, die de gansche korrel bedekt, maar zonder smaak, en onder dezelve een witte huit, week en omtrent een mes dik, en daar onder vint men een andere dunne en houtachtige schaal, in de dikte van een eyerschaal, van koleur vaal, en onsterk of breekzaam: Daar binnen leidt de rechte korrel uit den ronden wat plat gedrukt, van grootte als een kleine Noot, doch wat ronder, en effender van substantie als de rechte Noot, of als oude Pinang. Als hy noch met zyn schaal omgeven of omvangen is, heeft hy de gedaante van een groote korrel van 't Sjampadaha, *of* Soccum, *wat lankwerpig, en aan de buik met een korte spitze: Soo wel aan de geheele boom als de vruchten en bladeren is niets speceryachtig, maar alles van een laffen en wilden smaak, dies men niets daar van vergadert.*

Het hout is langdradiger en vaster dan het voorgaande, en besterft van buiten ros, als het geschilt is.

Naamen: In 't Latyn Palala secunda, *op Maleyts* Palala Burong, *en met een gemeene naam* Pala Utan, *Ambons* Palala ala manay, *of slegts* Ala Manay, *dat is kost van den vogel* Ala, *of Jaarvogel, dewelke deze vruchten gretig eet, gelyk van de naast voorgaande* Palala *ook is gezegt.*

Plaats: Deze boomen wassen in de Ambonsche bossen in het wilt, behalven die gene, die op vlakke plaatzen en in Valeyen staan, gemeenelyk zeer recht opschietende, met een dunne en ronde stam.

Gebruik: De vruchten van dezen boom zyn in geen gebruik, maar alleen de rechte stammen, in de dikte van een dye, werden tot licht timmerwerk, als balkjes en sparren van de huizen gebruikt, groen zynde is het swaar, maar droogt licht op, en is niet durabel, ten waare dat men het in plaatzen gebruikte, die berookt werden.

En deze zoorte wast ook veel op Boero *omtrent* Kegeli, *en wert aldaar genaamt* Cottreman, *op Ternaten* Au-au: *De bladeren staan ook met 20 aan een ryge, en agter dezelve wassen de vruchten met 12 en 16 agter malkander, doch 2 en 3 by een, aan eenen korten dikken steel, anders van de Ambonsche niet veel verschillende, want zy zyn van vooren wat spits, gelyk een Ey of hert, in de grootte van Ockernooten, van buiten hebbenze een naat, rondom in de lengte gaande, langs dewelke zy opbersten.*

De buitenste bolster is van de dikte als de gemeene, zynde zappig en ryns van smaak, als half rype Mangas.

De Noot zelfs, bestaande uit een vaale houtachtige en dunne schaal, is lankwerpig-ront, en aan de einden wat tos-

A

minata, totaque maci rubra obducta; subque hac tenuis aurantia locatur pellicula, sub qua vera reconditur Nux, forma magnæ Nucis Moschatæ, sed insipida est. Boeronenses nucis glumam coquunt cum piscibus; grati enim acidique saporis est.

Palumbæ, Psittaci Cristati, & aves annuæ, *Ala* dictæ, totos comedunt fructus, sed glumam plerumque comminuunt, totum devorantes nucleum.

EXPLICATIO

Tabulæ Sextæ,

Exhibentis ramum *Nucis Moschatæ silvestris*, foliis lanceolatis, integris, PALALA BURONG incolis dictæ, cujus fructus A separatus naturalem exhibet ejus magnitudinem, ac per maturitatem dehiscens internam præbet conspiciendam nucem, crassa *Maci* sanguinei coloris obductam.

CAPUT DECIMUM.

Palalæ reliquæ minores, Palala Kitsjil.

Reliquæ quatuor silvestres species omnes multo minores gerunt fructus, ac parum a sese invicem differunt, ita ut simul illas uno in capite simus comprehensuri; *Palala tertia* omnium minima habet folia, inque ordines alternatim posita, sed rarioribus constat foliis: Flosculi sunt parva, albentia capitula, instar granorum Tritici vel Hordei, superius parum sese aperientes: Fructus glandium magnitudinem habent, sed angustiores sunt, & ab utraque magis acuminati parte, exterius virides instar pomorum, vel ut veræ Nuces Moschatæ; nux ipsa est parva & oblonga, vix articulum digiti longa, ex duro nigroque constans putamine, & uti in veris nucibus obducta est maci ruberrima. Nucleus interior est instar officuli Olivæ, ab utrisque autem partibus magis obtusus est, substantiaque veris nucibus æmula, vel paulo magis alba, nucleus autem hic & macis nullam habent vim aromaticam.

Nomen. *Palala tertia*, & *Palala tingens*. Malaice *Palala Dauer Kitsjil*, h. e. parvi-folia: sic quoque Amboinice *Palala laun Máun* dicitur.

Locus. Plurimum in Amboina crescit, in Hitoënsi regione, in altis silvis.

Usus. Erecti arboris trunci palis inserviunt, tenuioribusque postibus ædium Amboinensium: Rubra ejus macis inter digitos contrita mucosa est, illosque rubro igneo quasi inficit colore, si autem calx cum folio parvæ Waringæ addatur, rubrum dat colorem vel pigmentum, quo incolæ dentes suos tingunt, ut rubescant, quod ipsis est ornamento, eoque magis usurpatur, quum inter fricandum odorem præbeat paulo aromaticum, si cum acido nempe sit mixta macis: simili modo ungues suos tingunt herba *Alcanna* dicta, qui mos est per totam Indiam frequens, qui antiquissimus est & universalis. Macasserenses vero, aliique Indiæ populi nigros præferunt splendentes dentes, quales cum quibusdam tingunt herbis.

Palala quarta paulo minora & angustiora habet folia quam *Palala secunda*, ab utraque etiam ramorum parte in ordines locata, sed minori numero, sunt quoque magis glabra, nec ab inferiore parte gilva vel cinerea, sed ordinariam habent viriditatem. Flosculi ex foliorum alis progerminant, qui sunt crocea capitula plurima simul juncta uno in racemo, formamque habent florum veræ nucis Moschatæ, sed multo sunt minores hi flores, magisque acuminati, superius parum aperti, inque suo centro parvum gerentes viride pistillum, quod in fructum excrescit, qui formam habet fructus *Canari* semi-perfecti, vel paulo magis angustam, coloris glauci, cum sulco undique per longitudinem disperso. Nucleus macisque est instar præcedentis sine ullo sapore vel odore, nullumque habet usum, sed a silvestribus comeditur avibus.

toegespitst geheel met een roode foely omvangen, en daar onder met een dun orange-geel huideken, waar onder de regte Noot leidt, in gedaante als een groote Noote-muscaat, doch onsmaakelyk. De Boeroneezen kooken de bolster van de vrucht by hun visch; want zy is aangenaam en ryns.

De wilde-duiven, Caccatuwen, en Jaar-vogels eeten de geheele vruchten; doch byten meest de bolster in stukken, en slokken de geheele korrel in.

UITLEGGINGE

Van de zesde Plaat,

Vertoonende een Tak van een *wilde Noote-Muscaat*, met heele, spiesgewyze bladeren, PALALA BURONG van de Inlanders genaamt, welkers afgezonderde vrucht A in zyn natuurlyke grootte, en door rypheidt opgeborsten zynde, vertoont van binnen zyn Noot met een dikke bloedkleurige *Foely* overtrokken.

X. HOOFTSTUK.

De overige kleyne Wilde Noote-muscaat-Boomen.

De overige vier wilde zoorten draagen alle veel kleinder vruchten, en verschillen weinig van malkander, zoo dat wy dezelve daarom t'saamen in een Kapittel zullen begrypen; Palala tertia *heeft de kleinste bladeren van allen, ook in ryen overbants tegens malkanderen overstaande, doch met weinig paaren: De bloempjes zyn kleine vuile witte knopjes, als Gerste korens, van vooren haar een weinig openende, de vruchten zyn van de grootte als Eyckelen, doch wat smalder, en aan beide de einden spitzer, van buiten appel-groen, of als de regte Nooten, het binnenste is klein en lankwerpig, schaars een lit van een vinger lank, bestaande uit een harde swarte schaal, en gelyk in de regte Nooten omvangen met een zeer roode foely. De binnenste korrel is als een Olyve-steen, doch aan beide de einden wat stomper, en van substantie de regte Nooten gelyk, of wat witter, en zyn beide de korrel en foely zonder eenige specereyagtigheidt.*

Naam. Palala tertia, *en* Palala tingens: *op Malleyts* Palala Dauer Kitsjil, *dat is kleyn-bladig: en zoo ook in 't Ambons* Palala laun Máun.

Plaats. *Hy was meest op Ambon, op 't Hitoeese Land, in de hooge bosschen.*

Gebruik. *De regte stammen dienen tot sparren en dunne stylen in de Ambonsche huizen; de roode foely, tusschen de vingers gevreven, wert slymerig, en verwt dezelve vuur-root, maar wat kalk met een blad van kleine Waringen daar by gedaan, zoo wert het een root, waar mede de Inlanders hunne tanden verwen, om dezelve root te maaken, 't welk by haar voor een cieraat wert gehouden, en ook te meer gebruikt, om dat het in 't vryven een kleine* Aromatique *reuk van zig geeft, wanneer het met wat zuurte gemengt wort: op dezelfde manier gelyk zy haare naagels verwen met het kruidt* Alcanna, *zynde een gewoonte door geheel Indiën, die zeer oud en algemeyn is. Doch de Macassaren, en zommige andere Indianen houden meer van swarte glinsterende tanden, en dieze ook met eenige kruiden zoodanig verwen.*

Palala quarta *heeft wat kleinder en smalder bladeren dan die van* Palala secunda, *ook te wederzyden in ryen staande, doch minder in 't getal, zy zyn ook gladder en aan de onderste zyde niet vaal of grys, maar van ordinare groenheidt. De bloempjes komen voort uit den schoot der bladeren, zynde gout-geele knopjes, vele by malkander aan een trosje staande, en gefatsoeneert als het bloeizel van de rechte Nooten, doch veel kleinder en spitzer, van vooren een weinig geopent, en in de midden een groen knopje vertonende, waar uit de vrucht voortkomt, hebbende de gedaante van een halfwassen* CANARI, *of wat smalder, van koleur hoog blaauw-groen, met een kloofje rondom in de lengte gaande. De korrel en foely is van binnen als de voorgaande, zonder smaak en reuk, hebbende ook geen gebruik, maar wert voor de wilde Vogels gelaaten.*

Nomen. Latine *Palala quarta*, & *Canari-formis*, Malaice *Palali-Canari.*

Palala quinta seu *Globularia* folia gerit haud multum majora, quam veræ Nucis Moschatæ arboris, sed paulo angustiora magisque glabra, quatuor nempe quinqueve pollices longa, duosque lata digitos, cum paucis obliquis costis, solitaria, & sine ordine ex ramulis dependentia: Fructus post ramulos propullulant ex crassioribus ramis, crassis lignosisque insidentes pedunculis, quibus primo flores suffulti fuerunt, ex similibus constantes luteis capitulis, uti in antecedente specie.

Fructus breves referunt uvarum racemos ex plurimis quasi uvis adunatis constantes, magnitudinemque habent semi-maturarum uvarum, sed sunt magis oblongi, exterius rugosi, & arenosi quasi, coloris ruffi. Exterior horum gluma est tenuis, sed satis dura, secundum tenuem sulcum in binas dehiscens partes, atque sub hac sanguinea rubens locatur macis, nucem maxima ex parte ambiens, saporis aciduli. Nucicula hæc obvolvitur tenui & gilvo putamine, quod ab uno latere vix notabile habet ac breve acumen instar spinulæ, uti *Palala secunda*, hocque putamen repletum est insipida medulla, nucem Myristicam quodammodo referente, ac sensim indurescente. Arbor est humilis, sed satis crassa, inque minoribus crescit silvis ad initium montium.

Nomen. Latine *Palala quinta* seu *Globularia.* Apud Amboinenses non peculiare obtinuit nomen, sed cum præcedenti communi vocabulo *Palala Kitsjil* vocatur.

Palala sexta haud multum differt a præcedenti, sed hæc mediocrem gerit truncum cortice glabro & nigricante obductum, qui læviter rubentem exstillat succum, si incidatur: Ejus rami sunt longi, incurvi, & nodosi, foliaque cum antecedenti conveniunt, quatuor autem vel quinque in ramulorum summo sunt opposita: Quædam horum foliorum undecim pollices sunt longa, alia vero tantum septem vel octo, latitudinem vero habent duorum, vel duorum cum dimidio pollicum, cum multis transversalibus costis, ab inferiore parte sunt glauca. Flores sunt ut priorum specierum, fructusque solitarii dependent, breves referentes Olivas, superius autem sunt paulo crassiores, coloris externe ruffi, ac rugosi, acsi arena forent conspersi, interne locatur oblonga nucicula, vix magnitudinem habens nuclei nucis avellanæ, tota obducta crassa rubente & mucosa maci insipida, quæque magis pulpam refert quam macim. In hac reconditur nucleus parvus, oblongus, paulo minor ossiculo Olivæ, insipidus quoque.

Nomen. Latine *Palala sexta*, nec apud Amboinenses peculiare habet nomen.

Locus. Arbor in minoribus crescit silvis in montibus. Fructus avibus inserviunt, lignumque aptum est tantum ad ædificatorias res non diu durantes.

Naam. *In 't Latyn* Palala quarta, *en* Canari-formis, *op Malleyts* Palali-Canari.

De bladeren van Palala quinta, *of* Globularia, *zyn niet veel grooter dan die van de regte Noote-Muscbaatboom, doch wat smalder en gladder, namentlyk* 4 *en* 5 *duimen lank, en twee vingers breet, met weinige schuinze ribben, enkelt en zonder ordre aan haare korte ryskens hangende: De vruchten koomen voort achter de scheutjens aan de dikkere ryskens, en op dikke en houtachtige steelen, waar aan eerst het bloeyzel voortkomt, bestaande uit diergelyke geele knopjes gelyk aan de vorige.*

De vruchten gelyken wel naa korte druiven-trossen, bestaande uit veele besien by malkander, en hebbende ook de grootte van half rype druiven, doch zyn wat lankwerpiger, van buiten ruig en zandig, van koleur ros: De buitenste bolster is niet dik, doch redelyk hart, berstende langs een donkere naat in tween, en daar onder leidt een bloot roode foely, het Nootjen meest omvangende, en wat zuurachtig van smaak. Het Nootjen is bekleet met een dunne en vaale schaal, hebbende aan de eene zyde een kort en pas kennelyk dorentje gelyk Palala secunda, *en deze schaal is geheel gevult met een onsmaakelyk merg, dat zoo wat na de Noote-muscbaat gelykt, en metter tyt hart wert. Het blyft een laage, doch redelyk dikke boom, en groeit in de ligte bossen op 't voorste van 't gebergte.*

Naam: *In 't Latyn* Palala quinta, *of* Globularia: *By d'Ambonezen heeftze geen bezondere naam, maar een gemeene met de vorige* Palala Kitsjil.

Palala Sexta *verschilt niet veel van de voorgaande, maar deze groeit tot een middelbaare stam, met een swarte en effene schorsse, die mede een licht-rood zap uitgeeft, als men daar in snyt: De takken zyn lank, krom, en knobbelachtig, en de bladeren gelyken mede naa de voorgaande, staande vier a vyf aan 't uiterste der ryskens tegens malkander over: Zommige elf duimen lank, en andere* 7 *en* 8. *midsgaders twee en derde-halve duim breet, met veele dwers-ribben, en aan de onderste zyde blaauw-groen. De bloemen zyn meest, als de vorige, en de vruchten hangen maar enkelt, gelykende de korte Olyven, doch van vooren zynze wat dikker, boog-geel, of ros van buiten, en wat ruig, als ofze met zant bestrooidt waaren. Daar binnen leidt een lankwerpig Nootjen, qualyk zoo groot, als de korrel van een haze-noot, geheel bekleet of omvangen met een dikke roode slymerige foely, doch zonder smaak, en gelykende beter een vlees dan een Foely, daar binnen in leidt een klein lankwerpig korreltje, wat kleinder dan een Olyvensteen, en mede zonder smaak.*

Naam. *In 't Latyn* Palala sexta: *Hebbende by de Ambonezen ook geen speciale naam.*

De boom wast in lichte bosschen op de bergen: De vruchten zyn voor de Vogelen, en het hout is maar bekwaam tot kort duurent timmerwerk.

EXPLICATIO

Tabulæ Septimæ,

Quæ exhibet ramum *Nucis Moschatæ silvestris*, foliis oblongo-acutis, fructibus minimis racemosis: quæ *Palala minima* & *Palala tingens* a RUMPHIO vocatur.

A. *Fructus* est *naturalis magnitudinis*, & per maturitatem fissus.

B. *Ejus Nucem* exhibet.

UITLEGGINGE

Van de zevende Plaat,

Dewelke vertoont een Tak van een *wilde Noote-muscaatboom*, met lankwerpige spitze bladeren, en zeer kleine vruchten in trosjes hangende, dewelke *Palala minima* of *tingens*, (dat is zeer kleine, en afvervende *Palala*) van RUMPHIUS genaamt wert.

A. Is de vrucht in zyn natuurlyke grootte, en door rypheidt gespleeten.

B. Vertoont zyn Noot.

EXPLICATIO

Tabula Octavæ,

Ramum exhibentis *Nucis Moschatæ silvestris*, foliis simplicibus, oblongis, fructibus racemosis striatis. Quæ *Palala dentaria* & *Canariformis* a RUMPHIO vocatur.

UYTLEGGINGE

Van de achtste Plaat,

Dewelke een Tak verbeeldt van een *wilde Noote-muscaat-boom*, met eenvoudige lange bladeren en gestreepte vruchten, in trosjes hangende, die *Palala dentaria* en *Canariformis*, (dat is getande *Palala*, of die na de *Canari* gelykt,) van RUMPHIUS genaamt wert.

Tab. VII.

b
a

EXPLICATIO

Tabulæ Nonæ,

Exhibentis ramum *Nucis Moschatæ silvestris*, foliis oblongo-acutis, integris; flore & fructu racemoso Olivæ-formi. Quæ *Palala quinta*, seu *Globularia* a RUMPHIO vocatur.

a Fructum.
b Nucem denotat.

OBSERVATIO.

Hæc species videtur convenire cum illa, quæ *Nux Moschata silvestris*, Surinamensis, foliis majoribus, nucleo Olivari, oblongo, parvo, a BREYN. in *Prodr.* 2. *pag.* 86. *alter. edit.* vocatur.

N. B. Omnes hæ *silvestres* NUCIS MOSCHATÆ *arbores* descriptæ inveniuntur in *Rumphii epist.* XXV. quæ continetur in *Valent. India litterata pag.* 454. *& seq.* ut & apud *Valent.* in *Amboinæ descript.* qui *Domesticam* æque ac *Silvestres* descripsit obiter species a *pag.* 201 ad 204.

UYTLEGGINGE

Van de negende Plaat,

Vertoonende een Tak van een *wilde Noote-muscaat-boom*; met lankwerpige, spitze, geheele bladeren, en een trosdragende vrucht na Olyven gelykende; welke *Palala quinta*; of *Globularia* (dat is vyfde ofte kogelsgewyze Palala) van RUMPHIUS genaamt wert.

a Verbeeldt de Vrucht.
b De Noot.

AANMERKINGE.

Deze zoort schynt over een te komen met die geene. dewelke van BREYNIUS in de tweede *Prodr. pag.* 86. van de tweede druk *Nux Moschata Surinamensis*, *foliis majoribus*, *nucleo Olivari*, *oblongo*, *parvo*, genaamt wert.

N. B. Alle deze *wilde* NOTE-MUSÇAAT-*boomen*, werden beschreven en opgetelt in de 25. brief van *Rumphius*; die gevonden wert in *Valent. India litterata pag.* 454. en de volgende; als mede in *Valentyns beschryving van Amboina*, die ook de *tamme Noote-muscaatboom*, nevens de *wilde* van *pag.* 201 tot *p.* 204 beschreven heeft.

CAPUT UNDECIMUM.

Agallochum. Calambac.

NOstrum propositum neutiquam hoc in loco est perfectam *Agallochi* dare descriptionem, quum arbor, quæ pretiosum hoc profert lignum, hactenus Europæis, quantum novi, ignota sit: quum crescat in locis seu regionibus a mari longissime remotis, & quidem apud Barbaros populos, cum quibus nostra natio nullam fere habet conversationem, vel si cum iis commercium exerceat, non profunde illorum terris accedere audet. Non potui tamen omittere illa adnotare, quæ de hoc ligno ex relatu, vel auditu aliorum vel ipse experientia edoctus fuerim: Hancque occasionem arripui ex familiaritate, quam exercui cum quibusdam Sinensibus, qui illas peragrarunt terras, &, ut puto, illud bene noverunt, præsertim quum observaverim, apud nostros Europæos obscuram admodum & incertam cognitionem inveniri, variaque ligna vendi pro vero *Agallocho*, quod tamen a multis antiquis temporibus per totam Orientis plagam magno in usu & pretio habitum fuit, & etiam adhuc habetur. Verum itaque lignum *Agallochum*, (quantum ex Sinensium relatione cognoscere potui) duas tantum habet præcipuas species, quamvis utraque ex una eademque arbore proveniat, hujusque optima ac pretiosissima species est *Calambac* incolis dicta, Latine *Agallochum primarium*: altera autem seu secundaria species *Garo*, seu *Agallochum secundarium* dicitur.

De quibus utrisque speciebus Sinenses mihi subsequentia narravere. Arbor, quæ verum producit *Calambac* seu *Agallochum*, crescit in Provinciis *Tsjampaa*, *Cocinam* seu *Quinam*, & *Cochin Cochina*, quæ regiones a Sinensibus mercatoribus *Tsjampaa*, *Coinam*, & *Koutsche* etiam vocantur: In ipsa *Sjampaba* autem optimum occurrit, & quum hæc Provincia sub inperio Regis *Coinamensis* seu *Quinam* est, hinc omne & optimum *Calambac* ipsi soli traditur, ita ut ille solummodo mercaturam cum hoc exerceat.

Sinenses isti dicebant mihi arborem esse ex genere *Mycrophylli* mihi dicti, infra *libr.* 5. descripti, iisdemque gaudentis foliis vel paulo majoribus, ipsis vocati *Tsjen-Tsjeny*, non autem conveniunt, an sit quoque lactescens arbor, nec ne, ipse autem dubito, an hoc non potius intelligendum sit de arbore, quæ vulgare *Garo* præbet, quum arbor verum exhibens *Calambac* nimis remote in terris, & apud Barbaras admodum nationes crescat. Tum enim quoque esset arbor vasta, & silvestris, plurimis constans intricatis ramis, per sese aliasque arbores convolutis, diutissime vivens, inque latissimam sese extendens plagam.

Pretiosum hocce lignum non semper producit hæc arbor, nec etiam singula, quæ hoc gerit, arbor in omnibus suis habet partibus, hocque tantum in sum-

---

XI. HOOFDSTUK.

Aloës- en Paradys-Hout.

ONs voornemen is geensints op deze plaats een volkomen beschryving te doen van 't Agallochum, *aangezien den boom, die dat kostelyke hout voortbrengt, tot nog toe by de Europianen, (voor zo veel my bewust is) onbekent is: als wassende op plaatzen of landen zeer verre van de Zeekant afgelegen, en dan ook nog by zommige Barbaarsche Natiën, waar mede ons volk geen, of weynig omgang heeft, of al tot dien handel toegelaten zynde, niet verre Lantwaart in derft komen. Ik hebbe egter niet voor by konnen gaan, zoo veel aan te teykenen, als ik van 't zelve door hooren, zeggen, en ondervinding geleert hebbe: zynde my daar toe aanleyding gegeven door een familiaren ommegang, die ik gehouden hebbe met zommige Sinezen, dewelke die Landen doorreyst, en, na gissing, goede kennisse van dat hout hadden, als mede om dat ik bespeurt hebbe, dat by ons Europianen nog een zeer donkere en onzeekere kennisse daar van is, en veelderley houten verkogt werden voor 't opregte* Agallochum, *het welk nogtans al van veele of oude tyden door de geheele* Oosterſche *Weerelt in zo grooten gebruik en agting is geweest, en ook nog is. Het opregte* Agallochum *dan (voor zo veel ik uyt het relaas der gemelde Sinezen heb konnen vernemen) heeft maar twee hooft-zoorten, hoewel beyde van eenderley boom voortkomende, en waar van de edelste en alderbeste genaamt wert* Calambac, *in 't Latyn* Agallochum Primarium: *en de tweede of naaste zoorte in waardy* Garo, *of* Agallochum Secundarium:

En van welke beyde zoorten my de Sinezen het naavolgende berigt hebben gedaan: Den boom, die het regte Calambac *draagt, wast in de Provincien* Tsjampaa, Coinam, *of* Quinam, *en* Cochin Cochina: *welke Landen by de Sineze Koopluyden ook* Tsjampaa, Coinam, *en* Koutsche *worden genaamt: Dog in 't* Sjampaa *valt wel het beste, en dewyl deze Provincie onder den Koning van* Coinam *of* Quinam *staat, zoo moet al het beste* Calambac *aan hem gelevert worden, en daar by dan ook maar alleen mede handelt.*

Dezelve Sinezen verhaalden my mede, dat het een boom is van het geslagt der Varingen, by ons Lib. 5. *toegenaamt* Mycrophyllos, *en ook met de zelfde bladeren, of wel wat groter, by hunlieden genaamt* Tsjen-tsjeny, *maar zy komen daar in niet over een, of hy mede melk gevende is, of niet, dog ik twyffele daar aan, of dit niet veel meer van den boom moet verstaan worden, waar van het gemeene* Garo *komt, vermits den boom van het opregte* Calambac *te verre lantwaarts in, en by zeer wilde Natiën gevonden werd. Want dan zoude het mede moeten wezen een groote en woeste boom met veele verwarde takken, door zig zelfs, en andere boomen heen geslingert, zeer lang levende, en zig verre uitspreydende:*

Dit kostelyke hout en draagt hy niet altyd, nog ook yder boom, die het voortbrengt, niet in alle zyne deelen, maar alleenlyk in zyn ouderdom, en dat maar aan zommige tak-

ma senectute, inque quibusdam modo ramis seu trunci partibus. Quum vero arbor sit tam vasta & silvestris, in altis & remotis crescens silvis, magnus requiritur labor, ad signa detegenda, ex quibus dignosci possit, an matura sit, hocque ligno inpraegnata arbor. Plurimi autem Sinenses dicunt, nemini hoc signum patere posse; sed istius loci aut regionis dominum circa hanc ambulantem arborem, aliquando percipere jucundissimum odorem, quem naso suo, tam diu & uno ex quinque sensibus prosequi & investigare debet, donec percipiat talem odorem prope hunc vel illum truncum aut ramum esse gratissimum, unde dijudicat *Calambac* in hoc contineri.

Alii autem dicunt, per noctem observari lucentem & igneum quasi splendorem, ubi maturum reconditur *Calambac*. Haec similiaque signa dominus istius loci Regi indicat, qui ipsi tum concedit, illam circumcidere arborem, sine ejus enim consensu privato homini capitali poena vetitum est, talem exstirpare arborem; tumque possessor prius quaedam instituit sacrificia huic arbori, ut *Djing* seu genius, qui ex eorum opinione hanc conservat arborem, pacetur, simulque orat, ut hoc lignum copiose ipsi tribuat: hoc autem sacrificium inchoatur cum vaccis, porcis, vel hircis, dein patinam sumit Oryza cocta plenam, hancque adeo politam in superiore efficit parte, ut ne unum granulum eximi posset, quin statim animadvertatur, huicque salitum jungit pisciculum, quem cum Oryza sub arbore ponit, seque ad dormiendum ibi per noctem deponit ea imaginatione, ut, si arbor satis sit adulta, & perfectam *Kilam* gerat, id in somno sese percepturum esse, summoque mane Oryzam attente perspicit, sique comperiat, tria quatuorve tantum granula esse sublata, pronunciat, arborem esse adultam & satis vetustam, si autem major copia sit ablata, vel fovea in Oryza appareat magna, tum credit arborem nimis esse inperfectam, nec satis adultam; dicitque illam nimis adhuc appetere.

Adulta vero statim circumciditur, inque frusta dividitur, immo ad radices usque effoditur, binaque inferiora trunci segmenta optimam habent *Kilam*, coloris obscure fusci, adeo mollem ac pinguem, ut ungue digiti inprimi possit. Haecque bina frusta soli servanda sunt Regi, qui dicitur frusta talia possidere magnitudine mediocris tabulae; Reliqua *Kila*, quae ex ramis & radicibus exciditur, bona quoque & mollis est, sed vilioris sortis & pretii, dividiturque inter magnates & dominos talis regionis: Quam primum autem fuerit caesa; *Kila* est bona, nec opus est, ut iterum sepeliatur, quidam vero caesores quaedam sub terra abscondunt fragmenta, quae tam diu relinquunt atque ibi deponunt, donec custos, qui inter caedendum circa arborem locatus est, abierit. Apud regem tum notatur, in quonam anno & mense arbor talis fuerit circumcisa, ut aliquot per annos caesio ulterior differatur, nec mundus nimis copiose hocce conquirat lignum, ne ejus pretium & existimatio imminuatur: pretiosam enim cum hocce ligno exercent mercaturam, quod nostro tempore multo rarius ac pretiosius fuit, quam antiquioribus temporibus.

Si autem tale lignum modo nomine *Calambac* vel *Kilae* dignum sit, quod unguibus intrudi potest, tum pauci revera sunt homines, qui illud viderunt, quum vulgares frustulae, quae pro *Calambac* venduntur, & exhibentur, illud experimentum vix subire possint, quamvis tamen nobilissimum & penetrantissimum dant odorem, si nempe carbonibus inponantur; nullum enim *Calambac* sua sponte tam fortis est odoris, nisi tam diu manibus conteratur & fricetur, donec incalescat. Alii e contra, praesertimque tales Sinenses, quorum *Coinama* est Patria, narrant, nullum veram cognoscere hanc arborem, sed varii generis esse arbores, quae aliquando istum de se spargunt odorem, unde omnia *Calambac* frusta ignotarum sunt arborum, quae superfluentes fluvii in coeno vel palude relinquunt, quae forte fortuna inveniuntur, quorum lignum exterius si computruerit, interiora ac pinguia frusta remanent, quae ita irregularia, & inordinata relinquuntur, uti fuere inventa, ac tantummodo ab adhaerente depurantur terra. Hoc autem videtur contradictorium relationi isti, quod Rex nempe Coinamensis tam ingentia possit acquirere frusta, si modo illa cupiat.

Ve-

ken of deelen van de stam: en dewyl het nu zulk een woesten boom is, wassende in booge en wilde Bossen, zo heeft men veele moeyten, om de teekenen te kennen, waar aan men afnemen kan, of hy ryp, en met dat hout swanger zy: dog de meeste Sinezen zeggen, dat dit teyken niemant weeten en kan: maar dat den eygenaar van het Lant, daar omtrent wandelende, zomtyds gewaar wert eenen zeer lieffelyken reuk, die hy dan met zyn Neus, en een van zyn vyf Zinnen zo lange vervolgen moet, tot dat hy bemerkt, by wat stam of tak dien reuk op het sterkste is: en daar uyt oordeelt hy dan, datter Calambac *in steeken moet:*

Dog andere zeggen ook, dat hy by nagt zoude konnen zien een vuyrigen glans of ligt, daar 't rype Calambac *verborgen is. Deze en diergelyke teykenen maakt den eygenaar als dan den Koning bekent, en die geeft hem dan voorts verlof, om dien boom te mogen kappen, want zonder zyn conzent is het een particulier Perzoon op lyfsstraf verboden zodanigen boom om te vellen, en daar op moet den eygenaar dan voor eerst eenige Offerbanden voor dien boom doen, om de* Djing, *of geest, die na haar geloof den boom bewaart, te verzoenen, en te bidden, dat hy hun dit hout rykelyk wil mededeylen, en het welk dan geschiet met Koeyen, Verkens, of Bokken, daar na neemt hy ook een kom vol gekookte ryst, en dezelve zo effen, dat men niet een korreltje daar van kan nemen zonder zulks te merken, en daar by voegt hy nog een zout visje, 't welk hy, benevens de ryst, onder den boom zet, en gaat 's nagts daar by leggen slaapen, met die inbeelding, dat als den boom nu regte oude en volwassen* Kilam *heeft, hy zulks in den droom zien of gewaar worden zal: gaande daar op des morgens den ryst naau bekyken, en wanneer hy daar van bevint alleenlyk maar 3. a 4. korreltjes genomen te zyn, zo zegt hy; dat den boom volwassen en oud genoeg zy, maar zo daar meer uytgenomen, en een groote kuyl in den ryst is, zo zegt of gelooft hy, dat den boom nog te jonk zy, als hebbende nog te graagen appetyt om te eeten.*

Den volwassen boom nu wert terstondt omgevelt, en in stukken gekapt, ja zelfs tot de wortelen toe uytgegraven, en de twee onderste mooten van den stam hebben 't beste Kilam, *zynde van koleur donker-bruyn, ook zo week en vet, dat men met een nagel van een vinger daar in duwen kan: En deze twee stukken moet men alleenig bewaaren voor den Koning, die gezegt wert stukken daar van te hebben zo groot als een middelbare taafel: Het andere* Kilam, *dat men uyt de takken en wortelen kapt, is mede wel goet en zagt, dog wat slegter, en dat wert onder de Grooten en eygenaars van 't Lant verdeelt: zynde zo dra het gekapt wert goede* Kilam, *en het behoeft niet weder begraven te werden, dog zommige van de Kappers verbergen wel eenige stukken onder de Aarde, dieze daar laaten leggen, tot dat de Wagt, die in 't kappen ront om den boom staat, vertrokken is: en werd by den Koning dan opgeschreven, in wat Jaar en Maant dezen boom is omgekapt, ten eynde men eenige jaaren rusten, en de werelt niet te veel van dit hout bekomen mogte, op dat het zelve zyn groote agting niet quam te verliezen: Want zy dryven daar mede een duure Koopmanschap, zynde in onze tyd veel zeldzaamer en kostelyker, dan het in oude tyden is geweest.*

En zo maar alleen dat hout den naam van Calambac *of* Kilam *mag dragen, daar men met de nagel induwen kan, dan zyn daar in der daat weynige menschen, die zulks gezien hebben, nadien de gemeene stukjes, die men voor* Calambac *toont en verkoopt, die proef qualyk konnen uytstaan, hoewelze nogtans een zeer edelen en kragtigen reuk hebben, te weten als men het op koolen legt; want anders geen* Calambac *van zig zelfs zoo sterk riekt, ten zy dat men het zoo lang in de handen vryft, tot dat het warm werd. Andere daar en tegen, en daar onder eenige Sinezen, die in* Coinam *gebooren zyn, verhaalen, dat niemant den regten boom kent, maar dat het veelderley boomen door malkander zyn, dewelke zomtyds de voornoemde lugt van zig geven, en dierhalven dat de* Calambac *stukken zyn van onbekende boomen, dewelke de overvloeyende Revieren in den slyk of moeras zitten laaten, die men dan zo by geval vint, en waar aan al het buitenste hout verrot is, en de binnenste vetste stukken overschieten, dewelke men dan zo bolbollig, of oneffen laat, als menze vind, haar slegts van de aankleevende aarde zuyverende. Dog dit schynt te stryden met het bovenstaande verhaal van die groote stukken, dewelke den Koning van Cainam krygen kan, als hy wil.*

Het

Verum ac vulgare *Calambac* ſeu *Agallochum* duplicis eſt coloris, primum enim obſcure fuſcum eſt cum cinereo mixtum, longisque nigricantibus ſtriatum venis, vel ſi circa nodos fuerit collectum, talibus variegatum eſt venulis: ſique hoc recens ſit, atque ex arboribus veris & vetuſtis collectum, quasdam habet plagas tam pingues & molles, ut introtrudi poſſint, ſi autem per multos fuerit aſſervatum annos, indureſcit, & grave eſt.

Alterum autem ex fuſco magis cinereum eſt, craſſioribus conſtans venis, per longitudinem ſtriatum venis nigricantibus ſeu brevibus lineis, variisque foveis impreſſum, vel foraminibus excavatum, in quibus quædam ſæpe etiam invenitur terræ pars ſuperſtes: levius quoque eſt præcedenti, ac forte illud eſt, quod ex vero trunco ramisve colligitur, inque paludibus computruit. Quod enim circa nodos fuit, multo nigrius eſt, brevioribus conſtat fibris, & reliqua parte durius eſt: Omne autem, quod in flavum ſeu pallidum vergit colorem, maculasque gerit nigras, acſi reſinam exſudaret nigram, pro *Gari* ſpecie habendum eſt; Omnium *Agallochi* ſpecierum odor homogeneus eſt, carbonibusque impoſitum lignum facile dignoſcitur atque diſtinguitur ab omnibus reliquis lignis; peculiarem enim jucundum habet odorem, eſtque refocillans & quaſi cor corroborans, quod melius ſentiri quam deſcribi poteſt, odorque vergit ad corticum Citri odorem ſiccatorum, ſapor etiam quodammodo ipſis ſimilis eſt, optimumque, ſi manducetur lignum, lentum eſt, inſtar ceræ duræ tenax, cum parva, ſed grata & acri amaritie mixtus, totumque grato odore os replens: omnia vero iſta ligna, quæ excellentem habent amaritiem pro *Agallocho* nec *Garo* habenda ſunt, ſed pro ſpuriis quibusdam harum binarum ſpecierum.

Nomina: Latine *Agallochum Primarium* & *Xylaloe*, in Pharmacopæis *Lignum aloës* & hinc Belgice, *Aloës-hout* & *Paradys-hout*: Arabibus dicitur *Agalugin* & *Aud*, & hinc apud Guzerattenſes *Ud.* Malaice *Calambac.* Sinaïce *Kilam* & *Hokilam*, unde forte nomen iſtud Malaicenſe derivatur, acſi diceres nodi ſeu medulla *Kilam*, *Bac* enim Sinenſes non tantum gemmas, ſed etiam nodos, ac maxime pingues arboris partes vocant, in quibus venæ ſunt commixtæ, formamque oculi præbent. Hoc quoque idem eſt lignum, quod apud Hebraëos *Ahalim* & *Ahaloth* dicitur in numero plurali: uti omnia grate ſpirantia ac pretioſa ligna, quæ parvis fruſtis ſeu ſegmentis venalia ſunt, ac venduntur, ipſis hoc indigitantur vocabulo. Iſtæ autem binæ denominationes ab interpretibus vario explicantur modo; *Divus* enim *Hieronimus* in vulgata *numer.* 24. *vers.* 6. interpretatur *tentoria. Pſalm.* 45. *vers.* 9. *Guttam* & *Proverb.* 7. Aloë. Hodierni autem interpretes in *numer.* 24 Santalos; aliisque in locis *Aloës*, commentatoresque nihil nobis aliter commemorant, niſi quod grate ſpirans ſit lignum, ad pretioſa ſuffimigia uſitatum. Certum eſt, Hebræorum *Ahalim* ſeu *Ahaloth* nihil aliud fuiſſe, quam Græcorum & Latinorum *Agallochum* ſeu *Xylaloe*, quod ab antiquioribus jam temporibus ad ſuffimigium veſtium fuit uſurpatum, cui & hodiedum inſervit uſui. E contra lignum *Sandalum* veteribus fuit incognitum, nec ad ignis ſuffimigium uſurpatur; parva autem difficultas ſupereſt, *Bileamum* nempe in memorato loco Iſraëliticum populum comparare cum arboribus *Ahalim*, quas Deus plantavit ad flumina: Cui ſuggerere vel opponere quis poſſet, qui fiat, ut *Bileam Calambax-arborum* cognitionem habuerit, quum hæ in Indiæ extremo creſcant, quatumque ſpecies & forma in hunc usque diem adeo eſt obſcura & incerta. Cui reſpondeo, veteres, præſertimque illos, qui *Meſopotamiam* & *Babyloniam* inhabitabant ſub Monarchia florente, multo meliorem habuiſſe plurimarum Indicarum plantarum cognitionem, quam nos hodie, quum tum temporis regiones iſtæ melius peragrari poterant, ac Babylonica majeſtas majorem poteſtatem & converſationem in Indicis regionibus exercebat, unde *Bileam* etiam ſine dubio potuerit ſcire, *Ahalim* ingentes eſſe & vaſtas arbores, in planis ſilvis & ſolitudinibus juxta fluvium Gangem aliaque flumina ibi creſcentes, ſeſeque ramis ſuis latiſſime & luxurioſe extendentes, quæque ad ſummam perveniebant ſenectutem, unde hoc odoratum lignum, (quod apud Aſſyriæ reges ſine dubio ſatis uſitatum & notum fuit) proveniebat. *Bileam* itaque pronunciare voluit, Iſraëliticum populum a Deo ita fuiſſe beatum,

tot-

Het regte en het gemene Calambac *nu is tweederley van koleur, zynde het eerſte donker-bruin, met graauw gemengt, en lange ſwarte aderen geſtreept, of, zo het omtrent de knoeſten geſtaan heeft, met diergelyke adertjes gemarmert: En als dit vers is, midsgaders van regte oude boomen komt, dan heeft het zommige hoeken, die zo vet en week zyn, dat men daar in douwen kan, maar als men 't lange jaaren bewaart heeft, zo wort het hart en ſwaar.*

Het ander ſlag is uyt den bruinen wat graauwer, grofdraadig, in de lengte geſtreept, met ſwarte aderen of korte linien, en met verſcheyde kuyltjes, of gaten uytgeholt, daar men ook zomtyds nog eenige Aarde in vind ſteeken: Zynde mede ligter dan het voorgaande, en miſſchien het gene uyt den regten ſtam of de takken komt, en in de moeraſſen heeft leggen rotten; want het gene dat omtrent de knoeſten geſtaan heeft, is vry ſwarter, kortdraadiger, en harder als het andere: al het gene nu van dit hout meeſt na 't geele, of bleeke trekt, en ſwarte plekken heeft, als of het eenig ſwart hers uytſweette, moet men onder de zoort Garo *reekenen: De reuk van alle zoorten van* Calambac *is meeſt eenderley en op koolen gelegt zynde, zeer kennelyk en ligt te onderſcheyden van alle andere houten, want het is van een byzondere liefelykheyt, zeer verquikkende, en hertſterkende, 't welk men beter gevoelen dan beſchryven kan; en moet de reuk wat trekken na die van gedroogde Citroen-ſchellen: de ſmaak moet ook bykans daar na hellen; en 't beſte valt in 't knaauwen wat taay, gelyk als hart waſch, met een kleyne, dog aangenaame ſcherpe bitterheyd gemengt, en den mond met zyn aangenaame reuk vervullende: dog men moet alle zodanige houten, die een uytnemende bitterheyd hebben, niet voor* Calambac, *nog voor* Garo *houden, maar wel voor baſterden van een van die beide.*

Naamen: *In 't Latyn* Agallochum Primarium, *en* Xylaloe, *in de Apotheeken* Lignum Aloes, *en zo in 't Nederduyts* Alöes-hout *en* Paradys-hout, Arab: Agalugin, *en* Aud, *en daar van beyde Guzeratters* Ud: *Malleyers* Calambac, *Sineezen* Kilam, *en* Hokilam, *waar van miſſchien de voornoemde Maleytſche naam komt, als of men zeyde knoeſten of 't hert van* Kilam, *want* Bac *noemen de Sineezen niet alleen ooge, maar ook de knoesten, en de vetſte deelen van een boom, daar de aderen door malkander lopen, en de gedaante van een oog maaken: en dit is het zelfde hout 't welk by de Hebreen* Ahalim, *en* Ahaloth *genaamt word in 't meervoudig getal, gelyk alle welriekende en diere houten, die men met kleyne ſtukken of mooten te koop brengt, by hun lieden zo genoemt werden: dog voorgenoemde twee woorden werden van de Overzetters verſcheydelyk uytgelegt, want* Divus Hieronimus *in de* vulgata, num: 24. vers 6. *zet het over* Tentoria: Pſalm 45: vers. 9. Guttam: *en* Proverb. 7. Aloe. *De hedendaagſche zettent over in* Num: 24, Santalos, *en op andere plaatzen* Aloe, *en de Uytleggers weten ons anders niet daar van te zeggen, als dat het een welriekend hout zy, en tot koſtelyke reukwerken gebruikelyk: Het is zeeker, dat der Hebreen* Ahalim *of* Ahaloth *anders niet geweeſt zy, dan 't gene de Grieken en Latynen* Agallochum *of* Xylaloe *noemen, 't welk al van oude tyden tot het berooken van klederen is gebruykt geweeſt, gelyk het ook nog doet: Daar en tegen is het* Sandelhout *de ouden onbekent geweeſt, en werd geenzints tot reukwerk op 't vuur gebruykt. Een kleyne ſwarigheyd is 'er nog over, namentlyk dat* Bileam, *aan de boven gemelde plaats, het volk van Iſraël vergelykt met de boomen* Ahalim, *dewelke Godt geplant heeft aan de Waterſtroomen: waar op men inbrengen of vraagen mogte, hoe* Bileam *van* Calambax-boomen *kennis gehadt konde hebben, nadien die in het uyterſte van Indiën wieſſchen, en welkers gedaante tot heden toe nog zo donker of duyſter bekent is: waar op ik antwoorde, dat de ouden, inzonderheit de genen, die in* Meſopotamie *en* Babylonie *woonden, onder die bloeyende* Monarchye, *veel beter kenniſſe gehad hebben van veele Indiaanſche planten, als wy hedensdaags, om dat doenmaals de Landen gemakkelyker konden doorreyſt werden, en de* Babyloniſche *Mogendheyd meer ontzag, en ommegang in de Landen van Indiën hielt, en waar uyt, buyten twyffel,* Bileam *heeft konnen weten, dat* Ahalim *groote boomen waaren, in de vlakke Boſſen en Wilderniſſen, langs de Revier* Ganges, *en andere Revieren daar omtrent waſſende, en hun met haare takken zeer ver en weeldrig uytbreydende, en tot een grooten ouderdom komende, en waar van dat welriekende hout ('t welk by de* Aſſyriſche *Koningen buiten twyffel genoegzaam*

totque dotatum beneficiis, ut tam firmiter fundatus esset, ac viventes *Abalim* arbores, illorumque decus & splendorem simili quoque modo per totum mundum instar grate spirantis & jucundi odoris diffusum iri.

Sic quoque judicandum est, *Cassiam* & *Cinnamomum*, licet remotissime in Indiis crescant, *Assyriis* & *Israëliticis* regibus tum temporis melius fuisse notas, quam subsequenti duorum millium annorum intervallo, donec aromata hæc iterum per navigationem Portugallorum & Belgarum detecta fuerint.

Unde autem lignum *Agallochum*, Belgis *Paradys-hout* seu *Paradisiacum* lignum fuerit dictum, facilius & melius indagari potest, quum nempe ab antiquis jam temporibus ex illis tantum regionibus circa *Gangem* sitis fuerit petitum, quod flumen ortum suum ducere putatur ex ipso terrestri Paradiso. *Lignum Aloës* vocatum fuit non ita quidem ob amaritiem, quæ, uti dictum fuit, in vero acriter sentitur, sed potius a consonantia vocabulorum *Abalim* & *Agaluchin*, in quibus Græci aliquam observarunt similitudinem cum ipsorum Aloë, atque hinc illud *Xylaloë* vocarunt, h. e. Aloës lignum, simulque distinctione quadam, ut pro ligno, & non pro herbacea Aloë habeatur.

Loci. Verum Aloës lignum, quantum hodie notum est, crescit, uti dictum est in *Tsjampaa*, Portugallis *Champaa*, & Sinensibus *Tsjamsiaâ* dicta, quæ Provincia tributalis est sub magno *Coinam* vel *Quinam* rege, quæ regio quoque *Cochin-China*, & Sinensibus *Kautschi* dicitur, quod denotat aliquem, qui pollicem pedis habet incurvum, uti hujus regionis incolæ & indigenæ ab antiquo jam tempore hacce nota fuerunt noti. Crescit quoque in *Cambodja* & *Siama*, quæ regiones istis terris sunt vicinæ & adjacentes, ac sine dubio in pluribus aliis terris ipsi proximis, per quas ingens fluvius Ganges, aliique plures ex magno lacu *Kiamhay* excurrentes, circumjacentes planas terras silvasque quotannis inundant, cœnoque replent, uti Nilus Ægyptiam, qua inundatione sine dubio plures tales arbores eradicantur, cœnoque obteguntur, unde postea frusta *Aloes ligni* inveniuntur, quum nempe exterior ligni pars computruerit, relictis interioribus maximeque pinguibus partibus, quæ putredini resistere possunt.

Rex *Tsjampaæ* Regi *Coinamensi* non tantum optima tamquam tirbutum frusta debet solvere, sed omnem reliquam ipsi vendere *Kilam*, quam solus in commercio habet, plurimamque ejus partem mittit in Japanam; Plebi pœna capitali vetitum est cum hocce ligno exercere mercaturam, ita ut omne ex Regis manibus sit emendum, quumque magnus sit Hollandorum hostis, hinc nostra natio non multum ab ipso congerere potest, unde & etiam nostratibus tam parum notum est; alii autem putant, regem Tsjampanensem Coinamensi neutiquam maxima mittere frusta, bene gnarus, si Coinamensi semel tanta largiretur frusta, talia semper ab ipso petiturum esse, ita ut sine dubio optima & maxima frusta in *Tsjampaa* inveniantur. Hodiernum istius ligni pretium in *Tsjampaa* est triginta duo *Teyl* argenti, h. e. quadraginta inperialia (ryksdaalders) pro una cista *Catti* dicta, seu uno cum quadrante pondo, sique in Japanam fuerit missum, centum quidem tales *Teylen* valet una cista *Catti*, nostrates autem ibi carius illud emunt, & quidem ad auri pondus seu gravitatem. In Europam autem non, vel rarissime, transfertur, quum Japanenses, Sinenses, aliique Indi maximo emant pretio, ac multo magis illud expetant, ac nos Europæi.

Usus. Ad cuncta pretiosa suffimigia adhibetur, quum vero tam carum sit, plurimum conservatur a Regibus & Indiæ Magnatibus, qui illud cum aliis aromaticis corticibus & gummis grosso modo contusis commiscent, atque ex illis parvos formant globulos instar sclopeti globuli, ipsis *Dupa* dictos, quorum odore vestes suas inprægnant, Regesque suffimentum hocce sibi solis servant, ita ut, si privatus hoc suffimigio vestes suas suffitas haberet, in periculum gratia excidendi veniret, si hoc animadverterent.

Vulgare hoc *Agallochum* revera vires habet cor cerebrumque odore suo refocillantes, tam, si cum ista *Dupa*, quam si solum carbonibus imponatur, quem in finem cum frusto fracti porcellani vel vitri de ligno ali-

zaam bekend was, voortquam: Hy wilde dan zeggen, dat het volk Israëls van Godt zodanig gezegent was, en zo vast gegrond, als de levende Ahalim-*boomen, en haaren luyster, als een kostelyken reuk door de geheele werelt zoude gaan.*

En zo moet men ook ordeelen, dat de Cassia *en* Cinnamomum, *(al wassenze mede verre in Indiën) de* Assyrische *en* Israelitische *Koningen als doen veel beter bekend zyn geweest, dan in de volgende twee duyzend jaaren, tot dat die Speceryen door de Scheepvaarden der Portugeezen en Nederlanders wederom zyn ontdekt geworden:*

Dog waarom nu dit hout by de Duytzen Paradys-Hout *word genaamt, dat is ligter te raaden, namentlyk, om dat het van ouds alleen gebragt wierd uyt de Landen en Havenen, die omtrent de* Ganges *lagen, welke Revier men geloofde zyn oorspronk te hebben uyt het Aardsche* Paradys: Aloes-hout *is het genaamt, niet zo zeer van wegen zyne bitterheyd, dewelke (als gezegt) in 't opregte kleyn moet zyn, maar veel meer naa de gelykformigheid der woorden,* Ahalim, *en* Agaluchin, *waar in de Grieken eenige gelykenisse met haar* Aloe *gezien, en daarom het zelve* Xylaloe *genoemt hebben, dat is* Aloes-Hout, *en met een tot waarschouwinge, dat men het voor een hout, en niet voor een kruytagtige plante,* Aloe, *moet aanzien.*

Plaatzen: Het opregte Aloes-hout, *voor zo veel het bedensdaags bekend is, wast, als gezegt, in 't* Tsjampaa, *by de Portugeezen* Champaa, *en by de Sineezen* Tsjamsiaâ *genaamt, een Provincie staande onder den grooten Koning van* Koinam *of* Quinam, *welk land men ook* Cochin-China, *en by de Sineezen* Kautschi *noemt, 't welk beduyt ymand die een kromme toon heeft, gelyk de Inlanders dezes Lands van ouds gehad hebben. Het wast mede in* Cambodja *en* Siam, *welke Landen met de voornoemde agter aan malkander paalen, en buyten twyffel in meer andere Landen daar aan grenzende, door dewelke de groote Revier* Ganges, *en meer andere, uyt het groote binnen-Meyr* Kiamhay *loopen, die de omleggende vlakke Landen en Bosschen jaarlyks overstroomen, en met slyk vervullen, gelyk de* Nilus Ægypten *doet, en waar door dan buiten twyffel veele van zodanige boomen ontwortelt, en in de slyk bedolven werden, waar van men dan naderhand de stukken* Aloes-hout *vind, te weeten na dat het buytenste hout daar van vergaan is, agterlaatende de binnenste en vetste deelen, die de verrotting konnen wederstaan:*

Den Koning van Tsjampaa *moet aan den Koning van* Coinam *niet alleen de beste stukken voor tribuyt opbrengen, maar ook al het andere* Kilam *aan hem verkopen, daar hy dan alleene mede handelt, en wel het meestedeel na Japan zendt: Den gemeenen man is het op den hals verboden met dit hout te handelen, zo dat men alles uyt des Konings handen moet halen, en dezelve een groot vyand van de Nederlanders is, daarom kan onze Natie niet veel daar van krygen, en is derhalven by de onze ook zo weinig bekend: En andere meenen dat den* Tsjampaar *hem egter geenzints de grootste stukken zend, als wel wetende, zo hy den* Coinammer *eens daar aan gewendde, dat hy altyd zulke stukken van hem zoude hebben willen: Zo dat buyten twyffel de schoonste en grootste stukken in* Tsjampaa *te vinden zyn: de hedensdaagsche prys van dit hout is in* Tsjampaa 32. *Teyl zilver, dat is* 40. *Ryksdaalders voor een Catti, of* 1¼. *pont, en in Japan gebragt werdende gelt het wel hondert Teylen het Catti: Doch de onze moeten het aldaar duurder, en tegens de swaarte van Gout betaalen: maar na Europa werd het niet of zeer zelden vervoert, dewyl de Japanders, Sineezen, en andere Indianen zeer veel daar voor geven, en merkelyk meer werks van maaken, als wy Europianen tot nog toe doen.*

Gebruyk: *'t Werd mede tot allerbande kostelyk reukwerk gebruykt, dog dewyl het zo dier is, blyft het meest onder de Koningen en Grooten van Indiën, die 't met andere Speceryagtige schorssen en gommen, allegaar grof gestooten of gekapt, weten te vermengen, en daar uyt kleyne bolletjes te maaken van gedaante en grotte als een pistool kogel, by haar* Dupa *genoemt, met dewelke zy dan hunne kleederen berooken: En houden de Koningen dit reukwerk voor hare Perzoonen alleen zo eigen, dat een gemeyn perykel zoude lopen, zoo men het aan zyne klederen bespeurde of gewaar wierd:*

Hebbende de gemelde Calambac *inderdaat een hert, en herssen sterkende reuk, zo wel onder 't voorschreeven* Dupa, *als alleen op koolen gerookt, tot welken eynde men met een stukje gebrooken porcelyn, of glas van 't stuk wat af-*

aliquid abraditur, quum ob pinguedinem ſuam convolvitur in formulas murium ſtercori ſimiles: Malaicenſes autem præferunt, ſi lignum in minora conſcindatur fruſtula, deinque contundatur groſſo modo, dicunt enim raſuram illam nimis tenue reddere ſuffimigium, & carbonibus inpoſitum nimis cito evolare, nec tam jucundum ſpargere odorem, quam ſi craſſo modo fuerit contuſum. Si Sinenſes illud ſolum ſuffiunt, parum craſſe contuſi addunt *Unguis odorati*, ipſis *Hyole* dicti: ſi autem illius duros conquirere poſſint nodos, illos radunt in multos angulos & foveolas, donec pellicula terrea fuerit abraſa.

Raſura hac utuntur pro ſuffimigio, nodoſque depuratos (qui ſpeciem aliquando quorundam animalculorum præbent) ex flabellis faciunt dependere, quos continuo manibus fricant, atque ſubolfaciunt. Optimæ *Kilæ* ſeu *Agallochi* fruſtulum, quod ungue nempe digiti altius inprimi poteſt, portant in cingulis circa corpus, ut alvum ſervent conſtipatam, anique crepitum inpediant, ſi ante Magnatum oculos compareant, vel diu coram illis ſedeant, quod illi nationi gravi, ſolemniaque lubenter exercenti magno eſt in uſu; adhibetur porro in omni medicamento, quod componitur ad cor corroborandum, ejuſque palpitationem inhibendam, ut & contra animi deliquia, & oppreſſionem pectoris, fauciumque anguſtias, quæ cauſſantur ex ardore ventriculi, unde & contra Cardialgiam quoque valet. Quidam etiam Sinenſes interne illud uſurpant contra Dyſenteriam, quam vero ob cauſſam, me latet. Nullam enim vim habet adſtringentem, ſed potius exſiccantem, ſaltem quantum in ore percipere potui, nihil enim aliud obſervare potui niſi parvam amaritiem, inſtar Corticum Citri, ſique deglutiatur, parvum in gula relinquit ardorem.

Aliquis jam mihi objicere poſſet, ſi Aloës Lignum tempore *Moyſis* fuerit notum, tamque neceſſarium creditum ad cuncta pretioſa & perfecta ſuffimigia, qui fiat, ut non ſimul ad ſanctum odoramentum in *Exodi capite trigeſimo* deſcriptum, quod tamen acriter odoratum ingreditur *Galbanum*, fuerit uſurpatum? reſpondeo, ſanctum hocce odoramentum non ita inſerviiſſe ad naſum reficiendum, quam ad ſanctas & occultas res adumbrandas, uti nos doctus Judæus *Aben-Ezra* docet. Præterea potuit fieri, omniſcium Deum lignum hoc in Templo ſuo non tolerare nec admittere voluiſſe, quum talibus idololatricis ceremoniis tanquam ex diaboli manibus emendiceretur. Sinenſes hoc quoque lignum contritum & cum debiliori Arack mixtum propinant contra abdominis tormina, & dolores ex frigida cauſſa ortos.

Verum *Agallochum* ſeu *Kilam* hoc experimento detegitur, quod ſupra politum lapidem fortiter contritum, raſuram ſuam convolvat inſtar parvorum vermiculorum, vel murium pilularum ſtercorariarum.

afſchrapt, als wanneer het zig t'zaamen rold, als muyzekeuteltjes, en dat wegens zyne vettigheid; Dog de Maleyers houden 'er meer van, als men 't eerſt in kleyne ſtukjes kapt, en daar naa grof ſtampt, want zy zeggen, dat het ſchrappen al het reukwerk te fyn maakt, en op koolen komende te haaſtig vervliegt, ook niet half zo lieflyk ruikt, als grof geſtampt zynde. Als het de Sineezen alleen rooken, zo doenze een weynig grof geſtampte Unguis Odoratus *daar onder, by hun luiden* Hyole *genaamt, maar alsze daar van harde knoeſtjes kunnen bekoomen, die ſchrapenze met veele hoeken en kuiltjes, tot dat 'er de aardachtige huit ter deegen afkomt.*

Het afſchraapzel gebruikenze tot haar reukwerk, en de gezuiverde knoeſtjes (die zomtyds de gedaante van eenige gedierten hebben) hangenze aan haar waayers, om geduurig dezelve met haar hand te vryven, en daar aan te rieken. Van 't alderbeſte Kilam, *daar men met de nagel van de vinger indouwen kan, draagenze een ſtukje in de gordel op 't lyf, om 't zelve geſlooten te houden, tegens alle natuurlyke afgang, en loſſinge van winden, als zy voor groote Heeren moeten verſchynen, en lang ſtil zitten, 't welk by deze ſtatige Natië in een bezonder gebruyk is: Voorts werd het in alle Medicynen gebruykt, die men maakt tot verſterkinge des herten, als in flaauten en klopping des zelven, tegen benaauwtheyd der borſt en keele, die veroorzaakt word door brand in de krop van de mage zittende: Zommige Sineezen gebruiken het ook inwendig tegen de roode-loop, dog om wat reden, dat en kan ik niet giſſen. Want het heeft gants geen t'zamentrekkende kragt, maar wel een opdroogende, immers voor zo veel men in de mond kan gewaar worden, want aldaar niet anders werd geproeft dan een kleyne bitterheyd, met een ſcherpheyd als die van Citroen-ſchellen, en het welke, als men het inſwelgt, een kleyne brand in de keele nalaat.*

Nu mogt my iemant voorwerpen, als het Aloes-hout *ten tyde van* Moſes *was bekend geweeſt, en zo noodzakelyk geagt tot alle volmaakte reukwerken, waarom het dan niet mede toegelaaten zy in 't heylig reukwerk in Exodi Capittel* 30. *beſchreven, alwaar nogtans het ſterkruykent* Galbanum *plaats gevonden heeft? Ik antwoorde, dat het zelve heylig reukwerk niet zo zeer diende, om de Neuze te vermaaken, als om een heilige en verborgen zaake af te beelden, gelyk ons den geleerden* Rabbyn Aben-Ezra *leert: Daar en boven kan 't ook wel zyn, dat Godt dit hout in zyn Tempel niet heeft willen gebragt hebben, om dat het met zulke Afgodiſe Ceremonien, als uit de handen der Duivelen, gebedelt wierde: De Sineezen gebruyken dit hout gevreeven, en met ſlappe Arak gedronken, tegen de krimping en buyk-pyn, uit koude ontſtaande.*

Het opregte Kilam *moet deze proef houden, dat het, over een effene ſteen wat hart gevreven zynde, zyn afſchraapzel t'zaamen moet rollen, als kleyne Wormpjes of muyſe-ſtrontjes.*

OBSERVATIO.

Plurimi auctores CALAMBAC & LIGNUM ALOES, ſeu AGALLOCHUM diſtinxerunt, atque pro diverſis habuere lignis, ut patet ex *Ray. hiſt. pl. p.* 1808. & *Sam. Dale Pharmac.* in 4to. *pag.* 380. ubi omnino vide deſcriptiones, ut & *Parkins. Theatr. pag.* 1564. & *hiſtor. general. Lugdun. libr.* 18. *cap.* 17. *p.* 1769. nec non ejus figuram in *Pomet hiſtoire general. des Drogues livre* III. *Chap.* I. ubi DU BOIS D'ALOES exprimitur & deſcribitur. vide & *Linſchoteni Itinerarium cap.* 76. de *Ligno Calambac* ſeu *Aloës ligno.* & *Valent. Amboinæ deſcript. p.* 204. *cap.* IV. & *Valent. hiſtor. ſimpl. reform. pag.* 179. *cap.* VI. & *p.* 591 *& ſequent*, ubi elegans occurrit diſſertatio de *Agallocho*, quod in ſubſequente deſcribitur capite: vide porro *Rumphium* in *Miſcell. Acad. Natur. curioſ. dec.* 2. *anni* 3. *obſerv.* 22. *p.* 79. & *Boneti medic. ſeptentr. part.* 2. *libr.* 8. *p.* IV. *ſect.* 3. ut & *Pauli Hermanni Mater. med. p.* 107. & *Jonſt. Hiſt. nat. lib.* IX. *p.* 460 *& ſeq.* ac *Wormii muſæum cap.* 16. *p.* 166. & *Sam. Dale Pharmac. p.* 379. nec non *Kemph. Amoen. exot. p.* 903. & *Ray tom.* 3. *app. p.* 87.

AANMERKINGE.

De meeſte Schryvers hebben het CALAMBAC & LIGNUM ALOES, of AGALLOCHUM onderſcheiden, en voor twee byzondere houten gehouden, gelyk blykt uit *Ray hiſt. pl. pag.* 188. en uit *Samuel Dale Pharmac.* in 4to. *p.* 380, alwaar vooral derzelver beſchryving na te zien is, als mede *Parkins. Theatr.* 1569. en de *Hiſtor. Lugd. general. p.* 1769. de Figuur van het *Aloes-hout* komt voor in *Pomet hiſtoire general. de drogues 3de boek* I Hoofdſtuk: zie ook *Linſchotens Reyze cap.* 76. over het *Calambac* of *Aloes-hout.* en *Valentyns beſchryving van Ambon. p.* 204. *capitt.* 4. als mede *Valent. hiſtor. ſimpl. reform. pag.* 179. *cap.* VI. en *pag* 591. en de volgende, alwaar een zeer fraaye Diſſertatie gevonden wert over het *Agallochum*, het welk in het volgende Kapittel beſchreven wert, en ook van *Rumphius* in *Miſcell. Acad. Nat. curioſ. dec.* 3. *ann.* 3. *obſerv.* 22. en *Boneti medic. ſeptentr. part.* II. *lib.* 8. *p.* 4. *ſect.* 3. en *Herman. mat. med. p.* 107. en *Jonſt. Hiſt. natur. libr.* 9. *p.* 460. en *Wormii Muſæum cap.* 16. *p.* 166. als mede *Sam. Dale Pharmac. p.* 379. en *Kemph. Amoenit. exot. p.* 903. en *Ray tom.* 3. *app. p.* 87.

CAPUT DUODECIMUM.

Agallochum secundarium. Garo.

AGallochum hoc *secundarium* seu *vulgare* proximo gradu convenit cum raro & pretioso Calambaco, illud autem in Patriam nostram plurimum transfertur. Sinensium autem relationes in eo potissimum quadrant, quod hoc lignum cum antecedenti ex una eademque proveniat arbore, cujus interiora, maxime pinguia & vetustissima frusta verum præbent *Calambacum*, lignum autem, quod in ramis vel circa nodos occurrit, *Agallochum spurium* seu *Garo* est, vulgatissimum ac vilissimum in exteriore tunci parte invenitur. Quum vero inter ligna, quæ pro *Garo* venduntur, maximam observaverim differentiam quoad odorem & colorem, hinc ulteriore indagine a Sinensibus edoctus sum, optimum *Garo* inveniri in una eademque cum *Calambaco* arbore, sed alias insuper esse arbores, a priori haud multum differentes, quæ peculiare quoque *Garo* ferunt: Pro vero etiam habetur *Garo*, quod ex *Malacca* venit, & in insulis *Johor* & *Belitton* crescit, quod autem a *Coinamensi* differt. Verum itaque *Garo* in binas dividemus species, in Coinamensem nempe & Malaicensem.

Primum itaque seu *Coinamense*, *Thim* & *Thimbio* dictum, lignum est arboris cujusdam, ex genere *Mycrophylli*, *Garo* vero folia sunt paulo longiora, inque his arboribus sæpe observantur longissima flagella, quæ instar filorum ex ramis dependent, uti in *Mycrophylli* speciebus id quoque invenitur, crescuntque etiam in dictis regionibus *Tsjampaa* & *Coinam* seu *Quinam*: has autem quisque dominus pro lubitu exstirpare potest, si modo bene gnarus sit, arbores esse satis vetustas, cujus signa etiam certa habent, sed non opus est, ut has sacrificiis expient, uti antecedentem arborem. Atque hæc species potissimum ex nodosis constat frustis, quæ, ut bona sint, in aqua fundum petere debent, cujus *Catti* seu cistula a rege determinata est ad tres argenti *Teyles*.

Lignum hoc multo est durius, magis nodosum, nec ita fuscum, ac *Calambacum*, sed magis in flavum tendit colorem, ac brevibus, nigris, vel fuscis variegatum est venulis, aliquando etiam omnino cinereum cum atris venulis *Calambacum* proxime æmulans, sed semper durius ac gravius. In magnis frustis hinc inde ad latera quædam nigræ apparent maculæ, acsi pice forent obductæ, quæ pinguedinem hujus ligni indicant, hæ autem maculæ potissimum in flavis apparent frustis, quæ circa nodos fuere dissecta. Frusta hæc per aliquod tempus resistunt flammæ, & carbonibus ignitis, nec ita facile ignem concipiunt, ac *Calambacum*, sique conceperunt, non diu continent ignem, quum lignum sit magis solidum & durius; nihilominus tamen, si comburatur, parvam etiam olei præbet quantitatem, unde patet, plurimam partem *Agallochi*, quod in Europa occurrit, hujus speciei esse, omnes enim scriptores testantur, aliquod per tempus igni resistere.

Lignum hoc carbonibus impositum maxime differt odore a *Calambaco*, eandem quidem odoris speciem & qualitatem habet, sed ex aromatico in acidum vergit, & aliquando cum Benzoino convenit odore, & lignum quoque tale magis albescit vel flavescit, eoque vehementius ejus fumus oculos vellicat, unde talia frusta non multum ad suffimigia adhibentur: Sin radatur hoc lignum, multo magis tenue ac politum est, quam *Calambacum*, nec ejus rasura ita convolvitur.

Nomen. Latine *Agallochum secundarium Coinamense*, Malaice *Garo Cominjan*, quum ejus fumus *Cominjan* h. e. *Benzoin* spirat. Sinensibus dicitur *Thim* & *Timbio*. Belgis *Agel-hout*, a Portugallico *Pao de Aquila*, quod sine dubio derivatur ab Arabico *Agallugin*, seu Latino *Agallocho*, quod quidam non intelligentes ridiculo modo vocarunt *Lignum Aquilæ*, & Belgice *Arents-hout*.

Loci. Optimum lignum crescit, uti *Calambacum* in *Tsjampabaa*, sed in *Coinam* venale fertur in forum, ubi quoque crescit, sed vilius est quam Tsjampahense, ac

XII. HOOFTSTUK.

Agel-Hout.

DE *naaste graat met het voorschreve zeltzaame en duure* Calambac *behout het* Agallochum secundarium, *of het gemeene* Agelhout, *'t welk meest in onze Landen vervoert wort. De verbaalen van de Sineezen koomen meest daar in over een, dat dit met het voorgaande van eenen boom komt, in dewelke de binnenste, vetste, en outste stukken 't opregt* Calambac *zyn, maar 't gene in de takken of omtrent de knoesten zit, is* Garo *of* Agelhout, *en het alderslegtste zit buiten aan den stam: maar dewyl ik onder de houten, die men voor* Garo *verkoopt een merkelyk onderscheit in de reuk en coleur hebbe gevonden, zo hebbe ik by nader ondervraging van de Sineezen geleert, dat wel de beste* Garo *valt aan een en dezelfde boom met het* Calambac, *maar datter ook nog andere boomen zyn, van de voorige niet veel verschillende, die mede een byzonder* Garo *dragen: ook zo wert het mede voor een opregt* Garo *gebouden, 't gene van Mallacca komt, en in de Eilanden van* Johor *en op* Belitton *wast: Dog 't welk van 't* Coinamsche *wat verschilt: Wy zullen dierhalven 't opregte* Garo *afdeelen in twee zoorten, te weeten in het* Coinamsche, *en in 't Maleidsche.*

Het Eerste of eigentlyke Coinamsche, Thim *en* Thimhio *genaamt, valt mede aan een boom uit het geslagte der klein-bladige Varingen, dog de Garos-bladeren zyn wat langer, en men vint ook aan dezen boom zulke lange draden, als garen van de takken afhangen, even gelyk aan de Varingen, wassende mede in boven genoemde Landschappen* Tsjampaa *en* Coinam *of* Quinam, *dog die mag een yder Eigenaar na zyn believen kappen, als hy maar weet, dat de boomen out genoeg zyn, waar van zy mede haar kenteekens hebben, en zy hoeven dezelve geen offerbande te doen, gelyk aan de voorige, bestaande deze zoort meest in knoesten of brokken, en zo ze regt goet zyn, moetenze in 't water zinken, waar van het* Katti *by den Koning op drie Teils zilver gestelt is.*

Dit hout is veel harder, knoestiger, en zo bruin niet, als het Calambac, *maar wat na den geelen trekkende, en met korte, swarte, of bruine adertjes gespikkelt, somtyds geheel graauw, met swarte adertjes, het* Calambac *naast komende, dog altyd harder en swaarder: aan de groote stukken ziet men hier en daar aan de einden eenige swarte plekken, als ofze met pek bestreeken waren, 't welk de vettigheit van dit hout is, dog deze plekken ziet men meest aan de geele stukken, en die omtrent de knoesten gestaan hebben: deze stukken wederstaan de vlamme of glimmende koole een tyd lank, en vatten het vuur zo ligt niet, als het* Calambac, *en al gevat hebbende, houden 't zelve niet vast, om datze een harder en vaster hout hebben; niet te min, in 't branden zo gevenze ook een weinig oly van zig, waar uit blykt, dat het meeste* Agallochum, *dat men in Europa toont, van deze zoorte zy, want alle de Schryvers getuigen, dat het een tyd lang 't vuur tegenstaat.*

De reuk van dit hout zynde op koolen gelegt, verschilt merkelyk van het Calambac, *want het heeft wel dezelfde eigenschap en aart, maar trekt van den* Aromatiquen *wat na den zuuren, en somtyds een weinig na den* Benzoin, *en hoe meer wit of geel hout daar aan is, midsgaders hoe minder aderen men daar aan vint, hoe meer zy ook in de oogen byt, waarom men zodanige stukken ook niet ligt tot reukwerk gebruikt: In 't schrapen valt dit hout veel fynder en gladder, dan 't* Calambac, *en het schraapzel krult ook zo niet te zaamen.*

Naam: *In 't Latyn* Agallochum Secundarium Coinamense, *en op Malleits* Garo Cominjan, *om dat het in 't rooken naar* Cominjan, *dat is* Benjoin *riekt: Sinees* Thim, *en* Thimhio: *In 't Nederduits* Agel-hout, *van 't Portugeeze* Pao de Aquila, *'t welk klaarlyk afkomstig is van het* Arabische Agallugin, *of Latyns* Agallochum, *het welk zommige niet verstaande, belaggelyk in 't Latyn genoemt hebben* Lignum Aquilæ, *in 't Duits* Arents-hout

Plaatzen: *Het beste wast gelyk als het* Calambac *in* Tsjampáá, *maar wert in* Coinam *te markt gebragt, alwaar 't ook wast, maar slegter, dan 't* Tsjampásche, heb-

ac plerumque acidum ſpirat odorem: Ex iisdem regionibus vilius adhuc fertur lignum, ſed quod aquæ innatat, Sinenſibus dictum *Ittbion* h. e. Agallochum ſimplex, cujus Catti ſeu ciſta conſtat uno taylo. Hoc lignum potiſſimum albicat, hinc inde fuſcis ſtriatum venis, & tam leve eſt, ut pro carioſo haberetur ligno, ubi autem pingues decurrunt venæ, gratiſſime ſpirat, tam carbonibus inpoſitum, quam ore contentum, unde omnino concludo, has exteriores & viliſſimas iſtius arboris eſſe partes, quæ *Calambacum* verum præbet, hincque etiam a Malaicenſibus vocari *Calambac Poeti*, & *Garo Timbol* h. e. album & fluctuans *Aloes-lignum*; e contra iſtud *Thim* puto provenire ex peculiari & alia arbore, uti ſtatim commemoratum fuit.

Uſus. Ambæ hæ ſpecies a Sinenſibus non ita ad ſuffimigia, quam ad medicamenta uſurpantur, ad eosdem nempe morbos, ad quos diximus conducere *Calambacum*, ac præſertim ex *Thim* pulvis ſubtilis præparatur, quem tres hujus ligni ſpecies ingredi dicunt, obſervaturque etiam dulcedo aliqua, acſi Liqueritia ipſi eſſet commixta.

Pulverem hunc vocant *Thimbion Saan*, acſi Latine diceretur *Trium Agallochorum Pulvis*, quem multum adhibent in omnibus talibus morbis, in quibus cor eſt confortandum. In febribus cum aqua pura aſſumitur, gratique ſaporis eſt. *Garo timbol fluctuans* ſolum etiam in medicina uſurpatur, contra cordis nempe palpitationem, magnamque anxietatem æſtus ventriculi, cum aqua contritum & potatum, quidam etiam corpus externe fricant contra ardorem.

In regione Tsjampaa prope Metropolim *Puri* arbor dicitur creſcere non procul a maris litore, quæ veram præbet *Thim*, hancque vaſtiſſimam eſſe arborem, quæ antiquioribus temporibus ſemel fuit detruncata, ſed ejus truncus ad quatuor ulnarum altitudinem erat relictus, multosque de novo progerminaverat ramos. Hujusque truncus ad inferiorem partem tres ulnas craſſus erat.

Hujusque folia omnino ſunt ſimilia minori Microphyllo, ſed haud multo longiora articulo digiti, nullos autem dat fructus uti Microphylli ſpecies, atque ex ramis quoque dependent talia craſſa fuſca fila ſeu flagella, ut ex Microphyllo. Ejus folia diffracta vel abrupta, cortexve ſauciatus lac quoque effundunt, ut Microphyllum.

Arbor hæc ſæpe de ſe ſpargit odorem jucundum Calambaccenſem, nemo autem audet hujus fruſtum decollare, ramulumve abrumpere, quum mox abdominis dolore vexetur, naſusque ejus ſanguinem effundat, qui illud perpetrat: quod incolæ credunt tali adferri a proprio genio hujus arboris conſervatore, unde illæſa ſtat cujusvis ſpectaculo.

Iſtis *Coinamenſis Agallochi ligni* ſpeciebus annumerari quoque debet tertia ſpecies, quæ vulgatiſſimum eſt Agallochum: hujusque ligni arbor per totam *Cautſchinim* & *Tsjampaam* vulgaris eſt. Arbores ſunt ingentes, quæ parva gerunt rotunda folia, ſtuvero minora, quorum plurima ſimul juncta parvis inſident petiolis. Arbores hæ cum ramis exſtirpatæ in minora cæduntur fruſta, quæ in ſilvis ad putrefactionem relinquuntur, denique internum odoratum reperitur cor. Lignum hoc potiſſimum ex duris conſtat nodis, iſtique ſupra memorato *Thim* adeo ſimile eſt, ut pro uno eodemque haberetur ligno; ſed hoc ultimum maculas non ita habet nigras, reſinoſasque quam *Thim*, cæterum odore fere convenit, & paulo magis ſiccum eſt; hocque lignum Sinenſibus *Sock* vocatur, quo nomine generaliter Lignum-Agallochum denominatur, uti quoque a noſtratibus pro uno eodemque habetur ligno. Pickol h. e. centum Catjes ſeu ciſtæ, ſeu 125 pondo Hollandica in *Tsjampaa* conſtant viginti quinque *Taylis*: hocque *Sockum* plurimum aquæ innatat.

Altera ſpecies eſt *Agallochum Malaicenſe*, quo omne denotamus, quod in Malaicis creſcit inſulis, uti circa Malaccam, in inſulis *Johor*, *Bintang* &c. ac præſertim in inſula *Belitton*, omnibus intra *Sumatram* & *Borneo* ſitis. Lignum hoc a Coinamenſi non multum differt, ejusque fruſta inveniuntur, quæ pro vero haberentur Calambaco, fuſca ſiquidem & ex cinereo mixta ſunt, craſſasque habent venas: ſatis leve eſt, dentibusque, ſi manducetur, cedens inſtar ceræ duræ,

hebbende gemeenelyk een ſuuren of gooren reuk: uit dezelfde Landſchappen brengt men nog een ſlegter zoorte, die meeſt op 't water dryft, by de Sineezen genoemt Itthion, *dat is enkel* Agel-hout, *waar van 't Catti een teil gelt: Dit hout is meeſt wit, hier en daar doorlopen met bruine aderen, en zo ligt, dat men 't voor vermolſemt hout zoude aanzien, dog daar de vette aderen zyn, ruikt het zeer lieffelyk, zo op koolen gelegt zynde, als in de mont, diens halven ik ganſchelyk meene, dat dit de buitenſte en ſchraalſte deelen zyn van den boom, die het opregte* Calambac *geeft, en dat het daarom ook de Maleiers* Calambac Poeti, *en* Garo Timbol *noemen, dat is wit en dryvent* Aloes-hout; *daar en tegen, het voorſchreven* Thim *oordeele ik te koomen uit een byzondere boom, gelyk zo even gezegt is.*

Gebruik: *Deze beide zoorten werden by de Sineezen niet zo zeer tot reukwerk, als tot Medicyne gebruikt; te weten tot dezelfſte gebreeken, als het opregte* Calambac, *inzonderheit wert van het* Thim *een fyn wit poeder geprepareert, daarze zeggen drie zoorten van dit hout onder te koomen, en men gevoelt ook een zoetigheit, als van zoethout daar onder.*

Dit poeder noemen zy Thimhion Saan, *als of men in 't Latyn zeide* Trium Agallochorum Pulvis, *'t welk zy veel gebruiken in alle ziekten, daar men 't hert verſterken moet. In koortzen wert het met klaar water ingenomen, en het is lieflyk van ſmaak. Het* Garo-timbol fluitans *wert ook alleene tot Medicyne gebruikt, te weten tegen 't hert-kloppen, en groote benautheit van brant in de maage, met water gevreven en gedronken, zommige ſtryken 't ook van buiten op 't lyf tegens den brant.*

In 't Landtſchap Tsjampâa *by de hooft-ſtadt* Puri *wert gezegt een boom te ſtaan, niet verre van ſtrant, die het opregte* Thim *draagt, en dat het zoude zyn een zeer groote boom, die by oude tyden eens was afgekapt, dog den ſtam nog wel vier vademen hoog behouden, en vele nieuwe takken uitgeſchooten had: zynde den ſtam onder wel drie vademen in de ronte.*

De Bladeren zyn gants gelyk aan die van de kleine Varingen, dog niet veel langer dan een lit van een vinger, maar hy draagt geen vrugten, gelyk de Varingen, en van de takken hangen ook af zulke grote bruine draaden als van de gemelde Varingen. De bladeren afgebrooken, of de ſchorze gequetſt zynde geven insgelyks melk, als alle Varingen.

Dezen boom verſpreit wel van zig een aangenaamen Calambax-*reuk, maar egter derft niemant beſtaan een ſtuk daar van af te kappen, ofte een takjen daar van af te breeken, vermits hy ſtraks buik-pyn krygt, en de neuze hem bloet, die zulks beſtaat: 't welk de Inlanders geloven voort te komen van een byzondere geeſt, die dezen boom bewaart, en by blyft dierhalven alzo onbeſchadigt ſtaan tot een ſpectakel.*

Onder de voorſchreven zoorten van Coinams-Agel-hout *moet men mede reekenen het derde geſlagt, zynde het gemeinſte* Agel-hout: *en dezen boom is door gantſch* Cautſchi *en* Tsjampaa *gemein. 't Zyn hooge boomen, hebbende kleyne ronde blaatjes, nog kleinder als een ſtuiver, die veele tegen malkander aan op kleine ryskens ſtaan: deze boomen werden omgehouwen, en de takken voorts aan ſtukken gekapt, die men als dan in 't bos laat leggen verrotten, en dan zo vint men 't binnenſte welriekende hert. Dit hout beſtaat meeſt uit harde knoeſten, en is het bovenſtaande* Thim *zo gelyk, dat men 't voor een en 't zelfde aanziet; maar dit laatſte heeft zo geen ſwarte bersagtige plekken, als het* Thim, *zynde anders van reuk bykans het zelve gelyk, of doorgaans wat drooger: en dit hout hiet by de Sineezen* Sock, *waar mede zy al het gemeene* Agel-hout *benoemen, gelyk het ook by de onze met het voorgaande voor eenderlei hout gehouden wert. De Pickol, dat is* 100. *Catjes of* 125. *Hollandſche ponden in* Tsjampaa, *gelt* 25. *Teil, en dit* Sock *dryft meeſt alle boven op 't water.*

De tweede zoort is het Maleydſche Agel-hout, *en zo noemen wy al het gene in de Maleidſche Eilanden valt, als omtrent Malacca, in de Eilanden van* Johor, Bintang &c., *en inzonderheit op het Eiland* Belitton, *alle tuſſchen* Sumatra *en* Borneo *gelegen. Dit hout verſchilt van het* Coinamſche *niet veel, en men vint 'er ſtukken onder, die men voor opregt* Calambac *zoude aanzien, te weten bruin met graauwe en grove aderen: redelyk ligt, in 't knaauwen de tanden wykende, als of het hart waſch is, en de reuk*

duræ, odor itidem *Calambaco* ſimilis eſt, ſed uno jucunditatis gradu differt, multoque minor & vilior eſt. Harum arborum optimæ & plurimæ creſcunt in inſula *Belitton*, quæ ſita eſt ſeptem octove milliaria ad orientalem partem *Banckas* plagæ borealis, uti quoque in aliis inſulis circa *Jabor* ſitis.

Arbor eſt alta, a maris litore diſtans, folia gerens inſtar *Microphylli*, minora vero quam *Tsjampacca*, vel uti mihi fuere demonſtrata, forma & magnitudine inſtar *Caju-Lacca*, quæ ſimilia ſunt *Lingoo*-foliis, ſed lacte carent tam folia quam truncus.

Ejus fructus eſt rotundus inſtar *Klitſi*, & nullius uſus: Arbores hæ ſuos habent dominos, uti aliæ arbores frugiferæ, ac quisque ſuas circumcidit Occidentalibus menſibus, quum maturæ ſint, illasque ita dejectas relinquit, usque in Orientales menſes, tumque pinguiſſimæ eliguntur partes, inque tres ſeponuntur acervos.

Maxima, pinguiſſima, & maxime fuſca fruſta *Garo-Capalla* vocantur, quæ in aqua fundum petere debent, unde & *Garo Tingelam* dicuntur, hæcque ſegmenta formam ſæpe habent piſcium, avium, glirum, &c. Secunda ſpecies minora exhibet fruſta, pinguia quidem & fuſca, omniumque formarum, ſed fundum non petunt, bonæ tamen ſunt notæ. Species hæc dicitur *Garo-ramas*, vel *Garo-Tenga-Tenga*, h. e. media ſpecies. Tertia autem ſpecies viliſſima eſt *Garo-Eckor* dicta, cujus lignum albo mixtum eſt colore, & aquæ innatat: ita ut hæ tres ſpecies una ex arbore proveniant. Pro prima in *Belitton* ſolvendus eſt pro una *Catti* ad minimum unus imperialis, in Java tres quatuorve pro duabus aliis inter ſeſe mixtis, in *Belitton* pro uno picoolo ſolvuntur a ſexdecim ad viginti imperiales, in Java vero a viginti quinque ad triginta: Europæi vero differentiam ignorantes tam caro ſolvunt has pretio, quam *Garo-Capalla*, uti quoque in Belitton hæ ſpecies inter ſeſe mixtæ plurimum ſunt emendæ. Mea autem experientia edoctus ſum, Agallochum Malaccenſe multo melius eſſe *Bellitonenſi*, arbor autem ibi formam quoque habet Microphyllorum, ſed lacte caret, radicibusque dependentibus, at multis contortis truncis, miro intricatis modo, ſibique invicem inplicatis conſtat; hujuſque quædam etiam in litore inveniuntur circa oram *Tanjong-tua*, & monticulum *Bubit-Sina*, hæ autem nullum præbent lignum *Agallochum*: E contra optimum hoc lignum reperitur in media regione ſilveſtrium populorum *Bunoang*, cujus quædam fruſta *Coinamenſi* quam maxime adæquant. Circa Malaccam autem quædam viliſſima occurrit ſpecies *Garo-Maſang* dicta, h. e. ſilveſtrium felium ſeu melium *Lignum Agallochum*, Sinenſibus *Batsjaa*, quod forma convenit cum bono *Agallocho* ſeu *Calambaco*, quod & noſtræ nationi ſæpe vendunt pro bono *Calambaco*, ipſique miſcent; virtute & viribus tamen multum differt; videtur enim quidem pingue, durum, & anguloſum, ſed revera tamen eſt leve & aſſulis plenum, carbonibusque impoſitum acrem dat odorem, oculosque vellicantem: iſti tamen homines ſilveſtres gnari admodum ſunt ad detegendum *Lignum Agallochum* in vetuſtis & dejectis arboribus, digitorum condylis illud ferientes, ſonoque diſtinguere poſſunt, & ſcire, an *Agallochum* lateat, nec ne.

Nomina. Hæc Agallochi ſpecies a Malaicenſibus proprie vocatur *Garo-Ramas*, exceptis tribus gracilioribus ſpeciebus, quas *Garo-Eckor* dicunt: Sinenſes vero optima & maxime pinguia fruſta nominant quoque *Thimhio*, reliqua vero omnia *Sock* & *Söo*.

Uſus. Tota hæc ſpecies plurimum ad odoramentum *Dupæ* miſcetur, cujus ligna hæc ſunt baſes; viliores vero ſpecies per totam potiſſimum Indiam transmittuntur, & adhibentur ad conbuſtionem demortuorum corporum: Sinenſes peritiſſimi non omnibus *Agallochi* ſeu *Garo* ſpeciebus nomen tribuent *Thimhio*, ſed pro vero *Thimhio* habent lignum ſolidum, atrum vel fuſcum, & durum, quibusdam in locis ſeu plagis omnino nigrum, quodque igni expoſitum multum exſudat olei, ſed non facile ardet. Odorem quodammodo habet *Garo-Cominjan*, ſed non ita jucundum, ac vulgare, rariſſime invenitur in *Cambadja* & *Tsjampaa*; Sinenſes illud argento mutant, non ita quidem ob gratum odorem, qui non excellit, ſed ob vires ejus medicatas; Pro medicamento enim præparant cum aqua

reuk komt ook 't Calambac *naaſt, dog verſchilt wel een graat in lieflykheit. Van deze boomen waſſen de beſte en meeſte op 't Eiland* Belitton, *gelegen* 7. *a* 8. *mylen beooſten* Banckas *noort-hoek, als mede op andere Eilanden voor en omtrent* Jahor.

Het is een hooge boom, van Strandt afſtaande, hebbende bladeren als de Varinga, (Microphyllos), *en kleinder dan de* Tsjampacca, *of zo my getoont wierde, van gedaante en grootte als die van* Caju-lacca, *dewelke zyn als* Lingoo-*bladeren, dog zy zyn zonder melk, zo wel in de bladeren, als in den ſtam.*

De vrugt is ront als de Klitſi, *en zonder gebruik: De boomen koomen de Inlanders toe, als andere vrugt-boomen, en een yder kapt de zyne in de weſte moeſſon, als hy ryp genoeg is, en laat hem zo leggen tot in de ooſte moeſſon, als dan zoekt men de vetſte ſtukken uit, en ſorteertze in drie hoopen.*

De grootſte, vetſte, en bruinſte ſtukken noemt men Garo-Capalla, *die in 't water moeten zinken, en waarom menze ook* Garo-Tingelam *noemt: hebbende deze ſtukken zomtyds de gedaante van Caimans, Vogels, Rotten &c., de tweede zoorte zyn kleinder ſtukken, ook bruin en vet, mede van alderhande fatzoen, maar zinken niet, dog zyn evenwel ook goet. Deze zoorte wert genaamt* Garo-Ramas, *of* Garo-Tenga-Tenga, *dat is middel zoorte. De derde zoorte is de alderſlegſte, genaamt* Garo-eckor, *met wit hout gemengt, en op 't water dryvende: Zo dat deze voornoemde drie van een boom komen. Voor de eerſte zoorte moet men op* Belitton *betalen voor een* Catti, *ten minſten een Ryksdaalder, op Java* 3. *en* 4., *voor de twee andere, door malkander gemengt, geeft men op* Belitton *voor een Picool* 16. *a.* 20. *Ryksdaalders, op Java* 25. *a* 30., *dog de Europianen, het onderſcheit niet wetende, moeten het zo dier als* Garo-Capalla *betalen, gelyk men ook op* Belitton *deze zoorten onder malkander gemeenelyk koopen moet. Na myn onderzoek bevinde ik, dat het* Malaxe Agel-hout *veel beter is dan dat van* Belitton, *zynde den boom aldaar mede van gedaante, als de Varingen, dog zonder melk, en afhangende wortelen, maar met veele gedraaide ſtammen, wonderlyk verwerd en door malkander gevlogten, ſtaande daar van wel eenige aan het ſtrant, omtrent den hoek van* Tanjong-tua, *en het bergsken* Bukit-Sina, *dog die dragen geen* Agel-hout: *Daar en tegen valt het beſte Landwaart in, by de boſch-volkeren* Bunoang, *waar van zommige ſtukken het* Coinamſche *wel zouden durven tergen: dog valt omtrent Malacca mede een zeer ſlegte zoorte,* Garo-maſang *genaamt, dat is wilde katten* Agel-hout, *en by de Sineezen* Batsjaa, *zynde van gedaante het goede* Calambac *wel gelyk, en daarom aan onze natie voor goet* Calambac *daar ondergeſtooken en verkogt: dog in deugt veel van het zelve verſchillende, want het ſchynt wel vet, hart, en hoekig, maar is egter inder daat ligt, en ſplinterig, midsgaders, op koolen gelegt wezende, ſcherp ruikende of bytende: de voornoemde wilde Boſchmenſchen zyn zeer ervaren om in de oude en omgevallene boomen het* Agel-hout *te ontdekken, met de kneukels van den vinger daar op kloppende, als wanneerze aan de klank kunnen horen en weten, of 'er* Agel-hout *in zy, of niet.*

Namen: *Deze zoorte van* Agallochum *wert by de Maleiers eigentlyk genaamt* Garo-ramas, *behalven de derde ligte en magere zoort, dieze* Garo-eckor *noemen: En de Sineezen noemen de vetſte en beſte ſtukken ook* Thimhio, *maar de andere allegaar* Sock, *en* Sóó.

Gebruik: *Deze geheele zoorte wert meeſt tot reukwerk onder de* Dupa *gemengt, waar in deze houten de principaalſte* Ingredientia *zyn: en de ſlegte zoorten werden meeſt door ganſch Indiën vervoert, om gebruikt te worden tot het verbranden van de doode ligbaamen: De ervarenſte Sineezen zullen niet allerhande zoort van* Agel-hout *of* Garo *de naam van* Thimhio *geven, maar houden alleene voor het eigentlyke* Thim *een maſſyf, ſwart, bruin, en hart hout, aan zommige plekken of plaatzen geheel ſwart, en 't welk aan 't vuur gehouden zynde, veel olye uitgeeft, dog niet ligt brant: Het ruikt eenigzints als* Garo-cominjan, *dog niet zo lieflyk als het gemeene, het valt zeer weinig in* Cambodja *en* Tsjampaa; *de Sineezen wegen 't tegen zilver op, niet zo zeer om zynen goeden reuk, die geenzints uitmunt, maar om zyne Medicinale*

qua, vel Aracka contritum contra tantam ventriculi anxietatem, acsi quis suffocaretur.

Malaccenses suum adhibent *Agallochum* ad omnes morbos frigidos, flatus, tormina, artuum dolores vel aliarum partium, illudque cum Arack, seu spiritu vini conterunt, & propinant, atque cum pauxillo Nucis Myristicæ mixtum externe illud illiniunt.

Quidam Sinenses optimum *Garo*, quod *Calambaco* proximum est, vocant *Susebion*, lævissimumque *Garo* seu supra commemoratum *Itthion*, *Pasoc*. *Soc* illis audit durum, quum semper durius sit *Kilam*. Ultima hæc species adhibetur ad parvas inde formandas candelulas, quas Idolis suis adponunt, & *Hio Soa* vocant. Illud in tenuem radunt pulverem, huicque miscent pulverem *Santali* albi, aliaque odoramenta vilioris pretii, cum mucagine ex cortice arboris *Salampoë* stillante, ex quibus massam formant, ex qua parvas tenuesque componunt candelas stramineum culmum crassas, quarum superiora accendunt, laribusque adponunt, quibus per dies noctesque fumum & odorem spargunt.

Sic quoque legitur in libro Legationis Sinensis a *Joanne Niehovio* conscripto, Lignum Aventshout in quibusdam Zephyreis Sinæ locis, ac præsertim in *Quantung* crescere, quum vero *pag.* 33 dicat, purpurei esse coloris ab Hispanis *Lacca* vocatum, ac per totam Sinam usurpari ad Sericum tingendum, hinc dubito, an verum *Aquilæ lignum* ipsi fuerit notum, & an non potius intellexerit *Caju Lacca* proprie dictum, quod libro septimo describemus.

Cura atque auxilio reverendi Domini *Theodori Zas*, divini verbi Ministri in Batavia, anno 1690 ex Malacca accepi quædam ligni frusta cum foliis & radicibus; quod ex eorum relatu, qui hoc miserunt, verum esset Agallochum Malaccense, juxta quod adpositam delineari curavi figuram, quod sequenti sese offerebat modo:

Ramuli in tenues, rectos, & subtilissimos minores ramulos erant divisi, ex quibus folia solitaria ac vaga progerminabant, plurima autem deciderant: Folia autem proxime conveniebant cum illis *Varingæ Microphyllæ*, vulgaris nempe formæ cum oblongo apice, brevibusque petiolis, plurima tres, quædam quatuor longa pollices, unum cum dimidio, & quædam duos lata pollices, glabra, & tenuia.

Ad latera multæ decurrunt costæ transversales, quæ superius incurvantur, & prope oras sinus est, in quem omnes terminantur. Siccata folia parum modo tractata secundum has costulas finduntur, ac lacerantur instar foliorum Musæ, ita ut vix integrum occurreret folium, hisce junctum erat frustum rami recti, duos digitos crassi, lignoque erat fungoso & levi, uti & Lignum Aquilæ, hoc quoque si siccum fuerit, substantiam internam habet albicantem atque porosam, obductum autem illud fuit cortice tenui, glabro, & cinereo, cortices simul trunci erecti juncti erant, sed tenaces, ita ut transversaliter vix confringi possent, in tenuia autem parvaque fila duci poterant, qua in re etiam cum dicta Varinga conveniunt, quæ cinerea erant nigrisque maculis variegata. Radices arboris erant tenues & longæ, in plures tenuissimas divisæ fibrillas: De Ligno annotabant, quod esset levissimum & fragile, nec transplantari poterat, non additum fuit, an trunci cortex lactesceret instar Varingæ, neque an fructus gereret, vel quanam in parte & loco Agallochi frusta invenirentur; Sapor corticis trunci erat fatuus, in radicibus autem amaricans: ac porro singula carbonibus inposita nullum præbebant odorem saporemve aromaticum.

Anno dein 1693 cura Domini *Nicolai Schagen* gubernatoris nostri summi ramos denuo Agallochi Malaccensis conquisivi, ut & ramulos cum foliis, quæ cum præcedentibus conveniebant, excepto quod paulo latiora & crassiora essent, & quantum recordari possum, optime convenirent cum illis, quæ ante aliquot annos ex Bantama acceperam, quæ erant collecta ex duabus ingentibus Varingæ arboribus, quæ tum temporis locatæ erant ante palatium Regium, de quibus Sinenses testabantur mihique confirmabant, Calambacum in hisce latere, quod jucundus denotabat odor, qui aliquando circa illas observabatur, Rex autem nolebat illas exstirpari, quamvis Sinenses ipsi sæpius pecuniam obtulerant.

Ulti-

nale kragten: want zy gebruiken 't tot Medicyne, met Water of Arack gevreven, tegens zodanigen benautheit in de krop der maage, als of ymant verstikken wilde.

Die van Malacca gebruiken haar Agel-hout *tegens allerbande koude gebreeken, winden, en pyne in de leden, of waar 't mag wezen, 't zelve met Arack of Brandewyn vryvende, of innemende, ook, met een weinig Notemuscaten gevreeven, van buiten opsmerende.*

Zommige Sineezen noemen het beste Garo, *dat naast de* Calambac *komt* Susehion, *en het ligte* Garo *boven genaamt* Itthion, Pasoc. Soc *is by hun lieden gezegt hard, om dat het altyd harder is dan* Kilam. *Deze laatste zoorte werd gebruikt om de kleine kaarsjes daar van te maken, dieze voor haar Afgoden zetten, en* Hio-soa *noemen. Zy schrapen het tot een fyn poeyer, daar onder doende poeyer van witte zandel, en eenige andere reukwerken van kleine prys met lymagtigheit uit de schorsse des booms* Salampoeë *druipende, waar van zy een massa maken, daar uitze kleine en dunne swarte kaarsjes formeeren in de dikte van een stroo-halm, die zy aan 't bovenste eind aansteken, en voor haare Huisgoden zetten, daarze dag en nagt rooken.*

Zo vint men ook in het boek van de Sineeze gezantschap door Joan Niehov *beschreven, dat het zo genoemde Avents-hout in zommige zuider Provincien van Sina, inzonderheit van* Quantung *wasse, dog dewyl hy pag. 33. zegt, dat het purper-verwig moet zyn, van de Spanjaarden* Lacca *genaamt, en door gantsch Sina tot de zyde te verwen gebruikt werde, zo twyffele ik, of hy het opregte Arents-hout gekent, en niet veel meer daar door verstaan hebbe het eigentlyke* Caju Lacca, *'t welk wy in 't zevende boek beschryven zullen.*

Door voorschryven en hulpe van den Eerwaardigen Heer Theodorus Zas, *Dienaar des Goddelyken woorts tot Batavia heb ik A. 1690. van Malacca bekomen eenige stukjes met hout, bladeren, en wortelen, naar haar lieden schryven van 't Malacze Agel-hout. Waar na ik de nevenstaande figuur heb laten maken, en waren aldus:*

De takjes waaren in regte, dunne, en zeer fyne ryskens verdeelt, daar aan de bladeren enkelt, en wat ydel gestaan hadden, dog waren allegaar afgevallen. De bladeren quamen naast over een met die van Varinga Microphyllos, *te weten van een gemeene fatzoen met een langagtige spits en korte voetjes, de meeste 3. zommige 4. duimen lank, van 1½. en 2. duimen breet, glat en dun.*

Ter zyden lopen veele dwers-ribbetjes, die zig na voren krommen, en digt langs de kant loopt een zoompje, daar in zy eindigen. De gedroogde bladeren slegts een weinig gehandelt scheuren langs deze ribbetjes gelyk Pissang-bladeren, zo datter qualyk een geheel bladt te vinden was, hier by was gevoegt een stuk van een regten tak, twee vinger dik van een ligt en voos hout, gelyk als hier het drooge Aarent-hout van binnen wit en poreus is, bekleet met een grauwe, effene, en dunne schorsse, daar by waren de schorssen van een regten stam, niet dik, maar zeer taay, en qualyk over dwers te breeken, latende zig in taaye hairtjes trekken, waar inze ook met de voornoemde Varinga overeenkomen, graauwagtig met swarte spikkels. De wortelen waren dun en lank, verdeelt in veele dunne vazelingen: Van 't hout wierd geschreven, dat het zeer ligt en bros was, geenzints om te verplanten, daar was niet bygevoegt, of de schorsse des stams melkagtig was, gelyk aan de Varinga, nog of hy vrugten droeg, en waar men de regte stukjes van 't Agel-hout vint: De smaak in de schorsse des stams was laf, maar in de worteltjes bitter: Voorts allegaar nog op de koolen, nog in de mont met eenigen speceryagtigen reuk of smaak.

Daar na A. 1693. door voorschrift van den Edelen Heer Nicolaas Schaghen *onzen tegenwoordigen Heer Gouverneur, heb ik nogmaals de takken van het Malacze Agel-hout bekomen, te weten, alleenlyk de takskens met bladeren, dewelke met de voorgaande meest overeenquamen, behalven datze wat breeder en dikker waren, en na myn onthout best overeenquamen met de geene, welke ik eenige jaaren te voren van Bantam bekomen hebbe, zynde genomen van twee groote Varinga-boomen, dewelke doenmaals stonden voor 's Konings Paleis, en waar van my de Sineezen verzekerden, datter Calambac in schuilde, uitwyzende den goeden reuk, denwelken men zomtyds daar omtrent bespeurde, dog den Koning wilde haar niet laten omkappen, hoewel hem de Sineezen gelt daar voor geboden hadden.*

By

Ultimis istis ramis ex Malacca delatis fructus quidam erant juncti, sed ramulis non adhærentes, hique magnitudinem habebant parvi Pruni, inferius rotundi, superius acuminati, pyriformes, omnesque in bina segmenta separata prolapsa divisi erant. Exterius putamen habebant lignosum, crassum, saporis valde amaricantis, leve, & fungosum, in quoque segmento interne apparebant binæ oblongæ cavitates, seu cellulæ, in quibus officula locabantur minora Baccis Lauri, atque in quibusdam bina, in aliis quatuor inveniebantur, externe mollia, lanuginosa, parum ab utraque parte acuminata, sub lanugine hac nigra erant, sed interior illorum pars potissimum erat exsiccata; unde edoctus fui, ab omnibus Varingæ fructibus maxime differre.

In Rumphii *Auctuario hæc subjunguntur.*

Dapperus in *Madagascaræ descriptione pag.* 29. arborem describit *Tetech*, ejusque lignum pro *Aloës ligno*, vel saltem ejus specie nobis obtrudit, ejus vero descriptio est valde obscura, ac proinde incerta, præsertim quum verum *Aloës lignum* ex Orientali tantum India adducatur.

By de laatst genoemde takken van Malacca waren eenige vrugten gevoegt, dog niet aan de takjes vast, dezelve waren in de grootte van een kleene pruim, van voren ront, en agter wat toegespitst, Peereformig, en allegaar in twee deelen van malkander gevallen. Van buiten hadden ze een dikke houtagtige schaal, zeer bitter van smaak, ligt en voos, binnen zag men in yder deel twee langwerpige bolligheden, en daar in de Zaat-korrels, kleender dan Bakelaar, in zommige twee, in zommige vier, van buiten wat zagt als wol, agter en voren met een spitze, onder de wolagtigheit waren ze swart, dog van binnen meest uitgedroogt. Waar uit ik bemerkte, datze van alle Varingas-vruchten veel verschillen.

In het *Auctuarium* van *Rumphius* wert dit 'er bygevoegt.

Dapper *in de* Beschryving *van* Madagascar pag. 29. *beschryft den boom* Tetech, *en wil ons deszelfs hout voor* Aloës-hout, *of immers een medezoort daar van verkopen, doch de beschryving is duister, en by gevolg onzeker; dewyl men het regte* Aloës-hout *alleen uit de Oost-Indische Landen brengt.*

EXPLICATIO

Tabulæ Decimæ,

Exhibentis ramum Agallochi *secundarii Malaccensis*: quod *Garo Malacca* incolis vocatur.

A. Ejus *folium* sistit.
B. *Fructum integrum.*
C. & D. *Fructum in binas & quatuor celulas* distinctum.
E. & F. *Dimidiam fructus partem apertam*, dimidiam vero *occlusam & integram.*
G. & H. H. *Involucra seminalia.*
I. *Semina ipsa.*

UITLEGGINGE

Van de tiende Plaat,

Verbeeldende een Tak van het *tweede* of *Malacce Agel-hout*, *Garo Malacca* by de Inwoonders genaamt.

A. Vertoont des zelfs *bladt.*
B. De *geheele vrucht.*
C. en D. de *Vrucht* in *twee* en *vier kamertjes* verdeelt.
E. en F. de *halve vrucht geopent*, de andere helft *gesloten*, en in zyn *geheel.*
G. en H. H. het bekleedzel der *Zaad-korrels.*
I. Het *binnenste zaad.*

CAPUT DECIMUM TERTIUM.

Agallochum Veteribus notum fuisse; & quo modo in India adulteretur.

Agallochum ab antiquis jam temporibus fuisse notum & usitatum supra innuimus, diximusque *Ahalim* in sanctis Bibliis memoratum, nihil aliud potuisse esse quam hodiernum *Agallochum*, quod potissimum concluditur ex Psalmorum quadragesimo quinto, & Proverbiorum septimo, ubi distincte dicitur, *Ahalim* ad suffitum pretiosarum vestium ac cubilium fuisse usurpatum: Aliquis autem objicere posset, & interrogare, qua ratione *Salomon Ahalothi-arbores*, quæ descriptæ inveniuntur *Cantic.* 4. *vers* 14. in suo prædio potuerit conquisivisse & coluisse? Ad quod respondeo, non necessario requiri, omnes illas aromaticas arbores, cum quibus sponsa in illo loco comparatur, revera in Salomonis horto locatas fuisse, quamvis & illud facile concedi posset: Quid enim obstitisset, potentem illum, perque totum mundum celebrem Regem, cui rarissima ac pretiosissima quævis ex media Æthiopum terra suppetebantur & adducebantur, non potuisse classibus suis ex *Ophyre*, ubi *Ganges* fluit, arcescere sibi plantulas quasdam *Abalims*-arborum, æque ac *Calamum* & *Cinnamomum* ex Zeylana, ut & *Myrrham* ac *Thus* ex *Arabia felice*, quæ omnia in eodem horto celebrantur & commemorantur. Apud posteriores scriptores tam Græcos, quam Latinos, ab illo tempore nulla hujus ligni fit mentio usque ad *Dioscoridis* tempus, qui sub Augusto Cæsare vixit: sine dubio, quod adeo rarum atque carum esset, plebi vel privato non fuit notum vel usitatum ad usum medicum. Ex *Dioscord.* autem *libr.* 1. *cap.* 21. quædam suboriuntur difficultates, an ipsi verum *Agallochum* jam fuerit notum, primum, quum *Agallochum* suum dicit esse *maculosum*, vel potius punctatum, seu maculatum, quod subsequentes & recentiores scriptores non commemorant, unde & *Matthiolus* in suis Com-

XIII. HOOFDSTUK.

Dat het Agallochum de Ouden zy bekent geweest, en hoe het in Indiën vervalst wort.

Dat het Agallochum *al van oude tyden is bekent, en in gebruik geweest, hebben wy hier boven aangeroert, en gezegt, dat het* Ahalim, *in de Bybel vermelt, anders niet kan geweest zyn, dan het hedensdaagsche* Agallochum, *het welke voornamentlyk volgt uit den* 45. *Psalm, en Proverb.* 7. *alwaar wel duidelyk gezegt werd, dat het* Ahalim *tot het berooken van kostelyke klederen, en betsteeden zy gebruikt geweest: Doch men mogt hier tegens inwerpen en vragen, hoe* Salomon *de* Ahaloths-boomen, *die beschreeven staan* Cantic. 4. *vers* 14. *in zyn lusthof konde gehadt hebben? waar op ik antwoorde, niet nootzakelyk te volgen, dat alle die specery-boomen, met welke de Bruid op die plaatze vergeleeken werd, inder daat in* Salomons *hof moeten gestaan hebben, hoewel men zulks egter mede ligtelyk kan toestaan: want wat zou 'er aan gescbort hebben, dat dien magtigen en door de werelt zoo beroemden Koning, die men de allerraarste kostelykheden uit het binnenste van Mooren-lant toevoerde, ook met zyne vlooten uit* Ophyr, *daar de* Ganges *afstroomt, niet mede zoude hebben doen overbrengen eenige plantjes van* Ahalims-*boomen, zo wel, als* Calmus, *en* Caneel *uit Ceilon,* Myrrhen *en* Wierook *uit* Arabia felix, *die al mede in den zelfden hof werden geroemt en uitgedrukt. By de navolgende Schryvers zo onder de Grieken, als Romeinen, vind men van die tyd af geen gewag van dit hout gemaakt, tot* Dioscorid. *tyd toe, die geleeft heeft onder den Keizer* Augustus: *buiten twyffel om dat het, wegens zyne raarheit en duurte, weinig onder de gemeine man in de Medicyne is bekent geweest, maar uit gemelde* Dioscord. lib. 1. cap. 21. *ryzen dan wederom eenige twyffelingen, of hem het regte* Agallochum *al zy bekent geweest, ten eersten, om dat hy zyn* Agallochum *zegt te zyn* Maculosum, *of veel meer* Punctatum, *dat is geplekt of gespikkelt, het geen de*

A
B
C
D
E
F
G
H
I
H

Commentariis istud verbum in aliud voluit mutare, meo autem judicio subsistere potest; puto enim *Dioscoridem* verum neutiquam Agallochum, Calambacum dictum, sed solummodo vulgare Garo, seu Agallochum spurium vidisse, quod revera brevia potius habet punctula, quam venas vel lineas, quæ in una ligni parte frequentiores & magis compactæ sunt, quam in alia, ubi maculas quasdam repræsentant & exhibent. Ipsum porro *Agallocho* pelliculam & non corticem adscribere, quoque verum est; vetustos enim & tuberculosos nodos Agallochi, ex cœno & fluminibus productos, terrestri quasi pelle obductos esse, apud omnes constat, quæque sæpe relinquitur, ut, si vendantur frusta, gravius exhibeant pondus, hæc autem sæpe ita abraditur, & depuratur, ut instar recentis ligni appareat, uti illi faciunt, qui illud sibi servare student: Hocque depuratum Agallochum sine dubio *Nicolaus Mirepsicus* intellexit, quum in compositionibus suis *Agallochum crudum* præscribat. *Dioscoridem* porro Agallochum suum ex Arabia producere, ita intelligendum est, quod ex India in Metropoles Arabiæ, ad mare rubrum sitas, translatum fuerit. Quid denique *Dioscorides* per Agallochi radices intelligat, divinare nequeo, quum hodie frusta arboris & radicis distingui non facile possint, nec intelligo ejus sententiam, quum dicat Agallochum loco Thuris usurpari, nisi voluerit, Agallochum eodem adhiberi modo, quo Thus, ad suffimigium nempe. Cæteroquin comperio, Sinenses in hunc usque diem ligna ista eosdem ad morbos in usum vocare, ad quos Dioscorides scribit, Agallochum suum suo tempore fuisse usitatum.

In *Plinii libr.* 12. *cap.* 20 certum occurrit lignum, *Tarum* ipsi dictum, quod omnino puto esse hodiernum *Garo*, ac forte olim scriptum fuit *Jarum*, quod dicit adductum fuisse a *Nabatæis Trogloditis*, per quos sine dubio intelligit *Cingbalenses*, dicit enim ibi crescere, ubi *Cassia Cinnamomum* provenit, ita ut per hoc intelligenda sit vilior species *Garo* seu *Agallochum*, quod *Serapio Alcumericum*, & Portugalli hodie *Aquila Brava* nominant. Difficile porro est dictu, quasnam *Serapio libr. simpl. cap.* 197. quatuor Agallochi species intellexerit, ac describere voluerit, quas nominat: 1°. Indum, quod est optimum & gravissimum, in insula crescens *Fiuma* seu *Fimua*. 2°. *Mondunum*, ita dictum a *Mondelo* Indiæ urbe. 3°. *Seisicum*. 4°. *Alcumericum*, quod vilissimum est, quamvis dicat, *Seisi* non amplius quam trium dierum spatio ab *Alcumeri* distare. Nisi quis cum *Garzia ab Horto libr. primo Arom. cap.* 16. per *Seisi* intelligat *Zeylanam*, & per *Alcumeri* Caput *Comorin*, ubi dicit *Agallochum silvestre* seu *Aquila brava* crescere. Per *Mondelum* autem intelligo *oram Cormandelensem*. Verum est, *Clusium* correxisse tria hæc nomina in *Mondelinum*, *Seneficum* & *Alcumericum*, in ultimis suis adnotationibus, opinioni confidentem *Geographi Nubiensis*, qui scribit *Part.* 9. *climat. prim.* & dicit insulam *Tenumam* quinque dierum spatio distare ab insula *Cumar* seu *Camar*; ab hac autem insula lignum dictum est *Eleumeri* quod ibi celebre est & etiam optimum, excepto, quod Lignum *Essenesi* sit melius. In hac quoque insula *Sandalum* crescit. Prope hanc insulam *Cumar* ad litoris partem sita est insula *Senef* trium dierum spatio, inque hac insula invenitur Lignum *Seneficum*. Quænam hæ sint regiones, si non de tribus istis intelligatur, incertum est definire.

Quod porro *Serapio* dicto loco scribat, optimum Agallochum debere esse durum, grave, aquæve fundum petens, & flammæ diu resistens, indicium est, ipsi verum *Calambacum* non fuisse notum, sed solummodo vulgare *Garo* seu *Agallochum*; Calambacum enim est quidem durum, ac quodammodo fundum petit, sed adeo molle est, ut pinguissimum, uti fuit dictum, digiti ungui, & manducantibus dentibus cedat, flammamque facillime concipiat per oleosam & pinguem materiam; *Garo* autem semper durius est, solidius, & flammis duplo vel triplo diutius & fortius resistit quam *Calambacum*: Quum

de volgende Schryvers niet getuigen, en waarom ook Matthiolus *in zyne* Commentarien *'t zelve woort in een ander wil verandert hebben; Dan mynes oordeels mag het zelve blyven: want ik houde het daar voor, dat* Dioscor. *geenzints het regte* Calambac, *maar alleen 't gemeine* Garo *of* Agel-hout *gezien heeft, 't welke inderdaat veel meer korte spitsjes, dan aderen ofte linien heeft, dewelke op de eene plaats van 't hout veel digter by malkander staande, dan op andere, daar door eenige vlekken schynen te vertoonen. Dat hy verders zyn* Agallochum *een huit, en geene schorsse toeschryft, is ook waar, want de oudbollige of holbollige knoesten van 't* Agel-hout, *zoo als ze uit de slyk en Revieren komen, met een aardagtige ruigte als een huit bedekt zyn: en die men ook zomtyds daar aan laat, om in 't verkopen te swaarder te wegen, en ook zomtyds wel afschraapt, en zo schoon maakt, als of het een vers hout was, gelyk die gene doen, die 't voor haar zelve bewaren willen: en dit schoon gemaakt* Agelhout *moet buiten twyffel* Nicolaus Mirepsicus *gameent of verstaan hebben, als hy tot zyne* Compositiones *het* Agallochum Crudum *wil genomen hebben. Dat wyders* Dioscor. *zyn* Agallochum *uit* Arabien *voortbrengt, moet men zo verstaan, dat het uit Indiën in de groote steden van* Arabien, *aan 't roode meir gelegen, gebragt zy: En wat voorder* Dioscorides *door de wortel van* Agallochum *verstaan of zeggen wil, dat en kan ik niet wel raden, alzo men hedensdaags de stukken van den boom en de wortelen niet onderscheiden kan, ook versta ik zyn zeggen niet, dat men* Agallochum *in plaats van Wierook gebruikt, 't en waar zyne meining geweest was, dat* Agallochum *op de zelfde manier als Wierook, te weten tot reukwerk gebruikt wierd. Anderzints bevinde ik, dat de Sinezen nog te dezer tyd die houten tot dezelfde gebreken meest gebruiken, daar* Dioscor. *van schryft, dat zyn* Agallochum *nut en dienstig toe was.*

Nu vind men by Plinius, *in 't* 12 *boek, cap.* 20. *een zeker hout, 't welk hy* Tarum *noemt, dat ik volkomentlyk houde voor het hedensdaagse* Garo, *en is misschien eertyds geschreven geweest* Jarum, *'t welk hy zegt door de* Nabatæos troglodìtas *aangebragt te zyn, en waar door hy buiten twyffel verstaat de* Singaleesen, *want hy zegt, dat het wast, daar de* Cassia Cinnamomum *valt, zo dat daar door moet verstaan worden de slegte zoorte van* Garo *of* Agel-hout, *'t welk* Serapio Alcamericum, *en de Portugeezen hedensdaags* Aguila Brava *noemen: wyders is het donker te raden, wat* Serapio, Lib. Simplic. Cap. 197. *voor vier geslagten van* Agallochum *wil beschryven, dezelve noemende:* 1. Indum, *het swaarste en beste, wassende in 't Eiland* Fiuma *of* Fimua: 2. Mondunum, *zo genaamt van* Mondel, *een stad in Indiën.* 3. Seificum: 4. Alcumericum: *zynde het slegte, hoewel hy zegt, dat* Seifi *niet meer als drie dagreizens van* Alcumeri *afgelegen was: ofte men moest met* Garzias ab Horto Lib. 1. Arom. Cap. 16. *door* Seifi *verstaan* Ceilon, *en door* Alcumeri *de Caap* Comorin, *alwaar hy zegt* Agallochum Silvestre, *of* Aquila Brava *te wassen: en door* Mondel *versta ik de kust van* Coromandel. *Het is waar, dat* Clusius, *in zyn laatste* Annotatien, *de drie naamen heeft laten veranderen in* Mondelinum, Seneficum, *en* Alcumericum, *steunende op 't gene den* Geographus Nubiensis *schryft,* Part. 9. Cliemat: prim:, *daar hy zegt, van 't Eiland* Cumar, *of* Camar, *van dit Eiland is het hout* Elcumeri *toegenaamt, 't welk aldaar vermaart is, en 't is zeer goet, behalven dat het hout* Essenesi *beter is. Maar op dit Eiland valt ook* Sandalum. *By dit Eiland* Cumar *aan de zyde des strants leit het Eiland* Senef, *op de distantie van drie dagreizen, en in 't zelve Eiland vind men 't hout* Senefi. *Maar wat dat alweer voor Landschappen zyn, indien men 't niet van de drie voornoemde verstaat, is wederom niet ligt te raden.*

Voorts het gene dat Serapio *op gemelde plaats schryft, als dat het beste* Agallochum *hart moet zyn, swaar, en in 't water zinken, ende ook de vlammen hart tegenstaan, bewyst al wederom, dat hun lieden het regte* Calambac *niet zy bekent geweest, maar enkelyk het gemeene* Garo, *ofte* Agelhout, *want het* Calambac *is wel swaar, en zinkt eenigzints in 't water, maar het is zo week, dat men in 't vetste, als gezegt, met een nagel douwen kan, en in 't knauwen wykt het de tanden, ontfangt ook zeer ligt de vlamme, wegens zyne vettigheit, maar* Garo *is altyd harder, digter, en wederstaat de vlamme wel twee a driemaal harder of langer dan het* Calambac.

Aan-

Quum itaque *Calambacum* cariſſimum ſit & rariſſimum, hinc ſolebant Sinenſes, quæ natio eſt aurum ſitiens, plures exercere artes, ut verum fingant *Calambacum*, ad quod imitandum ſubſequens adulteratio toleranda eſt. Optima *Garo Ramas* fruſta ita norunt præparare, ut verum referat *Calambacum*: Radunt nempe fruſta illius per totam ſuperficiem, atque hæc fumo exponunt ex paxillo raſuræ veri *Calambaci*, quod in olla efficiunt, ne quid fumi pereat, illamque in hunc finem obturant, hocque bis terve inſtituunt, perque totum menſem in illa occluſa ſervant fruſta, unde Agallochi partes molleſcunt parum, odoremque jucundum ſpirant inſtar *Calambaci Tsjampaënſis*; quod alias paulo magis cinereum eſt, & levius quam præparatum iſtud *Garo*. Fictus vero hic odor intra duorum triumve menſium ſpatium iterum diſparet & abit, intra quod tempus ſubdolus Sinenſis iſte navigium ſuum ſolvit, aliasque petit terras: Hacque fictitia arte non tantum primores harum regionum fallunt, ſed etiam prudentiores Japanenſes.

Aangezien dan het Calambac *zeer dier, en ook weinig te vinden is, zo plegen de Sineezen, als zynde een geltgierige Natie, veelderlei konſtjes in 't werk te ſtellen, om opregte* Calambac *na te bootſen, onder welke het navolgende wel het verdraaglykſte is: De beſte ſtukken van* Garo Ramas *weten zy zodanig te prepareren, dat het opregt* Calambac *gelykt: namentlyk zy ſchrapen de ſtukken over 't geheele lyf, en beroken die met een weinig ſchraapzel van opregt* Calambac, *te weten in een pot, op dat niets van den rook verlooren en ga, dezelve digt toeſtoppende, en dit doenze een reis of twee, en laten 't alzo een geheele maand in de zelve geſlooten pot ſtaan, waar door de ſtukken Agel-hout een weinig week en welriekende worden als* Calambac *uit* Tsjampaa: *'t welk anderzints wat graauwer en ligter is, dan 't gemelde* Garo. *Maar deze gemaakte reuk verdwynt wederom binnen 2 a 3 maanden, in welke tyd den Sinees giſt, dat hy zig met zyn Vaartuig weder van daar kan pakken: en met deze konſt bedriegenze niet alleenig de Grooten van deze Landen, maar ook zelfe de gaauwe Japanders.*

CAPUT DECIMUM QUARTUM.

Agallochum ſpurium, Garo Tsjampacca.

QUum in præcedentibus duobus capitibus binæ primariæ veri *Agallochi* ſpecies ſint deſcriptæ, reſtat, ut enumeremus alia inſuper ligna, quæ æque in India ac Europa pro illo vendantur. Quum autem tota Orientis ſeu Indiæ natio odoramenta continuo cupiat, nec verum *Agallochum* ſufficienti copia conquiri poſſit, alia in ejus locum ſuccedere & ſufici debent, prout quævis Regio ligna hæc producat, quæ cum Agallocho aliquam ſortiantur ſimilitudinem. Propoſitum autem mihi non eſt nec mens omnia illa enumerare ligna, ſed tria tantum illorum allegare, ea conditione, ut primum lignum *Agallochum ſilveſtre Garziæ libr. 1. cap. 16.* & Portugallis *Aquilabrava* dictum, ſciens prætercam, aliiſque illud ulterius deſcribendum relinquam, quum mihi hactenus ſit ignotum. Secundam ſpeciem, quam *Agallochum ſpurium* voco, hoc in capite pro virium ratione deſcribam, tertiam vero in ſubſequente capite, quum nimium a præcedentibus & etiam hoc differat Agallocho.

Agallochi ſpurii, ſeu *Garo Tsjampaccæ* ingentia ſane inveniuntur fruſta, quæ aliquando irregularis etiam ſunt formæ inſtar Agallochi veri, quædam ſemi-exeſa ac terreſtri obducta cruſta; Lignum ipſum eſt croceum, obſcuris inſignitum maculis, non autem veris pertextum venis, externe ſi ſiccum ſit, colorem inbibit obſcure fuſcum & nigricantem, ſi manducetur, molle eſt, & dentibus cedit, ſapor cum Chamomælo convenit, ſed in fine magis amaricat. Vetuſtiſſima fruſta ſunt duriora reliquis, atque in parva franguntur fruſta, quæ quum admodum ſint pinguia, ignitis inpoſita carbonibus copioſum exſudant oleum. Odor maxime differt ab omnibus reliquis Agallochi ſpeciebus: Nihil enim habet commune cum Citri Corticibus, ſed magis ad Chamæmeli odorem accedit. Atque hiſce in terris dicitur convenire cum floribus celebris *Tsjampaccæ*, unde & nomen ſuum ſortitum fuit hocce lignum, ac fortaſſe ejus ſpecies eſt. Arbor enim eſt alta, foliaque habet Tsjampaccæ foliis ſimilia, ſed ſunt majora & latiora, a quibuſdam comparata cum Canari-foliis, ab aliis autem cum dimidia & ſuprema parte folii Aurantii Pompelmoes dicti. Multos itidem gerit flores *Tsjampaccam* referentes; Truncus corticem gerit craſſum, arbor autem ipſa non exſtirpatur, ſed relinquitur, donec vetuſta ſponte decidat, cujus tum exterius lignum ſponte computreſcit; Alias ſæpe etiam vetuſtiſſimæ arbores in fruſta conſcinduntur, quæ per ſemi-annum vel paulo diutius abſconduntur in locis paludoſis, donec exterius lignum computruerit, ac pinguiſſima ſuperſint fruſta.

Quidam tamen incolæ præ avaritia arbores circumcidunt, antequam ſatis vetuſtæ & maturæ fuerint, dictoque fruſta ſepeliunt modo, hæcque fruſta quidem ſunt ingentia & ſatis ſolida, valde pinguia, &, ſi manducentur, mollia, neutiquam tamen odore ita præſtantia

---

XIV. HOOFTSTUK.

Baſtert Agel-hout.

IN *de voorgaande Kapittelen de twee hooftzoorten van 't regte* Agallochum *beſchreeven hebbende, zo reſteeren nu nog eenige houten, die men, zo hier in Indiën, als in Europa daar voor verkoopt: want, alzo den geheelen Orient of de Ooſt-Indiaanſche natie tot reukwerk gedurig genegen is, en men opregt* Agallochum *in geen genoegzaame quantiteit bekomen kan, moeten 'er andere houten opkoomen, om deszelfs plaats te vervullen, na dat een yder Landſchap by der hant heeft dat geen, 't welk met het* Agallochum *eenige gelykeniſſe heeft: myne meining of voornemen niet zynde alle dezelve zoorten op te haalen, maar alleenlyk drie daar van aan te roeren, dog met dat beding, dat ik de eerſte zoorte, zynde het* Agallochum Silveſtre, *by* Garzias, *in 't eerſte Boek*, Cap. 16. *aangeroert, en by de Portugeezen* Aguila Brava *genaamt, hier voor by ga, en 't zelve voor andere nader te beſchryven overlate, als zynde my nog onbekent. De tweede zoorte, dat ik* Agallochum Spurium, *of baſtart* Agel-hout *noem, zal ik in dit Kapittel, en de derde zoorte in het volgende Kapittel, als te veel verſchillende van deze* Agelhouten, *na vermogen beſchryven.*

Agallochum Spurium, *of* Garo Tsjampacca, *daar van vind men al vry groote ſtukken en zomtyds ook van een zeldzame gedaante, gelyk het Agel-hout eenige half door vreeten, en met een aardagtige huit bedekt: Het hout is hoog-geel, met donkere plekken, en geen eigentlyke aderen, van buiten beſterft het donker-bruin en ſwartagtig, in 't knaauwen valt het ook week, en wykt de tanden, de ſmaak trekt ſterk na de* Camillen, *dog is in 't laatſte merkelyk bitter. De oudſte ſtukken vallen wat harder als de andere, en breeken kort af, en in allen deelen zeer vet zynde, zo dat het, op glimmende koolen gelegt, een overvloedige olye uitſweet. De reuk verſchilt ook merkelyk van alle andere Agel-houten: want hy heeft niets gemeen met die van Citroen-ſchellen, maar trekt meer naar de Camille: En hier te Lande zegt men, datze ook wat overeenkomt met die van de bloeme* Tsjampacca, *daar het hout mede de naam van heeft, en miſſchien ook een zoorte van is. Want het is een hooge boom, en de bladeren gelyken wel wat na die van Tsjampacca, dog zyn groter en breder, by zommige vergeleeken met die van Canari, en weder by andere met het voorſte deel van een Pompelmoes-blad: Hy draagt ook veele bloemen, die van de* Tsjampacca *mede wel wat gelykende, de ſtam heeft een dikke ſchorſſe, men kapt hem niet om, maar laat hem van zelfs oud werden en omvallen, daar dan 't buitenſte hout van zelfs afrot: Of men kapt zodanige oude boomen in ſtukken, en begraaftze een half jaar, of wat langer, in eenige moeraſſige plaatzen, tot dat het buitenſte hout verrotte, en de vetſte ſtukken overſchieten.*

Evenwel zommige Inlanders, uit gierigheit, kappen de boomen om, eerze ter degen ryp zyn, en begraven de ſtukken als vooren, en daar van komen ook wel groote en maſſive ſtukken, zeer vet en week in 't knaauwen, maar aan reuk op verre na zo goet niet, als het oude, dat

ita quam vetusta, quæ in brevibus inveniuntur nodis, & quæ ad adspectum multo magis flava & sterilia apparent.

Nomen. Latine *Agallochum spurium* h. e. *Bastaart Agel-hout.* Malaice *Garo-Tsjampacca*, quum odorem ejus floris æmuletur, in Bangay *Angaro.*

Locus. Lignum hocce in *Borneo* invenitur, in regionibus *Sambas* & *Succadana*; item in *Palimbana*, quæ sita est in ora Orientali Sumatræ, quædam etiam hujus arbores inveniuntur in insula *Bangay*, sita in Orientali ora Celebes, non autem in tota insula, sed in minima ejus parte, *Gape* dicta, circa Pagos *Bancalang* & *Labo*; Arbores autem ipsæ incolis potissimum sunt ignotæ, quum putrefacta tantum ligna in silvis inveniant. *Kelangerenses* dicunt, in sua quoque occurrere insula, ipsisque dici *Bakewe*, ac pro silvestri *Tsjampaccæ* specie haberi: Inventæ quoque fuerunt hæ arbores in *Xulabessi*, & in Ternata, atque ubique folia Tsjampaccæ foliis similia gerentes.

Usus. Lignum est vilissimi pretii, in Java enim *Pickol* venditur pro nummo, *Reaal van Achten* dicto, neque ibi alium in usum adhibetur, nisi ad suffitum ædium: quidam etiam miscent vulgari *Dupæ*, non ut odorem reddant magis gratum, sed ut molem augerent, non autem multum pro hac compositione valet, quum alios adulteret odores.

In transitu jam etiam quædam dicere debemus de altera rara specie, quæ *Calambac puti*, seu *Agallochum album* vocatur, per quod non intelligimus supra memoratum leve lignum *Itthion* seu *Agallochum simplex*, sed alteram rarissimam speciem, cujus in *Coinama* unica tantum hodie invenitur arbor, ejusque lignum adeo carum est, ut conquiri nequeat, licet centum Tayles pro una Catti seu cista quis solvere vellet: Istam enim arborem circumcidi Rex non vult permittere, quum nullæ plures inveniantur, diciturque, si horum folia duo triave in aquam decidant, illamque quis potet, talem correptum iri ardenti febre, quæ non remittit, nisi Rex huic arbori sacrificium instituat; multi autem subsequens *Lignum Moschatum Calambac Puti* quoque vocant, sed hæc peculiaris est arbor.

Tertia *Agallochi spurii* species frequens est in hisce insulis Orientalibus, provenitque ex *arbore*, *Excæcans* dicta, quæ suo loco *libro* 3. *cap.* 37. describetur, atque ad *Calambaci* speciem refertur, immo pro genuino Calambaco habetur illud, quod invenitur in vetustis *Ligulariæ Lacteæ* truncis, de quo suo quoque loco *libr.* 6. *cap.* 46 ulterius agetur.

N. B. *Agallochi veri & spurii* icones exhibentur in *Ephemer. Germ. dec.* 2. *ann.* 1. ad *p.* 55.

dat men in korte knoesten vind, en in 't aanzien geelder, en dorder is.

Naam. *Latyn* Agallochum spurium, *dat is* Bastart Agel-hout, *op Maleyts* Garo Tsjampacca, *om dat het den reuk van die bloem wat na by komt, op Bangay* Angaro.

Plaats. *Dit hout valt op* Borneo, *in de Landschappen van* Sambas, *en* Succadana, *als mede op* Palimban, *gelegen op de Oost-kust van Sumatra, men heeft ook weinig boomen daar van op 't Eiland* Bangay, *gelegen aan de Oost-kust van Celebes, dog niet op 't geheele Eiland, maar op 't kleinste deel,* Gape *genaamt, omtrent de Negory* Bancalang *en* Labo; *de boomen by de Inwoonders meest onbekent zynde, om datze de verrotte stukken maar alleen in 't Bos vinden. De* Kelangers *zeggen, datze mede op haar Eiland wassen, by haar lieden* Bakewe *genaamt, en voor een zoorte van wilde* Tsjampacca *gehouden werden: men heeftze ook gevonden op* Xulabessi, *en in Ternate, doch over al met bladeren als die van de Tsjampacca.*

Gebruik. *Het is een hout van zeer kleine waardye, want men kan op* Java *het Pickol kopen voor een* Reaal van Achten, *en het werd aldaar niet anders gebruikt als tot het berooken van hare huizen: zommige doen 't ook wel onder de gemeene* Dupa, *niet om den goeden reuk, maar om de klomp te vermeerderen, want het deugt daar niet veel toe, om dat het de andere reuken vervalst.*

Nu moeten wy ook in passant aanroeren nog een andere raare zoorte, genaamt Calambac Puti, *of* Agallochum Album, *waar onder wy niet verstaan het boven genoemde ligte hout* Itthion *of* Agallochum simplex, *maar een andere zeer zeldzaame zoorte, waar van men in* Coinam *hedensdaags alleenlyk maar een boom heeft, en het hout daar van is zo duur, dat men 't niet bekomen kan, al wilde men ook hondert Tayl voor een Catty geven: want den voornoemde boom wil den Koning niet laten kappen, om dat 'er niet meer te vinden zyn; en men zegt, zo van deze bladeren twee of drie in 't water vallen, en ymant van 't zelve drinkt, dat die een heete koorts zal krygen, dewelke niet en vergaat, voor dat den Koning voor dezen boom een Offerbande gaat doen, dog veele noemen het navolgende* Lignum Moscatum *ook* Calambac Puti, *maar het is zeker, dat dit een byzondere boom is.*

De derde zoorte van 't bastart Agel-hout valt overvloedig in deze Oosterze Eilanden, en komt van den boom Arbor Excæcans, *dewelke op zyn plaats in 't derde Boek,* Kap. 37. *beschreven zal worden, en ze werd ook onder de zoorte van Calambac gereekent, ja voor goet Calambac gehouden, 't gene men vind in de oude stammen van de* Ligularia Lactea, *van 't welke mede op zyn plaats, in 't zesde Boek* Kap. 46. *wat nader gesproken zal worden.*

N. B. de Figuuren van het *waare* en *bastert Agelhout* werden gevonden in de *Hoogduytsche Ephemer. dec.* 2. *ann.* 1. by *p.* 55.

CAPUT DECIMUM QUINTUM.

Lignum Moschatum, Caju Casturi.

Ex *Tsjampaa*, *Coinama*, & *Pegua* lignum quoddam albicans adfertur Sandalo omnino simile, sed non ita durum, quodque venas aliquot habet longitudinales fere instar ligni Abietis, illiusque tres inveniuntur species.

Primum ac maxime politum lignum Sandalo candido simile est, sed est mollius, interioresque partes magis flavescunt, odorem Sandali habens, sed magis Moscatum, ac contritum, carbonibusve inpositum jucundissimum spargit odorem ad Moscum accedentem. Odor autem partium externarum sensim perit, ita ut obvolutum vel occlusum sit servandum, hocque optimum atque carissimum est, nec istius reperiuntur frusta majora palma manus.

Secunda species magis notabiles gerit venas longitudinales, magisque intensi est coloris, fere hepatici, venæque in fuscum tendunt colorem, bonumque itidem spirat odorem, sed præcedenti debiliorem; hujus frusta inveniuntur instar cruris longa & crassa, videnturque esse cor seu interna arboris substantia.

Tertia species russa fere est, aliquando autem læviter rubet instar *Lingo-Batu*, strias tenues habens fere instar ligni Fagi, externe tam fuscum gerens colorem, ut pro Sandalo rubro vendatur, est autem solidius ac durius quam præcedens, hocque vilissimum est, quum

XV. HOOFDSTUK.

Muskeljaat-Hout.

Men brengt ook uit Tsjampaa, Coinam, *en* Pegu *een wit hout, het Sandel gants gelyk zynde, doch zo hart niet, en 't welk mede eenige aderen in de lengte heeft bykans als Dennen-hout, en waar van men ook driederley zoorten vind.*

Het eerste en fynste is het witte Sandel-hout gants gelyk, dog veel weeker, de binnenste deelen zyn wat geelder, de reuk met die van 't Sandel-hout ook meest overeen komende, dog wat naar de Muscus trekkende, en gevreven of op koolen gelegt zynde, zo ruikt het zeer lieflyk naar den Muscus: Maar den reuk in de buitenste deelen vergaat metter tyd, dies men het wel bewonden, en opgesloten bewaaren moet, en dit is het beste en duurste, en men heeft daar van geen grooter stukken als maar een hant lank.

Het tweede geslagt heeft schynbaarder aderen in de lengte, is ook hooger van coleur, of leververwig, de aderen trekken wat na 't rosse, en mede goet van reuk zynde, doch veel slapper dan het voorige: hier van heeft men stukken zo lang en dik als een been, en gelyken wel het hert van een boom te zyn.

Het derde trekt wat na den rossen, en is zomtyds ligt-root, gelyk Lingo-Batu, *met fyne streepjes, by na als het Beuken-hout, van buiten zo bruin bestervende, dat men 't voor root Sandel-hout verkoopt, zynde digter en harder, dan het voorgaande, en dit is het slegt-*

quum facillime suum amittat odorem, hujusque sat crassa inveniuntur segmenta ac frusta. Si de prima ligni specie aliqua abscindatur pars, ejus ramenta instar vitri dissiliunt minuta, quoque minora sunt, eo tenuior ac melior habetur ejus substantia.

Nomen. Latine *Lignum Moschatum* juxta Malaicense *Caju Casturi*; Casturi enim vocant Malaicenses Moscum, quidam illud nominant, sed male, *Calambac Puti*, quod nomen binis aliis competit lignis, prioribus in capitibus descriptis.

Usus. Plurimum adhibetur ad unguenta odorifera, quæ supra lapidem minuta conteruntur, & quibuscum corpus illinitur jucundi odoris gratia, sicuti & ad Dupam usurpatur. A Sinensibus quoque ad medicamenta præparatur, cumque debiliori Araca propinatur, ut corpus modice calefiat.

Quamvis vero raro inveniatur, non tamen cari est pretii, quum odorem suum cito amittat: Ut vero hunc recuperaret, quidam illud obvolvunt foliis Musæ, illudque sepeliunt circa latrinam; quod tamen compertum fuit non bene succedere, sed melius esse, si talibus in locis suspendatur per aliquod tempus, uti id cum Mosco etiam fit & instituitur. Prima species aliquando est ita mollis & sicca, ut pro carioso habeatur ligno, quod tamen non ideo minoris est notæ: Talia enim frusta Sinensi chartæ involuta multos per annos suum servant odorem, illumque aliis adjacentibus communicant rebus.

slegtste, zynen reuk zeer ligt verliezende, en hier van vind men al redelyke dikke blokken: als men van het eerste geslagt wat afkapt, dan springen de stukken daar zoo kort af als glas, en hoe korter het afspringt, hoe beter en fynder de stoffe is.

Naamen: *Latyn* Lignum Moschatum, *na 't Maleyts* Caju Casturi, *want Casturi hieten de Maleyers Muskeljaat, zommige noemen 't (dog qualyk)* Calambac Puti, *'t welk de twee andere houten toekomt, die in de voorgaande Kapittelen beschreven zyn.*

Gebruik: *Het werd meest gebruikt onder de welriekende zalven, dewelke op een steen fyn gevreven worden, en waar mede men 't lyf bestrykt om de goede reuks wille, als mede onder de Dupa: Het word ook by de Sinezen gebruikt onder hun Medicyne, en met slappe Arack ingedronken, om 't lyf matelyk te verwermen.*

En hoewel het weinig gevonden werd, zo is het nogtans niet duur, nadien het zyn reuk zo haast verliest: Dog om dezelve weder te krygen, zo begraven het zommige, in pissang bladeren gewonden, omtrent een secreet, dog 't welk egter bevonden is niet te deugen, maar beter te zyn, dat men 't slegts in diergelyke plaatzen een tyd lang ophangt, gelyk men zulks met de Muscus mede doet: De eerste zoorte is zomtyds zo zagt en droog, dat menze voor vermolzemt hout aanziet, doch het welkze daarom niet te slimmer maakt: Want zodanige stukjes in Sinees pampier gewonden, behouden lange jaren haren reuk, en delen dezelve ook mede aan andere omleggende dingen.

CAPUT DECIMUM SEXTUM.
Sandalum, Tsjendana.

QUamvis aromatica hæc arbor extra Amboinense & Moluccense territorium crescat, nec talibus arboribus plantisve opus meum ampliare est animus, necesse tamen habui Sandali descriptionem hic simul inserere, sed non ampliorem, quam potui experiri, hocque potissimum hanc ob rationem; primo, quum nondum cognoverim Sandalum arborem ab ullo Europæorum plenarie hactenus esse descriptam: secundo; quum quædam insuper in Amboina crescant arbores, quæ gloriari possent, ex Sandali arboris familia, ipsique affines esse, ac tertio, quum lectoribus & amatoribus aliquid monendum habeam, quod hactenus erronee de Sandalo fuit creditum. Et licet pro perfecta descriptione non sit habendum, saltem pro accurata inservire poterit adnotatione, reliquumque æquo lectoris animo ac posteriorum diligentiæ committam, ut defectum supplere, erroresque, si forte suborti fuerint, corrigere velint.

Ut itaque descriptio hæc majoris sit fidei, lector sciat, hanc non quidem exaratam esse ad ipsum arborum adspectum in Timora crescentium, sed tamen ad quosdam ipsarum ramos, frusta ligni, & radices, cum brevi Sandali Lignique Colubrini descriptione, mihi anno 1680 transmissa per curam *Antonii Hurtii*, ordinarii Indiæ Senatoris, & emeriti Amboinæ gubernatoris, nec non per *Jacobum Wyckerslootum*, Timoræ supremum. Quibus utrisque viris tribuendus est honos ulterioris harum arborum notitiæ, quæ in hisce elucescet scriptis. Juxta illos autem ramos adjecta figura est depicta, ac primo tollendus mihi est vulgaris error, quod nempe Sandalum album, citrinum, & rubrum ex iisdem credatur provenire arboribus: Satis enim inquisivi, quid de hac re esset verum; atque intellexi album & citrinum ex affinibus quidem produci arboribus, sed non ex una arbore, quamvis utræque in una eademque crescant insula: Rubrum vero Sandalum ex longe alia penitus provenit arbore, ab altera nimium diversa, atque in longe aliis crescens insulis, ita ut colligere nequeam, quam ob rem præcedentes scriptores adeo dissimiles hasce arbores sub uno comprehenderint nomine: unde & rubrum in peculiari describam capite.

Sandalum album & citrinum haud multum differt, aliquando in una eademque, aliquando autem in diversa reperitur arbore: Omne enim Citrinum albo obvol-

---

XVI. HOOFTSTUK.
Sandel-Hout.

HOewel *deze specery achtige boom buiten het Amboins, en Molukze distrikt wast, en ik met diergelyke planten niet geerne myne geschriften zoude vergrooten, zo heb ik egter nodig geacht, de beschryving van de Sandel-boom alhier mede in te voegen, doch niet meer daar van, dan ik hebbe kunnen ervaren; en dat meest om deze redenen: eerstelyk om dat my niet bewust is, dat de Sandel-boom tot nog toe by eenige Europianen ten vollen beschreven is: ten tweeden, om datter nog eenige boomen in Amboina wassen, die haar zouden konnen beroemen te zyn van de Sandel-booms maagschap: en ten derden, om dat ik de Leezers en Liefhebbers te waarschouwen, en iets naders te berigten heb, aangaande het gene men tot nog toe quaalyk van 't Sandel-hout heeft geloofd. En schoon dit voor geen volkomen beschryving konde verstrekken, zoo mag men het ten minsten voor een aanteekening houden, en onderwylen zal ik het aan de bescheidenheid van den Leezer, en de naarstigheid van den nakomeling aanbevoolen laten, het gebrek te vervullen, en de fouten (die daar in mogten zyn) te verbeteeren.*

Om nu deze beschryving meer geloof te doen hebben, zo zal den Leezer believen te weten, datze wel niet gemaakt is, na den oogenschyn of het gezigt der boomen op Timor wassende, dog evenwel na eenige takken, stukken van hout, en wortelen, beneffens een korte beschryving, zo van de Sandel- als Slangen-hout boom, my A. 1680. toegezonden, en bezorgt door den Heer Antonius Hurt, *ordinaris Raat van India, en oud Gouverneur van Amboina, en den E.* Jacob van Wyckersloot, *Opperhooft op Timor: welke beide Heeren dan ook toekomt de eere van de nader kennisse dezer boomen, die in deze myne schriften gegeven zal werden: En na welke takken ook de hier bygevoegde figuur is opgemaakt, en voor eerst moet ik dan wegnemen het algemeene misverstant, namentlyk, dat men het wit, geel, en root Sandel-hout gelooft of meent voort te komen van eenderlei slag van boomen: Want, genoegzaam ondervraagt hebbende, wat daar van mogte wezen, zo moet ik zeggen, dat het witte en geele Sandel-hout wel voortkomt van eenderlei boomen, doch niet altyd van eenen boom, hoewel t'zamen op een en 't zelve Eiland wassen: Maar het roode Sandel-hout is een gants andere boom, van de voorgaande te veel verschillende, en ook in gants verscheide Landen wassende, zo dat ik niet bezeffen kan, waarom de voorgaande Schryvers deze malkander zo ongelyke boomen onder eenen naam begrepen hebben: en zal daarom van het roode een byzonder Kapittel maken.*

Het witte en geele Sandel-hout verschilt niet veel van malkander, zomtyds wassende aan een en dezelfde, en zomtyds weder aan een andere boom. Want alle het geele

volvitur nunc majore nunc minore quantitate; ita ut citrinum nihil aliud ſit niſi cor & interna arboris ſubſtantia, e contra occurrunt quoque arbores, quæ nihil aliud niſi album ferunt lignum, nullumque vel parum admodum citrini in meditullio.

Exterius hæ arbores nullam habent differentiam, unde & incolæ illas dignoſcere nequeunt, licet eradicentur vel amputentur; ſed compertum eſt locum natalem maxime differre. Sandalum autem e longinquo non diſtingui poteſt ab aliis ſilveſtribus arboribus, excepto, quod ejus cortex ſit cinereus cum pauxillo ruffi mixtus, tenuis, ac durus, & in junioribus arboribus ligno firmiſſime nexus, in vetuſtis vero lamellatim diſſilit, unde plurima trunci pars nuda apparet, altitudinem habet Juglandis, ramique ſeſe diſtinguunt in multos tenues & minores ramulos, in quibus folia cruciatim ſunt oppoſita.

Quæ vulgaris ſunt formæ, fere inſtar illorum *Varingæ* ſeu *Microphylli*, ſed non ita ſunt craſſa, quatuor transverſales digitos longa & tres lata, oris æqualibus, multiſque parallelis venulis, uti in Varinga, ab utraque parte protuberantia; in junioribus arboribus intenſe viridia ſunt, in vetuſtis vero pallida vel flaveſcentia. Ramuli copioſe hiſce gaudent foliis, comamque formant denſam: De floribus mihi non conſtat, vel quicquam eſt memoratum, natique Timorenſes de illis mihi nil certi dicere norunt, quum in tam altis & ſilveſtribus arboribus haud multum appareant; juxta vero Garziæ relationem ex cœruleo eſſent nigricantes.

Fructus ſunt inſtar curtarum Olivarum, quales ſunt, quæ circa Algieream & in Barbaria creſcunt, vel inſtar baccarum Lauri, diverſi coloris juxta illorum maturitatem, primo enim vireſcunt, ac dein ex cœruleo nigri ſunt. Siccati hi fructus ore manducati, illud obſcure rubro ſeu purpureo tingunt colore, rari autem ad maturitatem perveniunt, nec facile conquiri poſſunt, quum facile decidant, atque ab avibus certis, quæ ſturnorum eſt ſpecies, avide comedantur; quosque hinc inde cum fimo per ſilvas ferunt, unde de novo arbuſculæ progerminant, uti arbores Nucis Myriſticæ in Banda per nucum devoratores propagantur.

Sandalæ hæ arbores ita creſcentes, ſi in ligno recenti & ſicco nullum præbent odorem, tum relinquendæ ſunt, donec penitus ſint vetuſtæ, cujus indicium eſt, uti dictum fuit, quum folia incipiant flaveſcere, ac cum plurimis decidant rachibus, ac trunci cortex diſcedat, quo lignum albicans apparet, tumque etiam hæ arbores rarum præbent odorem, quemque nullus facile percipere poteſt, niſi indigenæ, qui a juventute illi adſueti ſunt, hasque tractavere arbores, hincque peregrinis mercatoribus perſuaſerunt, omne Sandalum non bonæ fore notæ, ſi a peregrinis cæderetur, in qua ſententia illis eſſe conceditur, quum peregrinis difficile foret ſilveſtres illos ac vaſtos permeare montes, illaque reducere ingentia fruſta, unde, quum cum peregrinis mercatoribus pactum inierunt, ut ipſis navem hoc ligno plenam tradant (quod ſingularibus & irregularibus fit ceremoniis & officiis) gregem ſui populi in ſilvas mittunt ad arbores cædendas: Hujus natu maximus per horam in ſilva placide ſeſe ſiſtit, oculos in altum attollens, dein incipit arborem cædere, ſique bonum obſervet odorem, tum reliqui omnes arboris cæſionem promovent, ſin vero ille in arbore non gratum percipiat odorem, tum per illum diem cæſionem differt, illud vero plerumque inſtituitur luna non luceſcente.

Incolæ antea ſolebant radices cum trunci parte duos tresve ſupra terram pedes longa relinquere, an vero talis truncus de novo progerminet, noſtrates cognoſcere non potuerunt, quum diverſo illud retulerunt modo, quod forte Portugallis notum erit, quum hi ſint magis vicini illi loco, in quo Sandalum plurimum creſcit.

Arbores ipſæ binas ſæpe ulnas ſunt craſſæ in diametro, atque harum ſæpius per depurationem tanta conſumitur pars, ut vix ulnæ craſſities ſuperſit, quæ ſatis magna tamen exhibet fruſta. Hodie autem noſtrorum rogatu totam cum radicibus exſtirpant arborem, quum

le Sandel-bout heeſt mede het witte om zig, het eene min, het andere meer, zo dat het geele anders niet en is, als het hert van den boom: daar en tegen vind men ook boomen, die anders niet en hebben dan het witte, met geen of weinig geel in de midden.

Van buiten hebben de boomen ganſch geen onderſcheit, en daarom konnenze de Inlanders in 't kappen ook niet onderkennen, maar men heeft ervaren, dat de plaatzen, daarze groeyen, wel het meeſte verſchil maken. Den Sandelboom en is van verre niet wel te onderſcheiden van andere wilde boomen, dan alleen daar aan, dat zyne ſchorſſe ligt-graauw is met wat ros gemengt, dun, en hart, midsgaders aan de jonge boomen vaſt aan 't hout klevende, dog aan de oude met lappen afſpringende, waar door men dan het meeſte van den ſtam bloot ziet: Hy heeft de hoogte van een Ocker-noote-boom, de takken verdelen hun in veele dunne en korte ryskens, daar aan de bladeren in 't kruis tegens malkanderen overſtaan.

Dezelve zyn van gemeene gedaante en ſchier als die van Varinga *of* Microphyllos, *doch zo dik niet, vier dwersvingers lank, en drie breet, met effene kanten, en veele fyne parallele adertjes, gelyk dezelve Varinga, te wederzyden uitſteekende: Aan de jonge boomen zynze hoog-groen, en aan de oude bleek, of wat na den geelen trekkende: De ryskens zyn vol met deze bladeren, en maken een digte kruin: Van 't bloeizel is my niets voorgekomen, nog overgeſchreven, en de naturelle Timoreezen weten daar van ook niets te zeggen, om dat het aan die hooge en wilde boomen niet wel te kennen is: Dog zo* Garzias *ſchryft, zouden dezelve uit den blaauwen ſwartachtig zyn.*

De vruchten zyn als korte Olyven, te weten de gene die omtrent Algiers, *en in Barbarien waſſen, of als Baakelaren, verſcheiden van koleur, na haar rypheit: want eerſt zynze groen, en ten laatſten blaauw-ſwart: De gedroogde, in den mont geknaut wordende, verwen denzelven met een bruin-purpere of paarze coleur, doch weinige daar van komen tot perfectie, en men kanze niet wel bekomen, om datze te ligt afvallen, en van het gevogelte, (zynde een zoorte van Spreuwen) zo graag gegeten worden: En dieze dan daar na door den afgang hier en daar in 't Boſch zaayen, waar van jonge boompjes voortkomen, gelyk de Nootemuſcaat-boomen in Banda door de Noot-eeters voortgeteelt werden.*

Dewyl de voornoemde Sandelboomen nu zoo groeyen, hebbende aan haar hout, nog vers en droog zynde, geen de minſte reuk, zo moet men ze dierhalven laten ſtaan, tot datze volkomen oud werden, waar van het teeken is, gelyk gezegt, als de bladeren beginnen geel te werden, en met de meeſte ryskens afvallen, midsgaders de ſchorſſe van den ſtam afwykt, waar door dezelve witachtig en kennelyk werd, doch als dan hebben deze boomen nog al weinig reuk, dewelke ook niemant anders ligt gewaar worden kan, dan de Inboorlingen, die van jongs af daar mede omgegaan hebben, en hierom hebbenze de vreemde Koopluiden ook wys gemaakt, dat al het Sandel-hout niet deugen zoude, dat van ymant anders dan de eigenaars, en inboorlingen gekapt wierde, in welk gevoelen men haar laat blyven, om dat het de vreemde doch beſwaarlyk zoude vallen, in dat woeſte gebergte te gaan, en die ſware moten af te ſlepen, weshalven zy lieden met de vreemde Koopluiden het verding gemaakt hebbende, om een ſcheepslading hout aan dezelve te leveren (het welk ook met zeldzaame, en ſtuurze complimenten toegaat) zo zenden zy een troep van haar Volk in 't Boſch, om de boomen te vellen: En wanneer dan den oudſten onder den troep een uur in 't Boſch ſtil geſtaan heeft, met zyn oogen opwaarts ziende, zo begint hy aan een boom te kappen: En zo hy 'er een goede reuk by vind, dan gaan alle de andere met kappen mede voort, maar zo de oudſte aan de eerſte boom geen goede reuk en vind, dan ſcheiden zy 'er voor dien dag uit, en gemeenlyk geſchiet dit kappen met een donkere maan.

De Inlanders pleegen ook van ouds de wortel te laten ſtaan met een ſtuk des ſtams, twee en drie voeten boven de aarde, doch of die weder uitgroeit, zulks hebben de onze niet konnen te weten komen, om dat verſcheidentlyk daar van geſproken werd: Doch 't welk miſſchien de Portugeezen niet onbekent is, als wonende nader aan de plaats, daar het meeſte Sandel-hout valt.

De boomen werden wel twee vaademen dik in de ronte, en daar van werd in het ſchoonmaken wel zo veel afgekapt, dat 'er maar ſchaars een vadem overblyft, 't welk dan ook al grote ſtukken zyn: hedensdaags kappenze, op het verzoek van de onze, den boom met de geheele wortel uit, *om*

quum compertum ſit ad radicum partem magnam ligni citrini eſſe copiam, ut & circa nodos: Recens cæſum lignum nullum vel parvum admodum habet odorem; is enim ſolummodo percipitur, quum ſit ſiccum. Ad ligni centrum ſeu lignum citrinum ſemper extremum ſeu pallidum lignum relinquendum eſt, ut odorem diutius retineat & conſervet, quum enim album circumcidatur, odor facillime avolat: Citrinumque aliquando tam intenſi ſit coloris, ut ad vitellinum accedat, ruffasque ſæpe per longitudinem exhibet venas, unde quidam illud erronce Sandalum rubrum vocant, atque tale Sandalum citrinum pro optimo habetur.

Secundum locum tenet album, quod circa medium paucam citrini habet quantitatem; viliſſimum autem eſt, quod omnino album eſt, nec circa medium citrino gaudet ligno. Scire vero oportet, omnes Sandali arbores in juniore ætate nihil omnino citrini habere, qualia erant mihi miſſa fruſta, crus fere craſſa & omnino albida, ſine ullo quoque odore, parvamque tantam habebant dulcedinem in tenui, ſicco, & duro cortice: Unoque teſtantur ore Timorenſes citrinum cor in adulta tantum gigni & provectiore ætate in talibus nempe arboribus, quarum natura illud producit. Depuratum jam Sandalum in litus deductum in congeriem acervatur longam & quadratam, quæ plerumque in longitudinem & amplitudinem formatur navis, qua transvehendum eſt, quamque opplere promiſerant: In tres porro ſpecies dividitur, quæ a mercatoribus vocantur: prima craſſa, ſecunda tenuis, tertia mixta, prima continet optima maxima fruſta, altera autem tenuiſſima, & ramorum ſunt fruſta, quæ viliſſima; Primæ ſpeciei Timorenſes ſolebant quatuor Pickols (ſingulus autem Pickol eſt centum & viginti quinque pondo) una in farcina inpingere & tradere, ſecundæ vero ſpeciei ſex, tertiæ autem octo Pickols, pro quadraginta inperialibus ſingula farcina; Hasque tantum vendebant Portugallis Macou-navigatoribus, quum hi ipſis mutuum dabant aurum, aliaque neceſſaria, aliis autem mercatoribus pro tali pretio quatuor tantum ligni Pickols vendunt, nec illud ſortitum, ſed ſibi invicem mixtum.

Nomen. Latine *Sandalum*, hujusque flavum & optimum *Sandalum pallidum* ſeu *Citrinum*, pallidum ſeu externum *Sandalum album. Garzias libr.* 1. *Aromat. cap.* 17. citrinum vocat cor, & album, lignum; In Pharmacopæis & apud hodiernos Latinos *Santalum* vocatur, præcedens autem melius eſt. Arabica enim vox eſt *Sandal*, ac forte originem habet a Malaicenſi & Macaſſerenſi *Tsjendana*, quod Portugalli ſcribunt *Chandana*, ambæque flavæ & albæ ſpecies ſub hoc comprehenduntur nomine; Antiquis Græcis ſcriptoribus hoc lignum ignotum fuit, ideoque non probabile, veteribus, multo minus Iſraëlitis fuiſſe cognitum, licet neoterici tranſlatores hoc nobis perſuadere velint, quum ſupra nemoratum *Ahalim numer.* 24. *verſu* 6. *Santalum* interpretentur. Hocque minus vero ſimile videtur, quum *Sandalum* non ſit vaſta vel extenſa arbor, nec ad flumina vel ripas creſcens, ſed in montibus apricibus ſoli expoſitis.

Prima ejus mentio fit apud *Avicennam* & *Meſuam*, apud quos optima ſpecies cognominatur *Makaſſari*, quod interpretes maxime vexavit, *Garzias* enim hoc corrigere vult in *Maſafrani*, quod flavum denotat. Alii putant, idque majori jure nomen eſſe loci, quod verum eſt; Macaſſara enim ab antiquis jam temporibus metropolis fuit, ac promptuarium Orientalium aromatum, ac præſertim Sandali, quod ex Timora transferebant, in qua inſula natio iſta noſtris etiam temporibus mercaturam exercuit. Ita ut *Macaſſari* nihil aliud denotet, quam Sandalum e Macaſſara delatum. Mercatoribus enim perſuadebant in ſua id creſcere Patria, uti ſupra diximus, Javanos de nucibus & Caryophyllis id jactaviſſe: Timorenſes illud vocant *Aycamenil*, Amboinenſes *Ayaſru*, Sinenſes *Bythoa*: In Canara vero Decam, & Guzeratta *Sercanda* vocatur, ut *Garzias* teſtatur.

Locus. Utrumque Sandalum, album nempe & citrinum, in inſula tantum creſcit magna Timora, & adjacentibus quibusdam inſulis, uti in occidentali plaga Souw, (noſtratibus Sandali ſilva dicta) & Nomba, item in Zephyrea Endenæ parte, ſed ibi non æſtimatur.

tur.

om dat men bevonden heeft, dat aan de wortel veel geel hout is, gelyk ook om de quaſten: Het vers gekapte hout heeft geen of weinig reuk, want die krygt het eerſt als het droog werd: Aan 't hert ofte 't geele hout moet men altyd het buitenſte of witte laten, op dat het zynen reuk te langer mogte behouden, anders wanneer men 't witte rondom daar afkapt, vervliegt dezelve zeer ligt: en werd het geele Sandel zomtyds zo hoog van coleur, dat het al na het doyer-geele trekt, vertoonende ook eenige roſſe aderen in de lengte, 't welk zommige dan ook abuzieſlyk root Sandel-hout noemen, en werd dit geele Sandel ook voor het alderbeſte gehouden.

De tweede plaats bekleet het witte, omtrent het hert een weinig geel hebbende: En 't alderſlegſte is het gene, 't welk doorgaans wit is, en omtrent het hert gants geen geel en heeft. Ook moet men weten, dat alle Sandel-boomen in haar jonkheid niets geels aan haar hebben, gelyk zodanige waren de aan my gezondene ſtukken, by na een dye dik zynde, doorgaans wit, ook zonder eenige reuk en alleenlyk hebbende een kleine zoetigheit in de dunne, droge, en harde ſchorſſe: Verklarende de Timoreezen eenparig, dat het geele hert eerſt in den ouderdom komt, te weten aan zodanige boomen, welkers aart is het zelve te krygen. Het ſchoon gemaakte Sandel-hout nu op ſtrant gebragt zynde, werd aldaar opgeſtapelt tot een lange vierkante hoop, zynde gemeenelyk zo lang en breet, als het Schip over zyn geheele ſteven is, welkers lading zy belooft hebben te zullen leveren: Voorts werd het gezorteert in drie deelen, 't welk de Koopluiden noemen 1. *grof,* 2. *Corent,* 3. *Carep; De eerſte zyn de beſte en grootſte ſtukken, maar Carep de dunſte, en van de takken, dierhalven het ſlegtſte: Van de eerſte zoorte pleegen de Timoreezen vier pickols (een pickol is* 125. *ponden) in een baar te leveren, van de tweede zes, en van de derde acht, voor* 40. *Ryksdaalders de baar: En dat maar alleenig aan de Portugeze* Macous-Vaders, *om datze van dezelve met ſchuim-goût en andere noodwendigheeden gerieft werden, maar aan andere Handelaars willenze voor die prys niet meer geven, als vier Pickols hout, en dat niet gezorteert, maar door malkander gemengt.*

Naam. *Latyn* Sandalum, *en daar van het geele of beſte* Sandalum Pallidum, *of* Citrinum, *het witte of buitenſte hout* Sandalum Album. Garzias, Lib. 1. Aromat. Cap. 17. *noemt het geele* Cor, *dat is hert, en het witte* Lignum, *dat is hout; In de Apotheeken en by de hedensdaagſche Latiniſten werd het genaamt* Santalum, *doch het vorige is beter: Want het Arabiſch woord is* Sandal, *en miſſchien afkomſtig van 't Maleydſche, en Maccaſſaarſche* Tsjendana, *het welk de Portugeezen ſchryven* Chandana, *en werden beide de geele en witte zoorten onder dien naam begrepen: By de oude Griekze Schryvers is dit hout onbekend, en daarom geenzints waarſchynelyk, dat het aan de oude, en veel min aan de Iſraeliten, zy bekend geweeſt: Gelyk nogtans de nieuwe overzetters ons willen wys maken, het boven genoemde* Ahalim, Numer. 24: vers 6. *overzettende* Santalos: *zynde zulks te minder gelooflyk, om dat den Sandal geen groote en uitgeſpreiden boom is, ook niet aan de water-ſtroomen waſſende, maar in 't gebergte, op opene en ligte plaatzen.*

De eerſte mentie daar van werd dan gemaakt by Avicenna, *en* Meſue, *alwaar de beſte zoorte bygenaamt werd* Makaſſari, *het welk de Overzetters machtig gequelt heeft, want* Garcias, Lib. 1. Cap. 17. *wil het gecorrigeert hebben in* Maſafrani, *het welk zoude geel hieten: Andere giſſen, en zulks met beter reeden, dat het de naam van een plaats zy, 't welk waar is: Want Macaſſar is al van oude tyden af een ſtapel geweeſt van de Ooſterſche ſpeceryen, en inzonderheid van den Sandel, die zy van Timor overbragten, en op welk Eiland die Natie nog al diep in onze tyden genegotieert heeft: zo dat Maccaſſari niet anders te zeggen is, als Sandel-hout dat van Macaſſar komt: Want zy maakten de Koopluiden wys, dat het in haare Landen viel, gelyk wy boven gezegt hebben, dat de Javanen met de Nooten en Nagelen gedaan hebben: De Timoreezen noemen het* Aycamenil, *op Ambons* Ayſaru. *Sienees* Bythoa: *In Canara, Decan. Guzeratte* Sercanda, *zo* Garzias *zegt.*

Plaats. *Beide het geele, en witte Sandel-hout, waſt alleen op het groote Eiland* Timor, *en eenige omleggende Eilanden, als, na het Weſten op Souw. (by de onze 't Sandel-boſch genaamt) en* Nomba, *item op de Zuitzyde van Ende, dog werd aldaar niet geacht: men vind*

ook

tur. Raræ etiam occurrunt arbores in Madura, & Orientali Javæ plaga, hoc vero lignum suum cito amittit odorem, nec magni æstimatur: In Baleya, & *Tatæ* regione circa Bassagium, qui altus est mons, Sandalum quoque reperitur, hoc autem tantum cæditur, quum reges suos crement, neque hoc in alias mittitur regiones, quique hoc cædet, prius sacrificium arbori instituere debet cum alba gallina, ac pauxillo Thuris, alias enim dicunt lignum non esse præstans odore. In Timora ipsa non omnibus crescit in locis, nec ubique æque bonum est. In ejus enim plaga occidentali, quam Belgæ inhabitant & possident, circa sinum Cœpan, non crescit, sed plurimum ad Zephyream illius insulæ partem non prope litus, sed in montibus remotis, ita tamen, ut quædam arbores in proximis montibus e mari distincte dignosci possint, hocque ex albicantibus vetustorum truncorum corticibus. In omnibus quoque ejusdem plagæ portibus non æque bonum est, illud enim *Amarissi* plurimum albicat, quod a *Garzia* lignum vocatur. Optimum ab antiquis jam temporibus deductum est ex *Batumeana*, *Tireisi*, & *Amanubana*, in eadem Zephyrea plaga sitis.

In boreali parte optimum crescit ad portus Menæ, quod plurimum citrinum est, qui locus hodie a Portugallis occupatur, Macasserenses autem & Rex Samboppæ sibi ab antiquis jam temporibus jurisdictionem arrogant Timoræ plagæ borealis, certumque est, hos brevi post illius loci destructionem, quæ per Belgarum arma anno 1667 molita est, tributarios emisisse inperatores per multos ejusdem oræ locos, immo quos Portugalli jam inhabitabant. Hæcque omnia enarrare in hoc Herbario non opus fuisset, nisi hoc ipsum confirmaret explicationem istius nominis *Macassari*.

Loci a *Garzia l. c.* Sandalo tributi sunt sequentes, sed plurimum corrupta nomina, *Mena*, *Matonea*, *Camanasa*, *Serviago*, quæque vocanda sunt *Mena*, *Batumeana*, *Amarassi*, & *Serviana*. Metropolis Javæ *Verbali* dicta, quænam sit, nescio. In Nassuasensibus itineribus legitur in binis insulis *Ilba d'Fernandes* in Tsjilesensi mari sitis, ad triginta tres gradus in latitudine Zephyrea, Sandalum album quoque crescere, sed odoris debilioris, puto autem hoc aliud esse lignum; nostri enim Europæi facile talia confundunt. In Malabaræ ora in *Balagatæ* montibus Sandalum quoque album reperitur, inque Zephyrea *Masulipatnamæ* parte rubrum crescit: puto autem pro Sandalo albo haberi lignum *Sambaranæ* dictum, quod Sandalo simillimum, sed durius est.

Usus & vires. Sandalum æque album ac citrinum temperatam admodum habet qualitatem, partibus subtilibus ac mollibus constans, plerumque tamen citrinum majorem caloris gradum putatur possidere, uti penetrantem magis habet odorem. Lignum hoc per totam Indiam majore in usu est quam in nostris frigidioribus terris, unde quoque minima ejus pars in Europam transfertur; quum enim temperatam habeat qualitatem, modice refrigerat, spiritusque perditos maxime restituit, hinc melius hisce in regionibus conducit, unde & per totam Indiam multum in usum vocatur rapsatum, vel cum aqua in tenuem contritum pultem, qua Indi corpus illiniunt, tam pro refrigerio, quam jucundo odore, quodque non tantum calidis instituunt diebus, sed etiam in febribus, quum refrigerantes addunt flores, interne autem non, vel raro usurpatur.

Jucundus ligni odor in crudo magis observatur, quam si carbonibus fuerit inpositum, unde & nulli suffumigio additur; licet *Benjanenses*, aliique Indiæ gentiles magis ex luxuria, quam ob gratum odorem hoc ligno utantur ad cremandos mortuos, nec inservit operi scriniario ob pallidum atque inelegantem colorem, licet parvæ quædam cistæ inde formentur, hisque citrinum adhibeatur, quæ brevi suum tamen amittunt odorem: Quidam etiam mercatores adeo sagaces sunt, ut ex colore dignoscere possint, ubinam Sandalum creverit. Sandalum album contritum, ac per multos dies cum aqua propinatum curavit æque in feminis ac viris *Gonorrhæam virulentam*. Sandali rasura in linteis consuta pulvillis, vestibusque apposita, ipsis gratum conciliat odorem, qui illis diu inhæret: Macasserenses vero ac Malaicenses, nescio ob quam caussam, non amant purum Sandali odorem in suis vestimentis, forte

ook eenige weinige boomen op Madura, en het Oostelyke deel van Java, doch dat zelve hout verliest zyn reuk haast, en werd mede weinig geacht: op Baly, in 't Landschap Tata, *omtrent* Bassagie *(zynde een hoogen berg) vind men ook Sandel-hout, doch dit werd maar gekapt, als zy haare Koningen verbranden, en niet, om uit te voeren: En die dat afkappen wil, moet eerst Offerhande doen by den boom, met een wit Hoen, en een weinig reukwerk, of zy zeggen, dat anders het hout niet wel rieken en zoude. Op Timor zelfs en valt het ook niet op alle plaatzen, nog over al even goet: want op desselfs West-hoek, die de Hollanders bezitten, omtrent de* Baay Coepan, *valt het niet, maar meest op de Zuid-zyde van dat Eiland, niet digt op strant, maar verre in 't gebergte, zo nogtans, dat men zommige boomen op de naaste bergen bescheidelyk in Zee bekennen kan, en dat aan de witte schorsse van de oude stammen. Het is ook niet even goet in alle Havenen van de zelfste zyde, want dat van* Amarassi *is meest wit, 't welk* Garzias *hout noemt: Het beste heeft men al van oude tyden gehaalt van* Batumean, Tireis, *en* Amanuban, *aan dezelfste Zuitzyde gelegen.*

Aan de Noort-zyde valt het beste in de Havenen van Mena, 't welk meest geel is, zynde die plaats hedensdaags door de Portugeezen bezeten, doch de Macassaren, of den Koning van Samboppo *eigenen zig toe al van oude tyden de* Jurisdictie *over* Timors *Noort-kust, en het is zeker, datze nog korts na haare destructie, dewelke door de Nederlandsche wapenen Ao.* 1667. *geschiet is, door haare uitgezondene Bevelhebbers tribuit geëist hebben, op veele plaatzen van de zelfde kust, ja zelfs daar de Portugeezen wonen: En ik hadde dit alles in dit Kruydboek niet by te doen, indien het niet en diende tot bevestiging van de uitlegging des voornoemden naams Macassari.*

De Sandel-plaatzen van Garzias loco citato, *zyn deze, doch meest bedorven naamen,* Mena, Matonea, Camanasa, Serviago, *en moeten heeten* Mena, Batumean, Amarassi, *en* Servian: *De Koopstad* Verbali *op Java kan ik niet raaden, wat het voor een zy. Men leest in de* Nassausche *voyagie, dat in de twee Eilanden,* Ilha d' Fernandes, *gelegen in de* Tsjileese *Zee, op* 33. *graaden Zuider breedte, ook wit Sandel-hout zoude vallen, doch slegter van reuk, en ik geloove, dat het een ander hout zal zyn, want onze Europianen vermengen licht zodanige dingen. Op de kust van Mallabaar in 't gebergte van* Balagatæ *valt mede wit Sandel-hout, en op de Zuitzyde van* Masulipatnam, *ook 't roode: Doch ik gelove, datze voor dit wit nemen het hout* Sambarane, *het welk het Sandel-hout zeer gelykt, doch harder is.*

Gebruyk *en* Kragten: *Het* Sandel-hout, *zo wit als geel, is van een regt getemperde hoedanigheid, lugtig, en fyn van deelen, doch in 't gemeen werd het geele een graat meer hitte toegeschreven, gelyk het ook sterker van reuk is. Dit hout is doorgaants in Indiën in veel meer gebruik, dan in onze koude Landen, daarom ook het minste deel in Europa vervoert werd: Want dewyl het een getemperde eigenschap heeft, matelyk verkoelt, en de vermoeide geesten merkelyk verquikt, zo komt het in deze Landen veel beter te pas, in voegen het door geheel Indiën gebruikt werd gemalen, of met water tot een fyne pap gevreeven zynde, waar mede de Indianen het lyf bestryken, zo om te verkoelen, als om de goede reuk, en het welk zy niet alleen doen in heete daagen, maar ook in koortzen, als dan eenige verkoelende bloemen daar by doende, inwendig werd het niet, of zelden gebruikt:*

De lieflykheid van den reuk is by het raauwe hout meer, dan op glimmende koolen gelegt zynde, en waarom men het ook onder geen reukwerk gebruikt: Hoewel de Benjanen, *en andere Indiaansche Heidenen, meer uit overdaat, dan om des goeden reuks wille, dit hout tot het verbranden van haare dooden gebruiken: Het dient ook niet tot eenig Schreinwerk, wegens zyne bleeke en ongeziene coleur, hoewel zommige kleine Kantoirtjes daar van gemaakt werden, en waar toe men dan het geele neemt, doch die egter haaren reuk in korten tyd komen te verliezen: en zyn zommige Koopluiden zo sneedig, datze aan de coleur konnen zien, waar het Sandel-hout gewassen is. Het witte Sandel-hout gevreeven, en veele dagen naar malkander met water ingenomen heeft geneezen, zo in Vrouwen als Mannen, de* Gonorrhæa Virulenta. *Het zaagzel van Sandel-hout in linne kussentjes genaait, en by klederen gelegt, geeft dezelve een goede reuk,* die

forte quum cadavera illo conspergunt, unde & mortuorum illum vocant odorem. Antea, uti *Garzias* ejusque commentator *Clusius* testantur, Sandalum citrinum tam raro occurrebat, ut inter quinquaginta frusta vix unum inveniretur verum citrinum, unde ambo hi viri dubitabant, an hoc quidem in Portugalliam & Europam transportaretur, dum omne, quod in Pharmacopæis venale prostaret album, & odoris fere expers esset, citrinumque ipsum in India pluris constaret, quam in Europa vendi posset. Postquam vero Belgæ hocce negotium tractare cœperunt, in majorem perventum est notitiam; majorique conquirendum quantitate, sique in Europam delatum de odore suo amiserit, hujus caussa tribuenda est incuriæ mercatorum vel nautarum, qui hoc navi inposuerunt, quum non debeat obscuris locis vel aliis graveolentibus rebus apponi vel inpingi.

Avicenna libr. de viribus cordis dicit, Sandalum cor maxime corroborare & exhilarare, unde optime illis miscetur rebus, quæ contra cordis palpitationem propinantur. Cum aqua Rosarum contritum, hincque fomentum compositum ac ventriculo inpositum, tollit ejus æstum atque ardorem, ac præsertim in febribus ardentibus: Tenuis trunci cortex ac radicum ad medicinam etiam servatur, quamvis non nisi brevibus constans fragmentis acquiri possit: Ore manducatus dulcem præbet saporem, Sandalum spirantem; & contritus, cumque liquore quodam propinatus menstrua provocat. Contritum lignum capiti totique faciei illinitum Cephalalgiam tollit, ex ardore ortam, faciemque præservat a Solis ustione.

In Celebe ad sinus *Cajeeli* alia Sandali species occurrit, quæ *Tsjendana Ackar*, h. e. *Sandalum radicis* vocatur, quum lignum arboris illius non usurpetur, sed tantum ejus radices, quæ odoratæ sunt, Sandalumque spirant, lignum autem colore & odore cum vulgari Sandalo convenit, sed odor ejus est fortior: Crescit quoque in sinu *Tominensi* circa pagum *Parigi*, plurimumque adhibetur rapsatum, quo cadavera in Sandapilis conspergunt, quem in finem vulgare album quoque usurpatur. Macasserenses enim omne Sandalum ita mortuis dedicant, ut nullis aliis lignis, quæ in quotidianum adhibent usum, apponant; ita quoque abhorrent, & aversantur Sandali odorem, ut illum percipere nolint nisi apud demortuos, vel ad sepulturas, uti nostra natio *Benzoin* illos in usus advocat. Istius Sandali speciei quædam mihi ex Macassara transmissa fuere segmenta, quæ pro vero habui Sandalo, quum eundem spirabant odorem, coloremque habebant Sandali pallidi, sique cæderentur, ramenta eorum instar vitri dissiliebant minuta, ita ut nullum observare possem discrimen inter hoc atque radicem veri Sandali.

Notandum quoque est & attendendum, plurima odorata ligna a scriptoribus denotari Sandali denominatione, uti inter alios O. *Dapperus* in Africæ descriptione dicit, in regno *Ansiko*, quæ media est Africæ regio, binas inveniri magna copia Sandali species, rubrum nempe, ibi *Tawille*, & album *Zikongo* vocatum, hocque tanquam optimum in pulverem contusum & cum oleo Palmæ mixtum ab incolis adhibetur ad corpora sua inungenda ad sanitatem conservandam.

Ad præcedentium explicationem subjungam quædam, quæ Archithalassa *Cornelius Speelman* in Celebes descriptione notavit sequenti modo:

Elegans ac grave hic præterea occurrit Sandalum in regione nempe Keyely: Parvum est odoris expers, grave autem fortius spirat quam Timorense, nondum inde transportatum est, sed inveniri certum est, Incolæ cædere recusarunt præ timore, ipsis in Regis favorem fore noxium atque adversum, unde quum rex quidquam Sandali peteret, ipsi donabant leve atque inodorum Sandalum, ut inturbatos illos sineret. Factum tamen aliquando fuit, ut privato quid vendiderint bonæ notæ,

die daar lange by blyft, doch de Macassaren, en Maleyers, (ik en weet niet, om wat reden) willen de puere Sandel en reuk aan haar klederen niet hebben, misschien om datze de doode lichaamen daar mede bestrooyen, en noemen 't dierhalven een doode reuk. Voor dezen (gelyk Garzias, *en zyn* Commentator Clusius *zelfs getuigen) wierd het geele Sandel-hout zo weinig gevonden, dat men onder vyftig mooten pas een opregte geele bekomen konde: weshalven die beide Heeren twyffelden, of het zelve wel in Portugaal en Europa overgebragt wierd, dewyl meest alle 't gene men in de Apotheeken verkogte, wit en van weinig reuk was, en het geele zelfs in Indiën meer kostte, dan het in Europa konde verkogt werden. Doch zedert de Nederlanders die Negotie mede by der hand hebben genomen, is het zelve in beter kennis geraakt, en ook in meerder quantiteit te bekomen, en indien het dan, in Europa gebragt zynde, wat van zyn reuk mogte verlooren hebben, zo moet men de oorzaak daar van toeschryven aan de kleine zorge die de Koopluiden, of Schippers dikwils dragen, omtrent de Inlading van het zelve, want het wil in geen bedompte ruimten, nog by andere sterk riekende waaren gepakt zyn.*

Avicenna, Lib. de Viribus Cordis, *getuigt, dat het Sandel-hout het herte merkelyk versterkt en verblyd, dierhalven bequamelyk gemengt werd onder die dingen, die men ingeeft tegens de kloppinge van 't hert: Van 't gevrevene, met Rooze-water, een overslag gemaakt, en op de maage gelegt zynde, beneemt de verhitheid, en brant desselfs, inzonderheid in de heete koortzen: De dunne schorsse van de stam en wortelen werd ook bewaart tot Medicyne, hoewel menze niet dan met korte stukjes kan afsnyden: In de mont gekaaut, valtze zoet van smaak, en na Sandel riekende: Gevreven, en met eenig nat ingenomen, bevordertze de Vrouwen haare tyd: Het gevrevene hout op het hooft en over het geheele aangezigte gesmeert, beneemt de hooftpyn, die van hitte voortkomt, en bewaart het aangezigte voor de Zonne-brant.*

Op Celebes in de bogten van Cajeeli *heeft men nog een andere zoorte van Sandel-hout, 't welk men* Tsjendana Ackar, *dat is* Sandalum Radicis, *noemt, om dat het hout van dien boom niet gebruikt werd, maar wel de wortelen, die welriekende zyn, en na den Sandel trekkende, zynde het hout van coleur en reuk den gemeenen Sandel zeer gelyk, doch wat sterker van reuk: Het wast ook in de bogt van* Tomini *by de Negory* Parigi, *en werd meest gebruikt, geraspt zynde, om daar mede de doode lichaamen in de kisten te bestrooyen, waar toe ook het gemeene wit Sandel-hout gebruikt word: Want de Macassaren eigenen al het Sandel de dooden zodanig toe, datze het zelve by geen andere houten, dieze dagelyks gebruiken, zullen leggen: Zy zyn ook afkeerig en schrikachtig voor den Sandel-reuk, datze denzelven niet willen lyden, dan by dooden, of begraaffenissen, gelyk onze Natie met de* Benjoin *doet. Van de voornoemde zoort van Sandel zyn my eenige stukken van Macassar toegezonden, en die ik voor regt Sandel hebbe aangezien: want zy waren van den zelfsten reuk en verwe, als bleek Sandel, in 't kappen sprong het zo kort af als glas, zo dat ik geen onderscheit konde vinden tusschen het zelve en de wortel van den regten Sandel-boom.*

Ook moet men weten, en daar op verdacht wezen, dat veele welriekende houten by de Schryvers bekend staan, met de naam van Sandel-hout, gelyk onder andere ook O. Dapper, *in zyn beschryving van Africa zegt, dat men in 't Koninkryk* Ansiko *(een Middellandschap van Africa) een meenigte van tweederlei Sandel-hout heeft, te weten; root, daar te Lande,* Tawille, *en wit* Zikongo *genaamt, met welk laatste (als 't beste) tot stof gestoten, en met olie de* Palma *gemengt, de Inwoonders hun lichaamen smeeren tot behoudenisse van hun gezondheid.*

Tot verklaringe van het naast voorgaande, zal ik hier byvoegen het geen de E. Heer Admiraal Cornelis Speelman *in zyne Land-beschryving van Celebes ter nedergestelt heeft, luidende als volgt:*

Daar en boven valt hier schoon swaar Sandel-hout in dat Landschap, te weten Keyely. Het kleene is reukeloos, het swaare weder ruim zo krachtig als het Timoreese, 't isser niet van daan getrokken tot nog toe, maar 't isser, dat staat vast. De Inwoonders hebben 't gedeclineert te bakken, uit vreeze, dat het haar in faveur van den Koning tot beswaarnisse zoude strekken. Daarom als nu en dan de Koningen wat vorderden, gavenze licht en reukeloos goet, zulx zy verders daar van ongemoeyt bleven.

Sandalum album Timorense.

notæ, indicio, cupidos esse ejus exercendi mercaturam, quod ulterius confirmatur experientia Chinensis Medicinæ Doctoris *Entje Sabban*, soceri *Intje Soulangh*, qui ambo habitant in regno Regis Ternatensium, quibus ob curas institutas in domo Regis Macassarensis licitum fuit ante aliquot annos iter ad illum instituere, quum Sandali sarcinas quasdam inde deduxerunt, inque Macassera vendiderunt, ibi quoque non deficiet copia vel melior ejus species, quam tum temporis accipiebat, si sciant hi homines, illud cum lucro vendi posse, nec illis fore gravamini: natio autem hæc est maligna, cædis avida, ac plurimi sunt gentiles.

ven. 't Is egter wel gebeurt, datze nu en dan aan particuliere wel wat verkogt hebben dat goet was, dienende tot blyk, datze niet ongenegen zyn daar in te handelen, 't gunt nader bevestigt werd door de bevinding van den Sineezen Doctor Entje Sabban, *Schoon-vaer van* Intje Soulang, *beide woonagtig in 't quartier van den Koning van Ternaten, denwelken over gedaane genezing in den huize des Konings van Macasser, eenige jaren geleden vergunt is geweest, een reys derwaarts te doen, wanneer hy eenige baaren daar van daan medebragt, en hier op Macassar tegens 60. Maas de Baar verkogt, 't zal 'er ook aan meenigte of beter zoorte niet mankeeren, als hy doen kreeg, zo de lieden maar weten, dat het tot voordeel en geen beswaarnis kan dienen, maar dit Volk is quaadaardig, moordadig, en meest Heidenen.*

OBSERVATIO.

Sandalum album & *citrinum* ex una eademque arbore colligi & produci testatur quoque *Samuel Dale in Pharmac. p.* 355. ubi dicit, Corticalis arboris pars *Santalum album* dicitur, medullaris vero *Citrinum.* &c. & *Valent.* in *histor. simpl. reformata p.* 186. scribit: *Album Citrinumque Sandalum* ab uno arboris caudice proficiscuntur, quæ in India Orientali *Sarcanda* vocatur, & in Timora insula totas replet silvas, diciturque Fraxino similis, & fructus proferre instar Cerasorum rubros primum, dein per maturitatem nigros, insipidos tamen inutilesque, quæque exteriore sua parte sub cortice album in medio citrinum lignum habet &c. vide porro *Pomet. histor.* de *Drogues. Livre* III. *chap.* 3. *pag.* 107 & 108. ac *Valent. Indiæ litter. epist.* 2. *p.* 386. ut & *Ray hist. plant. p.* 1804. *Park. Theatr. p.* 1604. *Chabr.* 36. *Jonst. dendr. p.* 455. & *J. Bauh. tom.* 1. *p.* 486. *C. B. Pin. p.* 392. & *Histor. gener. Lugd. lib.* XVIII. *cap.* XI. *p.* 1768. &c. a *Breyn.* in *Prodr.* 2. *pag.* 99. *novæ edit.* vocatur SANTALUM verum ligno citrino & albo, foliis Laurinis, cujus Figuram vide *Tab.* V. *Fig.* 1. & *pag.* 19 descript. & in *Ray tom.* 3. *append. pag.* 68. & *Herm. Mat. med. pag.* 85. *cap.* 3. *part.* 1. &c.

AANMERKINGE.

Dat het *wit* en *geel Sandel-hout* uit een en dezelfde boom vergadert wert, getuigt ook *Samuel Dale* in zyn *Pharmac. p.* 353. alwaar hy zegt, het gedeelte van de bast wert het *witte*, dog het mergagtige het *geele* genaamt. en *Valentyn* in zyn *Historia simpl. reformat. p.* 186. schryft, het witte en geele Sandel-hout komt uit een en dezelfde stronk van een boom, die in Oost-Indien *Sarcanda* genaamt wert, en op het Eilandt Timora geheele bosschen beslaat, en gezegt wert aan den Essche-boom gelyk te zyn, en vruchten te draagen als Karssen, eerst wit, daarna door rypheit swart, dog onsmakelyk, en van geen gebruik, welke boom in zyn uitwendig gedeelte onder de schorse het witte, dog in 't midden het geele Sandel-hout geeft &c. verders zie *Pomet histoire de Drogues livre* III. *chap.* 3. *pag.* 107 en 108. en *Valent. India litterat. tweede brief pag.* 386. als mede *Ray histor. plant. p.* 1804. *Parkins. Theatr. p.* 1604. *Chabr.* 36. *Jonst. dendr. p.* 455. en *J. Bauh. tom.* 1. *pag.* 486. en *C. B. Pin. p.* 392. en *Histor. gener. Lugd.* XVIII. *boek. cap.* XI. *pag.* 1768. &c. van *Breynius* in de 2de *Prodr. pag.* 99. van de nieuwe druk wert ze genaamt *Santalum verum ligno citrino & albo, foliis Laurinis* waar van de *Figuur* ziet *Tab.* V. *Fig.* 1. en *pag.* 19. de beschryving, als mede in *Ray, tom.* 7. *append. pag.* 68. en *Herman. Mater. med. pag.* 85. *cap.* 3. *part.* 1. &c.

CAPUT DECIMUM SEPTIMUM.

Sandalum rubrum. Tsjendana Djingi.

NOminis similitudo cum antecedente requirit, ut jam etiam agamus de Sandalo rubro, ac potissimum, quum ab antiquis temporibus & etiamnum plurima Europæ pars in eo versetur errore, quod album, citrinum, & rubrum Sandalum ex similibus proveniant arboribus, & in una eademque crescant regione: Cujus tamen contrarium fuit compertum a ducentis circiter abhinc annis, quum Europæi navigationibus Indias peragrarunt, mihi tamen extra potestatem est aliquid certi de Sandalo rubro describere, quum hæc arbor longe extra territorium disquisitionis meæ crescat, præterea que tot mihi obvenere rubra ligna, quæ pro Sandalo rubro habentur, ejusque adeo differentes relatæ sunt narrationes, ut in hac remota ora vix aliquid certi concludere possim. Subjungam itaque hic postea verosimiles maxime de eo relationes, illarum verificationem relinquens illis, qui mecum has communicarunt, ulterioremque disquisitionem talibus, qui meliorem hujus nacti fuere occasionem. In antecessum itaque rejicio illorum opinionem, qui sustinent cuncta talia rubra ligna, præsertim in Orientali India crescentia, ad unum Sandali rubri genus esse redigenda, uti tales omnes quoque succos rubros inspissatos pro sanguine Draconis habent; De quibus opinionibus semper putavi chaos oriri, ansamque præbere magnorum errorum, uti de ancilla quadam legitur, quæ Domino suo in cibo exhibuerat Cicutam pro vero Chærepholio. Necesse itaque duco cuique speciei suum tribui nomen, hocque describi, & ne species inutiliter multiplicentur, annotari facile potest, qua in parte una cum altera conveniat, quique affinitatis characteres sint observandi.

Ut

XVII. HOOFDSTUK.

Roodt Sandel-hout.

D*E gelykheid des naams met het voorgaande, zoude wel vereisschen, dat wy nu ook spraaken van het roode Sandel, te meer, dewyl men van ouds, en by 't meestedeel van Europa nog in dat misverstant is, dat geel, wit, en root, eenderlei slag van boomen zyn, en op een en 't zelve Land groeyen: Doch waar van men egter het tegendeel ervaren heeft, te weten, t'zedert* 200. *jaren herwaarts, dat de Europianen met haare Scheepvaarten Indiën bevaren hebben, doch voor my valt het onmogelyk, iets zeekers van het roode Sandel te beschryven, dewyl dien boom groeit verre buiten het distrikt van myn onderzoek, en daar en boven zyn my zo veelderbande roode houten voorgekomen, die men aanziet voor roode Sandel, en daar van zodanige verschillende verhaalen gedaan, dat ik aan dezen afgelegen Oort my zeer qualyk daar door kan redden. Ik zal dierhalven alhier vervolgens, of na malkander opstellen, eenige van de waarschynlykste der gemelde verhalen, de verantwoordinge daar van latende aan de gene, dieze my gegeven hebben, en het nader onderzoek aan de zodanige, die beter gelegentheid daar toe hebben. En voor af verwerp ik dan de meeninge der gener, dewelke sustineeren, dat men alle diergelyke roode houten, inzonderheid in Oost-Indiën groeyende, onder een geslagt van root-Sandel behoorde te brengen, gelyk zy luiden ook alle roode en ingedroogde zappen voor Draaken-bloed houden; van welke stellingen ik altyd in dat gevoelen ben geweest, datze verwerringen maaken, en oorzaak geven van groote abuizen, gelyk men leest van een Dienst-meid, dewelke haren meester in de kost dolle kervel, in plaats van regte kervel, te eeten gaf. Ik achte dierhalven nodig, dat men een yder zoorte met haare byzondere naam beschryft, en egter, om de species of geslagten niet onnodig te vermenigvuldigen, kan men daar by wel aanwyzen, waar in het eene met het ander overeenkomt, en wat voor kenteekenen van maagschap daar aan zyn.*

Om

Ut omnia itaque rubra ligna, quæ mihi pro Sandalo fuere obtrusa, ordine recenseam, primum excludo rubrum *Lingoo-lignum* hisce in orientalibus regionibus vulgatissimum, quodque puto nullam cum Sandalo rubro habere convenientiam, excepto tantum colore; uti & ubivis notum lignum *Sapan* dictum, reliqua, quæ pro Sandalo rubro habentur, in tres divido species, uti primo Sandalum rubrum usuale, seu vulgare Sandalum rubrum, quod pro Pharmacopæis in Europam transfertur, atque vetustissimo tempore notum est; secundum est Malaicense, quod a vulgaribus incolis pro Sandalo habetur; Tertium est Portugallicum, quod carissimum & rarissimum est.

De primo vulgari seu Usuali Sandalo rubro nil certius proferre possum, quam quod mecum communicavit peritissimus Botanicus *D. Herbertus de Jager*, qui testis fuit ocularis illorum, quæ mihi retulit, qui ipse illas peragravit regiones, in quibus illud crescit; quique adfirmat, omne vulgare Sandalum rubrum nostræ nationi notum, ac continuo in Europam delatum ex una eademque provenire arbore, ex qua lignum Caliatour dictum habetur; quod lignum est durissimum, solidum, & obscure rubens, quod hodie magna copia in borealibus partibus oræ Cormandelensis conquiri potest, ex quo varia supellectilis genera, uti scamna, sedes &c. eleganter fabricantur; quamvis non omnes hujus ligni arbores verum præbeant Sandalum, sed vetustæ tantum illarum, hocque demonstrat potissimum in litteris anno 1689 ad me datis, quarum textus subsequitur.

Vulgare Sandalum rubrum, quod in re Medica adhibetur, atque ubique in Pharmacopæis Persiæ, Arabiæ, Turciæ, & Europæ prostat; de hoc dico unum idemque esse cum ligno Caliatour dicto, nec ab hoc differre, quodque pro Sandalo distrahitur, quum sit vetustum, uti plurimæ Indiæ arbores odoratum producentes lignum, ultimis suis annis penetrantissimi sunt odoris & efficacissimæ virtutis, quod & in Sandalo citrino itidem observatur. Illud autem verum esse Usuale rubrum Sandalum, nomen declarat, uti *Brahmanes* aliique oræ Cormandelensis gentiles, qui arborum istius regionis sunt gnari, uno testantur ore atque consentiunt; qui lignum hoc Caliatour lingua Santskrietensi *Rakta-Tsjandanam*, h. e. Sandalum sanguineum vel rubrum, & in lingua *Decana*, quæ ordinaria Indiæ lingua est, sed decanico flexu *Reket-Tsjandan* eadem significatione vocant: Hos autem fidem mereri oportet in denominatione & notitia simplicium, quæ ipsa illorum terra subministrat, quæque tot populis inserviunt. Nomen porro *Tsjendan*, ab Arabibus in *Tsjandal* conversum, ab ipsis proprie suam habet derivationem, simulque cum ipso ligno per Indiæ frequentationem, & inde primum in *Persiam*, *Basram*, *Arabiam* transfertur, sicque primum in istis regionibus, ac dein quoque in Europa ad usum medicum aliaque fuit adhibitum. Hujus autem nullum notitiæ vestigium reliquerunt veteres. Caussa vero, ob quam inter Sandalum hoc lignum numerant, est, quum hoc ipsum, præsertim si sit vetustum, siccumque contritum, donec incalescat, Sandali odorem de se spargat, qui fortior est, si eo tempore lamella ejus tenuis abscindatur, ipsoque momento illud subodoretur lignum. Si vero hæc arbor recens cædatur, eo tempore, sensibilem admodum spirat Sandali odorem, quoque arbor sit vetustior, eo odor est penetrantior, qui tamen non diu perdurat: Quumque hujus ligni odor est adeo debilis, & cito evanescens, hinc apud gentiles illud non est in tanta æstimatione ac Sandalum citrinum, hincque pro vili acquirendum pretio, uti & hoc ob illam rationem nunquam, vel saltem rarissime, ad corporis inunctionem, quam tantum ob gratum instituunt odorem, ob quem & aliud potissimum adhibetur, usurpant, hincque huic rubro ligno ob debilem præsertim odoris virtutem nomen tribuunt *Koe Tsjandanam*, quod in Doctorum Brachmanensium lingua vile Sandalum denotat. Hæcque caussa *Matthiolum* in illam induxit sententiam, Sandalum rubrum odoris penitus esse expers, sique hic in ligno perciperetur, per participationem ipsi accessisse ab albo vel citrino Sandalo, cui appositum forte fuit. Paulo

Om nu alle de roode houten, die my voor Sandel in de hand gestooken zyn, ordentelyk te verhandelen, zo sluit ik voor eerst daar buiten het roode Lingoo-hout, *in deze Oostersche Quartieren zeer gemeen, en het welk ik oordeel geen gemeenschap met eenig root-Sandel te hebben, behalven alleen de coleur; als mede het bekende* SAPAN-*hout; de andere, die men voor root-Sandelhout, verdeel ik in drie zoorten, als: Eerstelyk* Sandalum Rubrum Usuale, *of het gemeene roode Sandel-hout, 't welk men voor de Apotheken na Europa vervoert, en wel het oudste in kennis is: Ten tweede het Maleydze, 't welk onder de gemeene Inlanders daar voor gehouden werd: En ten derden het Portugeesse, het welk het dierste en zeldzaamste is.*

Van het eerste gemeene of Usuale *roode-Sandel weet ik niet zeekerders voort te brengen, dan het gene my medegedeelt is door den ervaren* Botanicus, *de Heer* Herbert de Jager, *zynde een oog-getuigen geweest van het geene hy daar van voorgeeft, als hebbende perzoonelyk de Landen doorreist, daar het groeit: en houd dezen Heer staande, dat al het gemeene roode-Sandel by onze Natie bekend, en van tyd tot tyd na Europa gebragt, van een en dezelve boom komt, waar van men het zo genoemde Kaliatours-hout heeft; een zeer hart, massyf, en donker-root-hout zynde, 't welk men hedensdaags met groote meenigte in de noorder deelen van de kust Coromandel bekomen kan; en waar van ook veelderlei schoon huisraat van stoelen, en banken word gemaakt: Hoewel niet alle de boomen van dat hout het opregte Sandel uitleveren, maar alleen de oude boomen, en zulks bewyst hy in een brief, Ao. 1689. aan my geschreven, waar in de woorden aldus luiden:*

Het gemeene roode-Sandel-hout, dat in de Medicyne gebruikt werd, en overal in de Apotheeken *van* Persie, Arabien, Turkyen, *en* Europa *gevonden werd, daar van zeg ik nogmaals, dat het zelve met het Kaliatours-hout een is, en daar van niet en verschilt, werdende dit dan eerst voor Sandel-hout gezogt, wanneer het oud is, gelyk de meeste boomen van Indiën die een welriekend hout hebben, op haare laatste jaren alderkrachtigst van reuk en effect zyn, zodanig als van het geele-Sandel-hout ook kenbaar is: En dat het zelve nu het regte* Usuale *roode-Sandel-hout is, wyst de naam aan, gelyk de* Brahmanes, *en andere Heidenen van de kust Cormandel (die in de gewassen van dat Land ervaren zyn) hier in overeenkomen, die dit Kaliatours-hout in het* Santskriers, Rakta-Tsjandanam, *dat is bloet-Sandel, of root-Sandel, en in het Decanys, dat is in de ordinarisse Indische taal van* Decan, *by de draaying van die hooft spraak,* Reket-Tsjandan, *in dezelve beteekenis, noemen: Moetende zy immers geloof verdienen in de benaminge, en kennisse van de drooge, die haar Land zelve opgeeft, en waar van zig zo menigvuldige dienen; te meer de naam van* Tsjendan, *door de* Arabiers *in* Tsandal *verandert, van haar eigentlyk afvloeit, en te zamen met dat hout, door de ommegang van India, van daar eerst in* Persia, Bassra, *en* Arabien *overgebragt, en aldus in die Landen doen, en daar na ook in Europa in het gebruik van de Medicyne, als anders, geraakt is: waar van de ouden ons geen het minste teeken van kennis nagelaten hebben. De oorzaak nu, waarom zy het zelve onder het Sandel-hout reekenen, is om dat het zelve voornamentlyk, wanneer het oud is, droog gevreeven zynde, tot zo lange het werm werd, dan een Sandel-reuk van zig uitgeeft, die nog sterker is, wanneer men op die tyd een fyn dun spaantjen daar affnyd, en dan op dat ogenblik aan dat hout riekt. Dog wanneerze die boom omkappen, zo geeftze op die tyd een zeer doordringende Sandelreuk van zig, hoe meerder van jaren, hoe krachtiger; dieze egter niet lang behoud: En om dat de reuk van dit hout zo swak en flaauw is, zo en is het zelve by de Heidenen ook nergens na in zo groote agting, als het geele-Sandel-hout, en aldus mede voor een geringe prys te bekomen, gelyk zy het zelve ook om die reeden nooit, of ten minsten zeer zelden, tot de bestrykinge van het lichaam, alleen om de lieflyke reuk wille, gelyk als meest altoos het ander, gebruiken, en daarom mede aan dat roode-hout, om haare zo swakke kracht van reuk, de naam van* Koe Tsjandanam, *gegeven hebben, dat in de geleerde* Brachmanise *taal slegte Sandel betekent; hebbende deze oorzaak ook* Matthiolum *in die meening gebragt, dat het roode-Sandel-hout in zig zelfs geen reuk zoude hebben, en by aldien men het zelfde daar aan al bevond, dat die by mededeeling aan het zelfde zoude toegekomen wezen, van het witte of geele-Sandel-hout, daar het by gelegen zoude gehad hebben.* Een

Paulo autem ulterius addit *D. de Jager*, lignum hoc apud omnes Tsjolias seu Oræ Cormandelensis Æthiopes, ibique natos, ubi Caliatour-lignum ipsum crescit, ut & apud omnes eorum descendentes, ipsisque affines, atque hic apud Malaicenses, aliosque generali nomine *Chadja* optime esse notum.

Ita ut mihi, (pergit ille porro,) omnes assentiant illi, quos ego & alii hac de re interrogavimus, unoque ore testentur, Caliatourense lignum ipsissimum ex Sandali rubri arbore provenire, nec ullum aliud præter hoc demonstrare possunt; Quibus itaque tanquam sagacibus & subtilibus mercatoribus, omnium simplicium generum peritis, testibusque rei in ipsorum Patria adeo vulgaris fides deneganda non est, præsertim quum ipsis inde nullum redundet commodum vel lucrum. Simili quoque modo *Garzias ab Horto libr. primo aromat. cap.* 17. distinctis indicat terminis, Sandali rubri arborem in Cormandelæ ora crescere, & sicuti nullum aliud lignum rubrum nisi Caliatourense, quod Sandali odorem etiam spirat, ibi invenitur, quodque sub nomine Sandali rubri ibi apud Herbaristas occurrit, qua in & ego are rei medicæ istius regionis expertis quoque certior sum factus: sic itidem evidens est, cor arboris Caliatourensis unum idemque esse cum Sandali rubri ligno.

Ulterius porro scribit Dom. *de Jager* sequentem in modum:

Caliatourense lignum, quod solidum, durum, & satis grave est, plurimum ad tinctoriam adhibetur artem, ex hoc quoque scamna, sedes, aliaque fabricantur, ac parva ejus pars in medicina usurpatur, quæque in hunc ultimum desideratur finem, neutiquam magnam exhibet quantitatem respectu amplitudinis & latitudinis regionum, ex quibus per totum orbem hunc in usum distrahitur, in quem plerumque illud eligunt, quod vetustius est, & intensum atque obscure rubentem habet colorem, unde & fortius Sandalum spirat, quam vulgare Caliatourense lignum, qui odor frictione, ut supra indicatum est, tantum percipitur: *Armeniique* hoc utuntur in *Syraaza* & *Spahana* ad destillationem spiritus vini, cui elegantissimum dat intense rubentem colorem & tincturam, quamvis sapor ejus mihi non multum placet.

Hæc est Sylloge illorum, quæ Dom. *de Jager* mecum communicavit de Sandalo rubro, quibus lubenter assentio, in quantum respiciant ad Usuale seu vulgare Sandalum rubrum, ac præsertim illud, quod in Europam transfertur: Semper autem in ea fui sententia, a qua non facile decederem, Arabes, a quibus in Europa nobis prima redundavit istius rubri ligni notitia, illud deduxisse ex regionibus ad Africæ Orientales oras sitis, seu insulis ante ipsas positis, uti ex *Lanzybara*, *Madagascara* &c., quas regiones mercatores Arabes ab antiquis jam temporibus frequentaverunt, quamvis potuisset fieri, illud ipsis temporibus ex India quoque fuisse translatum, in hanc veni sententiam, quum non tantum in diversis variæ nationis itinerariis legerim, ista loca gaudere totis Sandali rubri silvis, sed multo magis, quum ab omnibus harum Orientalium regionum incolis, cum quibus versatus fui, Sandalum rubrum audivi denominari *Tsjendana Djingi*, quod Æthiopum Sandalum denotat. Notum enim est *Zingi* & *Zangi*, vel uti nostri Malaicenses illud pronunciant, *Djingi* origine sua tam apud Hebræos quam Arabes denotare Æthiopem crinibus circinnatis ornatum, ac præsertim talem, qui Africæ oram Orientalem inhabitat, quæ regio in hunc usque diem *Sanguebaer* vocatur, in qua *Ptolomæus* quoque *Promontorium Zingis* ponit. Concedo quidem D. *de Jager* in quadam Indostanorum lingua idem quoque nomen significare nigrum, ex quo is dicit *nigros Myrobalonos Zengi Hararah* dici, sed neminem audivi Sandalum rubrum cognominasse nigrum. Nec consequens est Malaicenses, Javanos, aliosve Indicos mercatores navigiis suis Africanas petiisse insulas, ut inde lignum simulque nomen reportarent: hoc autem nomen sive commercio, sive alio quodam casu accipere potuerunt, quod hallucinari nequeo, attamen credere

volo

Een weinig verder getuigt by Heer de Jager, *dat het by alle de* Tsjolias, *of Kust-Mooren, alle in het Land van Cormandel, daar het Kaliatours-hout zelfs groeit, gebooren, of daar van afkomstig, en ook derwaarts geweest zynde, als mede alhier onder de Maleyers en andere, met de generale naam van* Chadja *best is bekent.*

Zoo dat ik haar (zegt zyn E.) mede op myn zyde heb, die alle, zo veel ik, en ook andere, haar daar na gevraagt hebben, eendragtelyk het Kaliatour-hout voor dat van den Sandel-boom erkennen, en gene andere buiten dat kunnen aantoonen; aan dewelke men immers, als doorsleepe Negotianten en Koopluiden, in alle zoorten van waaren wel ervaaren, en als getuigen van een drooge, die in haar Land zo gemeen is, en waar by zy geen het minste intrest of belang hebben, ten vollen geloof moet verdienen. Insgelyks Garzias ab Horto, Lib. 1. Aromat. Cap. 17. *schryft in zeer klaare termen, dat de roode Sandel-boom op de kust van Cormandel wast, en gelyk geen ander root-hout, als het Kaliatoursche, dat een Sandel-reuk heeft, aldaar te vinden is, en het aldaar onder de naam van root-Sandel, by de* Herbaristen *bekend is, zodanig als ik, by de ervarene van dat Land in kennisse van de Medicynalen, ten vollen verzeekert heb; zo is mede zonne klaar, dat het hert van den Kaliatour-boom even het zelfde met het roode-Sandel-hout zy.*

En nog verder schryft hy Heer de Jager *aldus:*

Het Kaliatours-hout, dat vry vast, massyf, en tamelyk swaar is, werd meest tot het verwen gebezigt, ook tot banken, zetels, en stoelen verarbeid, midsgaders een klein gedeelte daar van in de Medicyne gebruikt, makende al het geen, dat tot dit laatste, de geheele werelt door gedistrabeert werd, in proportie van die zo groote, uitgestrektheit dier Landen, gants geene groote meenigte uit, kiezende daar toe van dit hout gemeenlyk het geen dat ouder, hooger, en donkerder-root van couleur, en dienvolgens ook sterker van Sandel-reuk, als het ordinaris Kaliatours-hout is, die men by het vryven, in maniere als boven, eerst regt gewaar werd: bedienende de Armeniers *tot* Sjiraaz *en* Spahan *zig daar van meest in haar disteleeren van Brandewyn, waar aan het zelve een zeer schoone hoogroode coleur komt te geven; hoewel de smaak my niet zeer aanstaat.*

Dit is in't kort by malkander getrokken, het gene de E. Heer de Jager *my van het roode-Sandel medegedeelt heeft, waar mede ik my gaarne conformere, zo veel het gemeene en* Usuale *Sandel aangaat, en inzonderheid het gene men na Europa voert: doch ben ik altyd van gevoelen geweest, en als nog beswaarlyk daar af te brengen, dat de Arabiers, van dewelke wy in Europa de eerste kennisse van dat roode-hout gekregen hebben, het zelve oorspronkelyk gehaalt hebben uit de Landen geleegen aan de Oost-kusten van Africa, ofte de Eilanden daar voor geleegen, als* Lanzybar, Madagascar, *&c. welke Landen de Arabische Koopluiden al van oude tyden bezogt hebben, hoewel het zyn kan, dat het zelfs in die oude tyden mede uit India gebragt is, hier toe werd ik bewoogen, niet alleen, om dat ik in verscheide Reis-boeken van verscheide Natien gelezen heb, dat de voornoemde plaatzen geheele bosschen van root-Sandel hebben, maar nog veel meer, om dat ik by alle de Inlanders dezer Oostersche quartieren, waar mede ik omgegaan hebbe, het roode-Sandel heb hooren noemen* Tsjendana Djingi, *'t welk immers Moors* Ethiops *Sandel wil zeggen: Want het is bekend, dat* Zingi, *en* Zangi, *oorspronkelyk zo in het Hebreeuws, als* Arabies *een krul-haairigen Moor of* Ethiopier *beduit, inzonderheid die de Oost-kust van Africa bewoonen, welke Land-streek tot heden toe* Sanguebaar *genaamt werd, en alwaar* Ptolomæus *ook het* Promontorium Zingis *stelt: Ik sta den E.* de Jager *wel toe, dat in eene van de Indostaansche taal het zelve woord ook swart beduit, waar van zyn E. zegt de swarte* Myrobalanen Zengi Hararah *genaamt te zyn, maar ik heb nog niemant gehoord, die het roode-Sandel den toenaam van swart geeft; het volgt ook juist niet dat onze Maleyers, Javanen, of andere Indiaansche Koopluiden met haare vaartuigen in de Africaansche Eilanden moeten geweest zyn, om dat hout en dien naam, of door Commercie of door eenig ander ge-*

val

volo, quæ D. *de Jager* in istis indicat litteris de Javanorum magna navigatione ab antiquis jam temporibus in ipsas Africæ regiones. Sic quoque D. *de Jager* demonstrat, quam diu homo vivit, addiscendum sibi aliquid esse, in istis enim litteris ipse fatetur, sese in ultimo suo itinere cum honorifica legatione anno 1684 in Persiam instituto, propria edoctum fuisse experientia, quod meæ respondet dictioni, cujus lectori ipsa sua subministrabo subsequentia verba.

Uti autem India cum suis insulis maxima ex parte easdem producit plantas, quas Africæ ora Orientalis uti Madagascar &c., sic & mihi (uti meæ litteræ ipsi datæ hoc demonstrabunt) a vero non alienum videtur, Sandali rubri arborem in Africa & circa eam crescere & reperiri, uti illud ab aliquo tempore ex illis etiam deductum fuit oris, quum cognoverim ultima vice, cum in *Gamrona* essem, hisce temporibus Sandalum rubrum plurimum ex Africæ oris transportari, ac ita porro in Arabiam, Persiam, ac forte in ipsam quoque Zurattam ob facilem istius navigationis aditum, quam certis anni temporibus ultro citroque brevi absolvunt, quodque insuper pro parvo vendunt pretio: Forte & evenire posset, sicuti solum aërque multum contribuat ad virtutem vel vitium cujusdam plantæ, sic quoque hoc lignum ibi esse efficacius ac melius, quod tamen mihi nondum apparuit, quum inter unum alterumve nondum magnam observare potuerim differentiam.

Hisce addo ex iisdem litteris locum Caliatour quondam dictum, hodie in ora Cormandelensi hoc nomine non amplius esse notum, sed tempore mutatum fuisse in *Krusjua-Patanam*, seu *Kisjua-Patan*, ita ut primi nominis memoria inter Europæos tantum conservetur.

Sub Malaicensi rubro Sandalo, quod juxta prædictam divisionem secunda species est, diversa intelligo frustula, quæ mihi per intervalla fuere demonstrata, & ex intuitu a Caliatourensi ligno differunt, quæ externe nigricantis quoque sunt coloris seu obscure rubentis, interne vero sanguinei, per longitudinem tenuibus constantia fibris, pondere vero ligno Caliatourensi cedentia: De hisce autem nihil certi notare possum, quum ipsa inter sese differant frustula, ac indigenæ de eorum ortu diverso loquantur modo, uno tamen ore dicentes, non esse ex ligno Caliatourensi. Nullum notabilem habent odorem, excepto quod carbonibus ignitis inposita parum dent odoris Allii tosti, acrique fumo oculos vellicent, e contra lignum Caliatourense semper comperi jucundum spirare odorem: Quidam indigenæ hæc ex *Siama* peti affirmant, alii ex *Cambodja*, & alii iterum ex *Ternasseri* ad *Malaccæ* partem borealem sita, & inperio regis Siamæ subjecta: D. autem *de Jager* dicit in ultimum locum illa deferri ex Cormandelensi ora, ac porro per totam Siamam deduci, atque æque ac lignum Caliatourense usurpari ad suppellectilem aliaque supra memorata. Hæc autem relinquo iis, qui terras peragrant, nec aliquid certi vel demonstrati ulterius de iis commemorant.

Lignum præterea occurrit obscure rubens, quod Sinenses *Tsjidji*, *Tsidju*, & *Tsjudi* vocant, nusquam nisi in *Quantunga*, *Siama*, & *Cambodja* crescens, quod multi pro specie Sandali rubri habent, ex quo Sinenses suos *Sompits*, h. e. fustes, quibus in mensa ad cibum capiendum utuntur, & caliculos, ex quibus potant, conficiunt. Huic ligno virtutem adscribere volunt veneno, quod talibus caliculis infunditur, vires suas adimendi, ulteriore autem indagine compertum est discrimen inter *Tsjidji* & Sandalum rubrum, quod ex eorum relatu magnos exhibet stipites, quum *Tsjidji* sit parvus, & incurvus truncus, ex quo nil nisi Arack-caliculi, vel tales fustes esorii confici possunt: In illo autem Sandalo rubro, quod ex *Tsjampa* & *Cambodja* transfertur, & intensum, ac magis rubentem habet colorem quam illud, quod ex Cormandela defertur, aliquando molle invenitur cor coloris obscure fusci, multos habens pectines, ac splendens instar *Sanguinis Draconis*, quod si manducetur vel radatur,

val gekreegen hebben, 't welk ik niet raaden kan, en egter wel gelooven wil, het gene voorschreven de Jager *in de zelfde brief daar nederstelt, van de groote vaart der Javanen, in oude tyden zelfs na de Africaansche Landen. Zo bewyst de Heer* de Jager *mede, dat een mensch zo lang by leeft, leeren moet, want in de voornoemde brief bekend hy zelver, dat hy op zyn jongste togt in een aanzienlyke Commissie, Ao.* 1684. *naar Persien gedaan, door eigene ervaring bevonden heeft, het gene met myn zeggen overeenkomt, en waar van ik den Lezer de navolgende zyn eigene woorden mededeele.*

Doch gelyk India met zyne Eilanden zeer na, of ten minsten in 't gros, dezelve planten voortbrengt, als de Oost-kust van Africa, Madagascar, &c. alzo dat my (zo als myne brieven aan zyn E. zullen uitwyzen) het niet waarschynelyk is, dat de roode-Sandel-boom mede wel in Africa en daar omtrent mogte gevonden werden, gelyk dezelve t'zedert daar ook uitgevonden is, hebbende ik nu op myn jongste aanweezen in Gamron *mede vernomen, datze in deze tyden het roode-Sandel-bout nu meest van de Africaansche kust haalen, en voorts zo in* Arabie, Persie, *en misschien ook zelfs in* Soeratte *vervoeren, mits de gereetheid van die vaart, dieze op zyn mousson in zeer korte tyd ginds en weder afleggen, behalven datze het zelve ook voor een civile prys afstaan; zoudende het mede kunnen wezen, dat gelyk de gront en de lugt tot de deugt of ondeugt van een plant zeer veel toebrengt, aldus dit hout aldaar kragtiger, en beter voortquam, als wel in India, en in zyn Eilanden, 't geen my egter nog niet gebleeken is; kunnende ik voor als nog tusschen het een en 't ander niet veel onderscheid maken.*

Hier voeg ik nog by uit den zelfden brief, dat de plaats Kaliatours hedensdaags op de kust Cormandel met die naam niet meer bekend, maar metter tyd verandert is in Krusjua-Patanam, *of* Kisjua-Patan, *blyvende de gedagte van de eerste naam nu maar alleen onder de Europianen bewaart.*

Onder 't Maleytse roode-Sandel, zynde volgens myne voornoemde afdelinge de tweede zoort, versta ik dieverse kleine stukjes, dewelke my van tyd tot tyd getoond zyn, en na oogenschyn van het Kaliatours-bout verschillen, zynde van buiten mede swartachtig of donker-root, van binnen bloet-root, in de lengte fyndraadeg, doch in swaarte het Kaliatours-bout wykende; dan hier van kan ik niet zeekers schryven, dewyl de stukjes onder malkander zelfs verschillen, de Inlanders van hun oorspronk verscheidentlyk spreken, en nogtans eenparig staande houden, dat het geen Kaliatours-bout zy. Zy hebben geen merkelyken reuk, behalven datze op glimmende koolen gelegt zynde, een weinig na gebraade Ajuin-schellen ruiken, met een scherpen rook in de oogen bytende, daar en tegen bevind' ik het Kaliatours-bout altyd lieflyker van reuk te zyn: zommige Inlanders willen dit uit Siam *haalen, andere uit* Cambodja; *en wederom andere uit* Ternasseri, *benoorden* Malacca *gelegen, en mede onder den Koning van* Siam *staande, doch onzen Heer* de Jager *zegt, dat het op de laast genoemde plaats gebragt werd van de kust Cormandel, en voorts door geheel* Siam *vervoert, als mede, zo wel als het gemeene Kaliatours-bout, gebruikt tot huisraat, ende hier boven genoemde dingen, doch ik laate dit over aan die gene, die de Landen doorreizen, zonder verder iets stelligs of zekers daar van te schryven.*

Daar is nog een donker-root-bout, 't welk de Sineezen Tsjidji, Tsidju, *en* Tsjudi *noemen, nergens dan in* Quantung, Siam, *en* Cambodja *wassende, 't welk veele voor een zoorte van root-Sandel aanzien, en waar van de Sineezen haare* Sompits, *dat is Eet-stokjes, en Drinkkopjes maken. Dit willenze mede de kracbten toeschryven van het venyn, dat men in zodanige kopjes doet, krachteloos te maken, maar by nader onderzoek bevind men een verschil tusschen* Tsjidji *en het roode-Sandel, 't welk na haar zeggen in groote blokken valt, daar het* Tsjidji *een kleine kromme stam blyft, daar men niets dan Araks-kopjes, en eetstokjes van maken kan. In dat roode Sandel-bout, 't welk uit* Tsjampa, *en* Cambodja *komt, en hooger-root van coleur is dan het Cormandelsche, vind men zomtyds een week hert, van coleur donker-bruin, met veel kammetjes, en blinkende als* Sanguis Draconis, *in 't kaauwen en schraapen week als wasch, op de tonge scherp bytende, en op koolen gelegt, riekende als het vetste* Lingoo, *of nog wel zo lieflyk, en gants ver-*

smel-

tur, instar ceræ molle est, linguam acriter vellicans, ac carbonibus inpositum odorem spirans pinguissimi ligni *Lingoo*, sed multo jucundiorem, totumque deliquescit; Adeo molle est hoc lignum, ut plurimis in partibus ungue digiti introtrudi possit, in quibusdam vero durius est, in quo convenit cum vero *Kilamo* seu *Agallocho primario*: Magni habetur pretii & æstimationis, inque vetustis truncis rarissime occurrit, in Cormandelensi autem nunquam, sique manibus fricetur seu siccum seu aqua mixtum, manus rubro inficit colore.

Quod *Portugallicum* seu rubrum *Timorense* Sandalum attinet, quod juxta divisionem meam tertia est species, hujus nunquam certam acquirere potui relationem, atque ex diversis frustulis, quæ ex Batavia a variis accepi amicis, non sum certus, unum subesse, quod ex Timora venit. Indigenæ Timorenses hic habitantes uno negant ore, rubrum aliquod lignum Sandalo rubro æmulum in sua inveniri patria, excepto rubro ligno *Lingoo* dicto, nihilominus tamen a fide dignis hominibus accepi, Portugallos rarum ac pretiosum possidere lignum, quod pro Sandalo rubro habent, ac notabiliter differt a vero ligno Caliatourensi, quod ipsis non est ignotum, hocque ex eorum relatu in magna insula Timora cresceret, alii autem putant, apud Portugallos in Timora habitantes conquiri posse, licet in ipsa Timora non proveniret, sed illud ex *Siama*, *Macoua*, vel aliis Portugalliæ locis deferri: Tandem mihi *Radja Amassili-Saban*, nunc cognominatus *Salomon Speelman*, & Rex *Ademantutu* subsequentem dedit relationem, rubrum sese vidisse lignum, quod pro Sandalo rubro habebat, in *Samorro* crescens, quæ *Timoræ* regio est, sitaque in altissimo & horribili monte in media terra, cujus litus *Lacolo* in Zephyream vergebat partem, atque ex hocce ligno incolas suas fabricare tibias Sandali quodammodo spirantes odorem, nec nisi parvis frustis hoc lignum deferri potest ob vias inpeditas; Rubrum hoc ita vocatum Timorense Sandalum præter colorem a Cormandelensi suis quoque differt qualitatibus. Revera enim magis refrigerat, nec ita oculos vellicat, vel faucium ardorem excitat, sed tam parva tantum ejus acquiri potest copia, ut vix experimentum cum eo institui possit.

Nomen. Latine *Sandalum rubrum*, Malaice *Tsjendana Djingi*, h. e. uti dictum fuit, *Sandalum Æthiopicum*, vel magis proprie *Trogloditicum* dictum, quum Arabes omnes incolas Orientalis Africæ partis tam in continenti quam in insulis *Zangi* seu *Zingi* vocant, ex quorum regionibus, uti supra dictum fuit, lignum hoc ortum, fuit deductum: Item *Tsjendana mera* vocatur.

Usus. Sandalum rubrum nunquam ad suffimigium adhibetur, vel unquam carbonibus inponitur ad exhalationem, sed tantum ad usum medicum. Est refrigerantis & exsiccantis naturæ sine ulla adstrictione. Indi plurimum usurpant contra febres contritum, & cum aqua propinatum, atque etiam exterius corpus illiniunt, ut febrilem restinguant ardorem, & cor confortent: Febrim enim ipsam tollere nequit, nisi esset Ephemera. Sandali rubri rasura cum Oryzæ aqua adsumpta Dysenteriam curat: Vulgaris porro opinio est, quod Sandalum rubrum omni venenorum generi hausto resistat, ita ut hoc detegatur, si alicui vasi ex hoc ligno confecto indatur, unde multi Indiæ primores Pinangæ cistas & calices potorios ex hoc ligno fabricatos sumant, ut tali modo venenum, si forte subesset, detegerent; hoc autem nondum experientia comprobatum est, sed quidem, quod multum valeat contra assumptum toxicum, ad ejus vim inhibendam. Magnatibus quoque Malaicensium & Ternatensium tanquam secreta ars & remedium contra haustum venenum habetur Sandalum rubrum, album *Calbahaar* seu Corallium album Indicum cum *Calappa Laut* supra porphyritim trita, si per aliquot continuos propinantur dies, si autem *Calappa Laut* non sit ad manus, bina alia æque bona sunt & summi usus. Quod anno 1677 in Ternata tentatum & boni successus compertum fuit in mercatore Belga & ejus uxore, quibus toxicum ex araneis confectum ancilla miscuerat.

smeltende: Het is zo week, dat men op de meeste plaatzen met de nagel van een vinger daar in duwen kan, doch op zommige weder niet; waar in het overeenkomt met het opregte Kilam, *of* Agallochum Primarium; *Het werd dier en kostelyk gehouden, en men vind het in oude stammen zeer weinig, maar in het Cormandelsche nooit; en als men het in de hand vryft, het zy droog of met water, zo verft het de handen root.*

Het Portugeeze of root Timorsche *Sandel-hout aangaande, zynde volgens myne afdeling de derde zoort, daar van heb ik insgelyks nooit zeeker berigt kunnen krygen, en zelfs van de verscheidene stukjes, die ik van* Batavia, *en andere vrienden bekoomen heb, ben ik niet verzeekert, dat 'er een onder is, het welk van* Timor *komt. De regte* Timoreezen *hier zynde, ontkennen eenstemmig, datter eenig root-hout, na 't vertoonde root-Sandel gelykende, op haar Land gevonden werd, behalven het roode* Lingoo-*hout; Doch des niet tegenstaande, zo werde ik van geloofwaardige perzoonen berigt, dat de Portugeezen onder haar hebben een raar en dierbaar hout, 't welkze voor root-Sandel houden, en merkelyk zou verschillen van het Kaliatours-hout, dat by haar luiden niet onbekend is, en dit zoude; na haar voorgeven, op het groote Eiland* Timor *vallen, doch andere meenen, dat het wel by de* Portugeezen, *op* Timor *woonachtig, te bekoomen is, hoewel zy het op* Timor *zelfs niet en kreegen, maar van* Siam, Macou, *of andere Portugeesse plaatzen bequamen: Eindelyk heeft my* Radja Amassili-Saban, *nu hernaamt* Salomon Speelman, *Koning van* Ademantutu, *het naarvolgende berigt daar van gegeven; namentlyk dat hy een roothout gezien heeft, 't geen hy voor root-Sandel hielt, vallende op* Samorro, *een Landschap van* Timor, *gelegen op een yslelyk hoog, en akelig gebergte, middens Lands, welkers strant,* Lacolo, *aan de Zuid-zyde was uitkomende, en dat uit het zelve hout de Inlanders haare fluiten maakten, mede wat na Sandel ruikende; en men kan het niet dan met kleine stukken afbreeken, wegens de moeilykheit der wegen; Dit zo genaamde* Timoreesse *root-Sandel verschilt, (behalven de coleur) van het Cormandelsche ook in eigenschappen; want inderdaat het verkoelt merkelyker, byt zo zeer niet in de oogen, en brand niet in de keel: maar wy konnen zo weinig daar van krygen, dat men geen regte proef daar van neemen kan.*

Naam. *Latyn* Sandalum Rubrum, *op Maleyts* Tsjendana Djingi, *dat is, als gezegt,* Sandalum Æthiopicum, *of nog eigentlyker* Trogloditicum, *om dat de Arabiers alle de Inwoonders van 't Oosterschе deel van Africa, zo op 't vaste Land, als de Eilanden* Zangi *of* Zingi *noemen, uit welkers Landen, als boven gezegt, men dit hout oorspronkelyk gebragt heeft: ook hiet het* Tsjendana Mera.

Gebruik. *Het roode-Sandel-hout werd nooit tot reukwerk gebruikt, nog ook om het raauw op koolen te rooken, maar alleen tot Medicyn: Het is koel en opdroogende van aart; zonder eenige adstrictie. De Indianen gebruiken het meest tegen alderhande koortzen, gevreeven, met water ingenomen, en van buiten het lyf mede gesmeert, om slegts de koortsige brand wat te blussen, en het hert te versterken; want de koortze zelfs kan het niet beneemen, of het moeste een* Ephemera *zyn; het schraapzel van 't gemelde Sandel met ryswater genuttigt, geneest de roode-Loop: Nog is het een gemeen gevoelen, dat het roode Sandel alderhande ingenoomen venyn tegenstaat, ja zodanig, dat het zelve zig openbaart, als het in eenig vat van dit hout gemaakt gedaan werd; zulks veele Grooten van Indien haar Pinang-doozen, en drink-koppen van dit hout laaten maken, om het daar ingedaane venyn te verklikken; doch dit is nog met geen ondervinding bevestigt ondervonden, maar wel dat het, ingenomen zynde, veel vermag om het woeden van eenig ingegeven venyn te breken: ook werd het by de grooten van de Maleyers en Ternatanen voor een geheime konst, en remedie tegens ingekregen vergift gehouden: namentlyk dat men root-Sandel-hout, wit* Calbahaar, *of Oost-Indis wit* Coraal, *met* Calappa Laut, *alles op een steen gevreven, eenige dagen naar malkanderen inneemt: dog wanneer men juist de Calappa Laut niet en heeft, zo zyn de andere twee evenwel goet en dienstig: 't Welk Ao.* 1677. *in Ternaten geprobeert en bevonden is aan een Nederlands Koopman, en zyn Vrouw, dewelke door haar Meid met Spinnekoppen vergeven waren.*

Sandalo hoc rubro Javani quoque utuntur contra mictionem cruentam, quod ab illis cum aqua supra porphyritim conteritur, per noctem rori exponitur, ac cum Rosarum aqua assumitur: item contra sanguinis vomitum non ex pulmonis morbo ortum, sed ex crudo sanguine per ruptam venam vel aliud quoddam accidens productum. Arabes Sandalum rubrum frigidum & siccum dicunt, saltem frigidius ac siccius reliquis omnibus Sandali speciebus, affirmantque illud cum aqua Rosarum contritum capitisque temporibus illinitum Catharros tollere & exsiccare, qui ad oculos & dentes defluunt, atque cum succo Solani, Sedi, & Portulacæ mixtum & illinitum, dolorem mitigare Arthritidis, Podagræ, aliarumque inflammationum; In Cormandelæ ora ex hoc ligno formant alveos lusorios, discos, aliaque tornionum opera, quæ omnia externe glabra sunt, manentque ex fusco nigra ac polita, cæterum apud illos non magno est in pretio vel usu Medico, nisi quod in febribus corpus hoc illiniant ligno, atque ex majoribus frustis forment imagines idolorum suorum, uti & postes & trabes suorum templorum: Saltem hoc Portugalli præ se ferunt, quodque necessario de prima specie seu Caliatourensi ligno intelligendum est, dum ex testimonio laudati D. *de Jager* nullum aliud rubrum in Cormandelæ ora sit notum: Arabes nobis quoque persuadere cupiunt, Sandalum rubrum odoris expers ac dulci destitutum esse sapore, quod vero de excellenti odore & sapore intelligendum est. Non enim credo, ullum inveniri rubrum Lignum, quod contritum non aliquem odorem saporemve de se exhiberet, atque ore manducatum, salivam non aliquo inbueret colore. Ipsum enim *Lignum Brasiliense* ex *Pisonis* relatu contra febres, oculorumque inflammationes in Brasilia usurpatum, dulcem præbet saporem; sæpiusque optavi, hoc mihi ad manus esset, ut loco vulgaris Sandali rubri id in usum vocarem, ut enim inter omnia illa, quæ nobis pro Sandalo obtruduntur, tale invenirem, quod juxta Arabum relationem frigidæ ac siccantis esset naturæ, non facile fieri posse videbatur; ex omnibus enim frustis, quæ mihi hactenus pro Sandalo transmissa sunt, hinc inde in variis Indiæ locis producta, nullum invenire potui, quod dictas istas possidebat virtutes, saltem contrarium semper in iis observavi. Anno enim 1680, quum magno vexarer dolore ex oculorum inflammatione atque tumore orto, optimum istius ligni in tenuissimum contrivi pulverem, quo oculos illinivi, parumque in illos instillavi, reliquam inbibi partem, quo comperi illinitum loco, quod refrigerium oculis adferret, illud hos vellicare, assumptum fauces arrodere, acrisque esse qualitatis, quamvis tamen postea parum refrigerabat, quod alii mecum etiam testabantur, qui tum temporis hoc fuere usi; Quidam vero erant, qui præ se ferebant, nihil aliud nisi refrigerationem sensisse, quum inbiberent: Portugalli, quum illud ad refrigerandum & exsiccandum interne volunt assumere, hæc tria conjungunt, *Sandalum* nempe *rubrum*, *Pedra Cananeor*, & *Coquinbo*, seu parvum *Calappa-Laut*, quæ simul conterunt, cumque aqua propinant. Si autem *Coquinbo*, quod raro comparari potest, non fit ad manus, duo reliqua nihilominus bonæ sunt notæ: Si vero ad sudores provocandos, venenumque expellendum in usum adhibeant, tum conterunt, simulque jungunt *Sandalum rubrum*, *Caliga-Kackaa*, h. e. *Lapidem Bezoardicum*, vel vulgarem *Bezoar*, qui pro Simiarum lapide ab illis habetur, & *Culiga Landa*, ipsis *Pedra de Porco* seu lapidem porcinum dictum, hæcque simul inbibunt.

Macasserensium Reges patinas Pinangæque cistas habuerunt, quæ ex eorum relatu formatæ essent ex rubro Sandalo, quod ibi ex Timora erat translatum, in frustis tres quatuorve pedes longis, & semi-pedem crassis, externe nigricantibus, interne tenuibus & longitudinalibus, constantibus fibris sanguineis, æqualis coloris, sique radebatur vel secabatur, gratum quodammodo præbebat odorem, recenter cæso rubro *Lingoo* non dissimilem; a ligno autem Caliatourensi diversum erat, quia hoc altiorem habet colorem internum, magisque fuscum & durius quoque est, nec per longitudinem fissuram admittens, ac carbonibus impositum, mox acrem diffundit fumum, quum rubrum Sandalum quodammodo gratum spargat odorem.

Expe-

Het roode-Sandel-hout gebruiken de Javanen ook tegens het bloed pissen, werdende by haar op een steen gevreven met water, een nagt in den douw gezet, en dan met roozen-water ingedronken: item tegen het bloed spouwen, van geen longe-ziekte voortkomende, maar van rauw bloed uit een geborsten ader, of eenig ander accident; de Arabiers houden het roode-Sandel voor kout en droog, immers kouder en droger dan alle Sandel-zoorten, en zeggen ook dat het zelve, met roozen-water gevreven, en aan de slaap van 't hooft gesmeert zynde, opdroogt de Catarren, die op de oogen en tanden vallen, als mede dat het gemengd zynde met Zap van Solanum, Sedum, *en* Portulaca, *en dan opgestreeken, verzagt de pyne van de Jigt, Podagra, en andere ontsteeking. Op de kust Cormandel maakt men daar van schoone Tictakborden, Schyven, en ander draayers werk, 't welk alles van buiten glad is, en swart-bruin komt te besterven: anders is het by hun lieden in geen byzonder waardye, nog veel in Medicynaal gebruik, dan datze in de koortzen het lichaam daar mede bestryken, en uit de grootste stukken maken ze haare beelden, Afgoden, als mede de steilen, en balken in derzelver Tempelen: Immers zo de Portugeezen voorgeven, moet het ook noodzakelyk van de eerste zoorte, of het Kaliatours-bout verstaan werden, dewyl na het getuigenis van den gemelde E.* de Jager *geen ander rood-bout op de kust Cormandel bekend is. De Arabiers willen ook zeggen, dat het roode-Sandel van genen reuk, nog zoeten smaak zoude zyn: Doch 't welk men van een uitnemenden reuk en smaak verstaan moet: want ik gelove niet, dat men eenig root-bout vinden zal, 't welk gevreven zynde niet eenigen reuk of smaak van zig geeft, en in de mond gekaauwt, het speekzel min of meer komt te verwen. Want zelfs het* Brasilien-hout, *na* Dr. Pisonis *schryven, tegens de koortzen en verhitheid der oogen in* Brasil *gebruikt wordende, is van een zoeten smaak; en ik heb dikwils gewenst het zelve hout by der hand te hebben, om het in plaats van het gemeene roode-Sandel te konnen gebruiken; want om onder alle die houten, die ons voor Sandel werden opgedist, zodanig eene te vinden ('t welk na het voorgeven der Arabiers kout, en opdrogende van aart zoude zyn) daar schynt weinig apparentie toe; want onder alle de stukken, die my tot nog toe daar voor toegezonden zyn (hier en daar in Oost-Indiën groeyende) heb ik niet een konnen vinden, dat die voorgenoemde krachten heeft, immers ik heb het tegendeel bevonden: Want Ao.* 1680., *als ik groote pyn van een ontsteeking, en opswelling der oogen had, heb ik het beste daar van fyn gevreven, op de oogen gestreeken, en een weinig daar in laten komen, midsgaders de rest ingedronken, waar op ik bevond het opgesmeerde, in plaats van te verkoelen, in de oogen te byten, het ingedronkene in de keele wat te jeuken, en scherp te zyn, hoewel het daar na een weinig verkoelde, het welk andere nevens my ook getuigden, die het doenmaals mede gebruikten; Doch eenige waaren 'er ook, die staande bielden, anders niet dan verkoeling onder het indrinken gevoelt te hebben; De Portugeezen, alsze het tot verkoelen, en verdroogen binnens lyfs willen gebruiken, zo nemenze deze drie dingen t'zaamen, root-Sandel,* Pedra Cananeor, *en* Coquinho, *of kleine Calappa-laut, het welkze te zamen wryven, en zo met water indrinken; Doch als men de* Coquinho, *dewelke zelden gevonden wert, niet hebben kan, zo zyn de twee eerst genoemde niet te min goet: als zy het om te sweeten, en tegens ingekregen venyn gebruiken willen, zo wryven en mengenze t'zaamen,* root-Sandel-hout, Caliga Kackaa, *dat is* Pedra Bezoar, *of gemeene* Bezoar, *dieze voor een* Ape-steen *houden, en* Culiga Landa, *by hun luiden* Pedra de Porco *genaamt, en nemen dat zo te zamen in.*

De Koningen van Macasser hebben schootels, en pinang-doozen gehat, dewelke na haar eigen zeggen gemaakt waren van een root-Sandel-hout, 't welk daar van Timor *was aangebragt, in mooten van* 3. *a* 4. *voeten lang, en* ½ *dito dik: Van buiten swart bestorven, van binnen fyn en langdraadig, hoog en bloet-root, eenparig van coleur, en, als men het schrapte het roode* Lingoo *niet ongelyk; doch van 't Kaliatours-bout verschillende, dewyl het zelve hooger-root en bruinder van binnen is, als mede harder, en niet wel in de lengte splytende, ook op koolen zynde gelegt, straks een scherpen rook van zig gevende, daar 't roode-Sandel eenigzints welriekt.*

Ik

Experimenta quædam subjungam, quæ institui in omnibus, quæ habebam, frustis, cum illinita calce ad detegendum naturalem eorum colorem & speciem, ut & tincturas, quas spiritui vini infusa hæc frusta exhibebant, &c. Vulgare ac notum Lignum Caliatourense est obscuri sanguinei coloris, quamvis & hoc in sedibus & scamnis ex illo fabricatis etiam læte rubens observaverim, grave porro est, solidum, sed non longitudinales gerens fibras, ac difficulter per longitudinem findendum. Illinita calx per aliquod tempus alba manet, sed dein est læte purpurascentis, vel carnei coloris. Inter frusta pro Sandalo rubro mihi transmissa quædam læte vel instar Minii rubebant interne, externe autem ex nigro fusca erant, omniaque longitudinales habebant fibras. Illinita calx in pluribus apparebat læviter purpurascens uti supra, excepto quod in binis frustis, quorum unum læte rubebat, alterum autem sanguinei erat coloris interne, calx conspiceretur flava: Inter hæc etiam erat frustulum, quod perfricatum distincte Sinapios odorem referret, alterum languidum Sandali spirabat odorem, plurima autem nullum dabant.

Ik zal hier nog byvoegen eenige preuven van alle de stukjes, die ik gehat heb, aangaande haar natuurlyke coleur en vertoonig met opgesmeerde kalk, als mede de tincturen, die zy in de Brandewyn van haar geven &c. Het gemeene en bekende Kaliatoursbout is donker-bloetroot, hoewel ik aan stoelen en banken het zelve ook licht-root bevonden heb, voorts swaar, massyf, doch niet regtdradig en moeyelyk in de lengte splytende. De opgesmeerde kalk blyft wel een tyt lank wit, maar wert daar na licht-paars, of Appel-bloeizel. Onder de stukjes my voor root-Sandel toegezonden, waren zommige licht, of Meny-root van binnen, maar van buiten swart-bruin, en alle regtdraadig: De opgesmeerde kalk vertoonde zig meest aan alle licht-paars, als boven, behalven dat aan twee stukken, waar van het een licht-root, en het ander bloet-root van binnen was, zig de kalk geel vertoonde: Daar was ook een stukjen onder, het welk gevreven zynde, kaarlyk na mostaart rook, het ander had een slappen Sandel-reuk, en de meeste gants geen.

In Rumphii Auctuario hæc addita sunt.

Dapperus utraque *Sandali* ligna in Africa sese invenisse putat, narrat enim in *Ansiko pag.* 180. „ Ingens Sandali copia hic occurrit, *rubrum* nempe „ quod *Fawille*, & *album*, quod *Sikongo* incolis dicitur; quo posteriore tanquam optimo in pulverem contuso, & cum oleo Palmæ mixto incolæ suum inungunt corpus ad sanitatis conservationem. Amicus quidam ex Batavia anno 1697. mihi misit frustum rotundum rubri ligni *Caliatour* dicti, cum altero oblongo frusto; cum relatione, primum illud pro *Sandalo rubro* ibi vendi, quod odorem *Sandali* etiam quodammodo spirabat, altera autem minor & oblonga pars odore erat destituta. Utrumque in Java crescit, in parte ejus australi, sed raro occurrit, & non nisi apud Primores. Segmentum vero illud rotundum a præfecto Baleyensium dono datum fuerat *Pangorang* Bantamensi, in cujus venditione emptum erat pro quindecim imperialibus, ponderabat vero libras decem. Juxta relationem istius amici ejus segmentum in Patriam seu Hollandiam secum ducturus est, ut exploret, an illud, quod ex Indiis Occidentalibus transfertur, & nomine Sandali rubri magna copia Ratisbonæ secatur, inque Pharmacopæis venditur, ejusdem esset notæ, seu cum illo conveniret.

In de vermeerdering van *Rumphius* is dit'er bygevoegt.

Dapper *wil mede de beyde* Sandel-houten *in Africa vinden, want hy beschryft in zyn* Ansiko pag. 180 „ *Men heeft 'er meenigte van* Sandel-hout, *te weeten* „ rood, *daar te Landt* Fawille, *en* wit, Sikongo *genaamt; met welk laatste als het beste tot stof gestooten,* „ *en met* Olie de Palma *gemengt, de Inwoonders hun* „ *lichaam smeeren tot behoudenis van gezontheit. Zeeker Vriendt heeft my van Batavia in January* 1697 *een rond schyfje van rood* Kaliatour-hout, *nevens nog een langwerpig stukje gezonden, met berigt, dat het eerste aldaar voor* roodt Sandel-hout *verkogt wert, hebbende eenigzints een reuk na* Sandel-hout *trekkende, dog het kleyne langwerpige stukje had geen reuk: Het valt beyderzyds op Java na de zuyd-kant, maar is weinig en maar by de Grooten te bekomen. Daar die ronde schyve afgezaagt was, hadde toebehoort den Kapitein van de Baliers, die het van een* Pangorang *van Bantam tot een vereering bekomen hadt, en op wiens verkoping het verkogt is tot* 15 *ryksdaalders, wegende omtrent tien ponden. Volgens schryven van dezen Vriendt zoude hy diergelyke schyve mede na 't Vaderlandt neemen, om te zien, of het geen uit de West-Indiën komt, en onder de naam van* roodt-Sandel-hout *in overvloet tot Straasburg gemalen, en in de Apotheken verkogt wert, daar mede overeen komt.*

OBSERVATIO.

De Sandalo rubro vide porro *Valent. histor. simpl. reform. p.* 186. & *Indiæ litter. epist.* 2. *p.* 387. & *Sam. Dale Pharmac. p.* 376. qui varios collegit auctores, ut & *Ray hist. pag.* 1805. *Park. Theatr. p.* 1605. *J. Bauh.* 1. *p.* 489. & *Chabr.* 37. nec non *Jonst. dendr. p.* 456. ut & *Ray tom.* 3. *append. p.* 84. & *Herman. Mat. med. p.* 89. qui dicit esse arboris filiquosæ, floribus papilionaceis.

Tria hæc *Sandali* ligna descripta quoque occurrunt in *Valent. Amboniæ descript. pag.* 206. & 207. qui & præcedentia *Agallochi veri* & *spurii* ligna breviter quoque descripta exhibet.

AANMERKINGE.

Over het *Roode Sandel-hout* ziet verders *Valent. histor. simpl. reform. p.* 186. en de tweede brief van het *geletters Indie p.* 387. als mede *Samuel Dale Pharmac. p.* 376. die verscheide Schryvers aanhaalt. en *Ray hist. p.* 1805. en *Parkins Theatr. p.* 1605. als ook *J. Bauh.* eerste deel *pag.* 489. en *Chabr. p.* 37. en *Jonst. dendrol. p.* 456. en de *append.* van *Ray* derde deel *pag.* 84. en *Herman Mater. med. p* 89. die zegt dat het een boom is met Peulagtige vruchten, en Kapels-vormige bloemen.

De drie zoorten van *Sandel-houten* werden mede beschreven gevonden by *Valent.* in de *beschryving* van *Ambon pag.* 206. en 207. die de voorgaande *Calambac* en *Agel-houten* ook kortelyk beschryft.

CAPUT DECIMUM OCTAVUM.

Pseudo-Sandalum Amboinense: Sasuru.

HÆc non alta sed crassa est arbor in summis Amboinæ montibus, sed rarissime obveniens, quæ rectum gerit truncum, formamque majoris Jambosæ præ se fert, folia autem ejus sunt ampla, similia *Bancudu*, vel instar *Mangæ fœtidæ*, pedem seu quindecim pollices longa, ultra octo digitos & amplius lata, glabra, intense viridia, flavisque parallelis ac transversalibus costis pertexta, juniora vero folia ad oras parum sunt dentata brevissimis ac raris dentibus, quorum vestigia in vetustis etiam apparent. Folia hæc sine ordine rotundis, firmis, ac spithamam longis insident petiolis ad ramorum summum, ex rotundo quasi caliculo ortum suum ducentibus, qui ramo ipsi adnectitur, cumque ipso decidit folio, binas gerens auriculas acutas, contrita vero folia odorem præbent & saporem gratum & acidulum.

Flores in amplis proveniunt umbellis in circulo extensis instar amplæ patinæ, qui ex crassis & longis formantur pedunculis in centro conjunctis, instar radiorum rotæ: Quisque autem radius pedem circiter est longus, vel paulo magis, estque in summo tripartitus in minores petiolos, quorum quisque ad summum extensus est instar orbis, atque huic insident multa albicantia granula, primo paulo majora granis Milii, dein autem excrescunt in baccas instar Pisorum, vel parvorum Cerasorum nigrorum, hactenus albicantes & coronula ornatas, si capitula hæc separentur, formam præbent quodammodo florum Limonum, uti quoque sensim tales excrescunt, sed multo succosiores sunt, nec ita albi ac flores Limonum; quinam subsequantur fructus, me latet, hæc enim capitula tarde sese aperiunt, nec in fructus excrescunt, sed frustra decidunt: Non simul quoque excrescunt in orbiculis istis, sed unus post alium aperitur flos. Hæcque umbella optime ornatam refert coronam, qualis nuptiarum festivitate suspenditur, quem in usum etiam adhibetur, in nuptiis nempe quorundam Amboinensium Principum.

In ramis quoque apparent vestigia orbicularum, ex quibus foliorum petioli excrevere, illi autem medullam intus habent fungosam instar Sambuci, sed magis aquosam: Trunci cortex est glaber, cinereus, cum fuscis maculis & verrucis, intus autem est fungosus, mollis, & flavis pertextus lineis, saporis aciduli ingratique odoris: In vetustis arboribus cortex exsudat flavum & tenax gummi, quod in nigricantem & obscure fuscam exsiccatur resinam, sed non magna copia: Recens arborum lignum est album & molle, siccum vero in ruffum vergit, fere instar flavi *Lingonis* ligni, aliquando etiam est ex ruffo cinereum, plurimis venulis intricatis constans, unde difficile secatur, quum per longitudinem non bene possit findi, resina autem, uti dictum est, non nisi in vetustissimis reperitur arboribus, nec nisi in quibusdam trunci locis, qui sponte fissuram fecerunt vel incisi sunt: Recens lignum nullum spirat odorem, sed siccum præsertim, quod ex vetustis & sponte delapsis collectum est arboribus, odoremque habet *Lingoi-ligni* sed, multo fortiorem, odorque vergit in Rosmarinum, vel Oleum Spicæ. Resina recenti utuntur Amboinenses pro suffimigio, lignum autem carbonibus inpositum ingratum spirat odorem: Flores autem plerumque mensibus Septembri & subsequentibus apparent.

Nomen. Latine *Pseudo-Sandalum Amboinense*; Amboinensibus in Leytimora dicitur *Sasuru*, in Hitoë vocatur *Tonokuko*, h. e. lignum suffitus, nostraque natio ipsi nomen tribuerunt Rosmarini ligni, seu Sandali Amboinensis.

Locus. Raræ tantum occurrunt arbores in Amboinensium montibus, ad Hitoë oram, unde incolæ *Sajæ* arbusculas quondam deduxerunt quasdam, illasque plantaverunt in Leytimora, in valle umbrosa prope rivulum *Onoway*, qui unum exhibet ostium, ex quo fluvius Elephas dictus excurrit prope Castellum Victoriam.

Amboinenses hanc habent arborem pro Sandalo suo, quo nomine me adliciebant in illum locum, ut ibi eam conspicerem, ubi ergo anno 1665, binas vidi

XVIII. HOOFTSTUK.

Bastert Ambons Sandel-hout.

Dit is geen hooge, maar dikke boom, die men in 't hooge Amboinsche gebergte, en dat nog zeer zelden vint, hebbende een regte stam, en de gedaante van een groote Jamboes-boom, de bladeren zyn groot, en gelyken die van Bancudu, *of die van* Manga Foetida, *een voet, of 15. duimen lank, over de 8. vingers en meer breet, glad, hoog-groen, en met geele parallele ribben over dwers doortogen, de jonge bladeren zyn aan de kanten een weinig getant, met zeer korte en ydele spitzen, waar van men ook eenige teekenen in de oude ziet: Zy staan zonder order, op ronde, styve, en een span lange steelen, rondom de voorste takken, yder in een ront schoteltje, het welk tegens den tak aanzit, en met het blad afvalt, hebbende twee spitze ooren, en zynde gevreven, zo rieken en smakenze ook lieflyk, en wat suuracbtig.*

Het bloeizel komt voort in breede dollen, in de ronte uitgebreit, als een breede schootel, bestaande uit lange dikke steelen, die alle in de midden t'zamen koomen, gelyk de spaaken aan een rat: Yder van deze stralen is omtrent een voet lang, of wel meer, van vooren verdeelt in drie andere steelen, welke aan haar einden breet zyn, als een tafelbortje, en daar op staan veele witte korrels, eerst wat grooter dan de Geerst, maar daar na wordent bezyen, als een Erwte, of kleine Krieke, nog al wit blyvende, van vooren met een kroontje: als men deze knopen van malkander trekt, zo vertoonenze eenigzints het bloeizel van Lemoenen, gelykze ook metter tyd zodanig werden, doch zy zyn veel zappiger, en min wit, dan 't Lemoen-bloeizel, wat voor vruchten daar op volgen, dat is my tot nog toe onbekent, want deze knoppen gaan langzaam open, en vallen dan nog al zonder vruchten af: Zy worden ook niet te gelyk groot aan de bortjes, maar de een na den ander. En deze dolle gelykt wel een geschikte kroon, die men in de Bruiloften ophangt, waar toeze ook gebruikt werd, te weten op Bruiloften van zommige Amboinsche Prinssen.

Aan de takken ziet men de teekenen van de schoteltjes, daar de bladeren ingestaan hebben, en van binnen hebbenze een voos merg, gelyk Vlier, doch waterachtiger, de schorsse des stams is effen, graauw met bruine plekken, en vratten, van binnen voos, week, en met geele linien doortrokken, van reuk suuracbtig, en voor ons onlieffelyk: Aan de oude boomen sweet de schorze een geele en taaye gom uit, dewelke in een swartachtig, en donker-ros hers opdroogt, doch zeer schaars: het versche hout aan de boomen, is wit en week, maar het drooge trekt wat na den rossen, bykans als geel Lingohout, en zomtyds uit den graauwen ros, met veele aderen, die zeer verwart door malkanderen lopen, en waarom het moeyelyk te klooven is, als niet wel in de lengte willende splyten, het hers, als gezegt, ziet men niet dan aan de zeer oude boomen, en dat maar op eenige plaatzen aan den stam, die van zelfs geborsten zyn, of daar in men gekapt heeft, het versche hout heeft geen reuk, maar wel het drooge, inzonderheit dat van oude en van zelfs omgevallene boomen komt, riekende als Lingoo-hout, *doch veel sterker, en den reuk trekt ook wat naar Rosemaryn, of Spyk-olie. Het hers gebruiken de Amboinezen tot reukwerk, te weten 't versche, doch het hout op koolen gelegt, riekt onlieflyk: het bloeizel ziet men doorgaans in September, en de navolgende maanden.*

Naam. *In't Latyn* Pseudo-sandalum Amboinicum, *in 't Ambons op Leitimor,* Sasuru, *op* Hitoe *hiet het* Tonokuko, *dat is* Lignum Suffitus, *en onze Natie hebben het den naam gegeven van* Rosemaryn-hout, *of Ambons* Sandel-hout.

Plaats. *Men vint maar eenige weinige boomen in 't Ambons gebergte, en dat op de kust van Hitoe, van daar hebben de Radjas van Saja eertyds eenige boompjes gehaalt, en dezelve geplant op Leitimor, in een donkere Valei, by het Reviertje* Onoway, *zynde een van de hoofden, die de Revier den Olipbant maken, die by het Casteel Victoria loopt.*

De Amboineezen houden hem voor haaren Sandel-boom, met welke naam zy my daar na toe troonden, om die te bezien, daar ik dan Ao. 1665. twee boomen vont, beide een

di arbores, utrasque viri crassitiem æquantes, nullam præbentes resinam, quum nimis essent juniores, occurrunt quoque post *Wayum* circa Dammaras arbores, illæ autem in vicinis regionibus majori numero sine dubio crescent, in Cerama nempe & in Xuliassensibus insulis. Quum sæpius majora horum arborum frusta, immo fere dimidias arbores hinc inde in litore invenerim, quas incolæ bene noverant in illa non crevisse regione: observare itidem in iis potui, per aliquod illas tempus in mari fluctuasse, atque fuisse circumvolutas. In Hitoës terra in districtu pagi *Senalo* diu meo tempore talis projecta jacuit arbor, ex qua mulierculæ ramenta cædebant pro suffimigio, atque in eodem districtu & illo *Keytetto* postea aliquot tales invenimus arbores, quæ adhuc vigebant, in aliis vero pagis ignotæ erant.

Usus. Quum arbor hæc tam raro occurrat, pauca de ejus usu commentari possum, tantumque de Hitoënsibus vidi, ejus ramenta illos ex montibus deducere, quibus ad vestium suffitum utebantur, quæ in minimas cædebant partes cum radice *Tacari*, h. e. *Gladioli odorati*, *Benjoim*, ac pauxillo sacchari albi, quæ simul carbonibus inponebant; Hoc autem lignum prius bis terve aquæ salitæ inmergunt, soleque ardenti exsiccant, quo ejus odor penetrantior est, ita ut Amboinenses hoc ligno utantur loco *Agallochi*, a cujus odore multum tamen differt: Nihilominus magni faciunt æque hoc lignum ac ejus resinam, suisque naribus gratam putant, qua in re ex meo judicio deridendi sunt, odorem saltem contritorum foliorum ac recenter cæsi corticis adeo gravem inveni, ut Cephalalgiam mihi excitaret. Si elegantia hujus ligni frusta occurrant non nodosa, in asserculos secari possunt, ex quibus cistellas fabricavi, quæ elegantis erant adspectus, quum lignum tenuissimis constet fibris ac venis; sed non bene poliri potest: Inter lævigandum hoc lignum tam fortem excitabat Camphoræ odorem, ut vix illum in cubili tolerare possem, atque asserculæ ultra annum postea liquorem quendam exsudabant, qui maculas olei referebat: Cum hujus ligni crassiore rasura conchylia quædam colligavi in alia tali cistula, quæ simili quoque modo tenacem quandam Gummi substantiam Conchyliis adfigebat, ipsisque picis instar tenaciter adhærebat, quamvis lignum hoc antea penitus siccum fuisse quis credidisset: Ore manducatum fortem aromaticumque dat saporem ad Rosmarinum seu Lavandulam accedentem: Hæcque forte arbor est, quæ in Macassara *Bitau* vocatur; sed rarissime ibi occurrit, & non nisi in altis montibus, quæ rectissimum gerit truncum ac folia instar *Bancudu*, sed paulo majora; Ejusque lignum seu truncus tantum adhibetur ad malos navigii Regis, quum non facile rimas agat, unde nulli alii licitum est hoc uti. Hujus sæpe, uti dictum fuit, ligni frusta in litore inveniuntur, haud diu maris æstu agitata, nec sole sæpius exsiccata, quæque depurata & cubili inposita odorem Spicæ seu Lavandulæ diutius servant, huncque per cubile spargunt.

Hæc arbor videtur affinis esse tribus quatuorve fruticum speciebus, postea *Lib.6.* sub nomine *Scutellariæ* descriptis, quæ omnes simile quoque præbent Gummi, ac aliæ plantæ, quæ Opoponacem fundunt, cui hujus arboris Gummi simile est.

Roweyl in *Boero* crescens species est præcedentis arboris, ejusdemque est magnitudinis & crassitiei: Illius folia sine ordine ad ramorum summum locantur, duodecim & quatuordecim pollices longa, quinque digitos lata, ab utraque parte glabra, acuminata, illaque *Bancudu*, seu angustifolium *Polot* referentia, intense viridia, glabra, & splendentia, cum paucis lateralibus costis, quæ ad oras arcuatim desinunt, superiusque in acumen acutum & firmum instar acus desinunt apicem. Ad oras videntur integra, sed, si attente attendatur, remotæ, nec profundæ apparent serraturæ, cum brevi obtusoque apice, qui manifestus est character affinitatis cum præcedenti *Sasuru* & *Scutellariis*: Foliorum petioli culmum circiter crassi sunt, rotundi, & firmi, quatuor quinqueve pollices longi, amplasque ad ramos auriculas gerentes, quum præcedentis arboris petioli patellam formabant, facileque decidunt, relinquentes vestigium seu indi-

een man dik, zy en gaaven geen hars uit, om datze nog te jonk waren, men vintze ook agter Way, omtrent de Dammer-boomen, maar dezelve moeten mede op de nabuerige Eilanden in meerder getal vallen, als op Ceram, en in de Xulaasse Eilanden: Want ik dikwils groote stukken, en schier halve boomen hier en daar op strant gevonden hebbe, die de Inlanders wel wisten aldaar niet te wassen, en men kon 'er wel aanzien, dat zy in Zee lang gerolt hadden: op 't Lant van Hitoe in 't distrikt van 't dorp Senalo *heeft by mynen tyd lange een zodanigen boom gelegen, daar de Vroutjes spaanders afkapten, om reuk werk van te maken, en in 't zelfde distrekt, als mede in dat van* Keytetto, *hebben wy namaals nog eenige diergelyke boomen gevonden, die nog groeiden, maar op andere Negorynen wårenze niet bekent.*

Gebruik. *Dewyl deze boom zo weinig gevonden wert, kan ik nog weinig van zyn gebruik schryven, hebbende alleenlyk van de Hitoeezen gezien, dat zy daar van de spaanders uit het gebergte afbragten, om die tot berooking van haare klederen te gebruiken, dezelve klein kappende, met de wortel van* Tacari, (*dat is* Gladiolus odoratus,) Benjoin, *en een weinig witte suiker, 't zelve dan gezamentlyk op koolen smytende: Doch dit hout doopenze te vooren twee of drie reizen in zout water, en droogen het weder in de heete Zon, waar door zyn reuk sterker wert, zo dat de Amboineezen dit hout gebruiken in plaats van* Agallochum: *Van wiens reuk het nogtans veel verschilt: Niet te min makenze veel werks zo van 't hout als van 't hars, en houden 't voor haare neuzen zeer lieflyk, daar in zy myns oordeels te belaggen zyn; immers den reuk van de gevrevene bladeren, en vers gekapte schorsse heb ik zo sterk bevonden, datze hooft-pyn verwekken: Als men mooye stukken van dit hout vint, die niet knoestig zyn, zo kan men plankjes daar van zaagen, waar van ik kleine kistjes gemaakt hebbe, die haar fraai vertoonden, om dat het hout fyn geadert, en gewatert is, maar het wil zig niet glat laten werken, in 't schaaven gaf het zo sterken Camphar-reuk van zig, dat men het in de kamer qualyk harden konde, ook sweetten de plankjes, ruim een jaar daar na eenige vogtigheit uit, 't welk men voor olye-vlekken aanzag: Met het grove schraapzel van dit hout heb ik ook eenige Zee-hoorntjes ingepakt gebad in een ander kistje, 't welk insgelyks een taaye gomachtigheit aan de hoorens zette, en daar zo vast aankleefde als pik, hoewel men nogtans dit hout voor geheel droog zoude hebben aangezien: In de mont gekaauwt wordende heeft het een sterken speceryachtigen smaak, zeer na de Rosmaryn ofte Lavandel trekkende. En dit is misschien den boom, die op Macassar* Bitau *wert genaamt; doch zeer weinig aldaar te vinden is, en dan nog maar alleen in 't hooge gebergte, hebbende een zeer regte stam, en bladeren als* Bancudu, *doch wat grooter, werdende het hout maar alleenlyk gebruikt om masten in 's Konings Galei van te maken, om dat het niet ligt scheurt, en daarom mag het niemant anders gebruiken. Men vint zomtyds, als gezegt, van dit hout stukken op strant, die niet lange in 't Zee-water gerolt hebben, nog door de Zon dikwils gedroogt zyn, en dewelke zynde schoongemaakt, en in een kamer gelegt, haare Lavandel-reuk langer behouden, en die daar mede vervullen.*

Het schynt of dezen boom eenige maagschap wil hebben met de 3. *of* 4. *zoorten van heesters, hier na, onder de naam van* Scutellaria, Lib. 6. *beschreven, en die alle willen zulks mede doen als de planten, daar de* Opopanax *van komt, waar na de* Gummi *van dezen boom ook gelykt.*

Roweyl *op* Boero *wassende, is een mede zoorte van den voorgenoemden boom, als mede van de zelfste grootte, en dikte: De bladeren staan zonder ordre aan 't uiterste der dikke ryskens op malkanker,* 12. *en* 14. *duimen lank,* 5. *vingers breet, agter en vooren effen, spits, en die van* Bancudu, *of smalbladige* Polot *wel gelykende, hooggroen, te weder zyden glat en blinkende, met weinige zyde ribben, die aan 't einde zeer bogtig lopen, van vooren met een korte styve spitze, als een naalde. Aan de kanten schynenze effen: doch naauw daar oplettende, zo ziet men de wyde en ondiepe kerven, met een korte stompe spitze, 't welk een klaar kenteeken van overeenkomst is met het voorgaande* Sasuru, *en de* Scutellaris: *Haare steelen zyn omtrent een stroo-halm dik, ront en styf,* 4. *a* 5. *duimen lank, en met een breet voetje aan de takken staande, daar de voorige een schoteltje maken, en vallen ligt af: Nalatende haar voetstappen of een teken op de plaats,* daar

indicium illo in loco, in quo fuerunt locati: Illorum odor ac sapor haud ita ingratus est ac *Sasuru*, sed maxime cum *Scutellariis* conveniens: Flores fructusque mihi hactenus penitus ignoti sunt, nec a Boeronensibus dignoscere potui, hos unquam illos vidisse; ramuli, ex quibus folia excrescunt, digitum crassi sunt, leves, ac intus repleti medulla fungosa: Recens ejus lignum nunquam vidi, sed siccum, quod flavescit, fibris constans tenuibus, cum crassis ac pinguibus luteis venis, quæ non ita intricatæ sunt ac in *Sasuru*. Recens in viridi & vegeta arbore lignum est inodorum, interiora vero frusta vetustarum ac deciduarum arborum dulcem ac pinguem, sed fatuum habent odorem, si cruda nec carbonibus fuerunt inposita, qui gratior & melior est in cistulis occlusis, qui tamen brevi disparet. Ex aperto cortice, vel qui sponte fissuram fecit, exstillat flavescens, tenue, ac mucilaginosum Oleum grati odoris, & maxime ad Ambrum accedens, quod exsiccatur in obscure ruffum Gummi, inque paucis & parvis frustulis seu granulis ex cortice detrahi potest. Gummi hoc ad visum Opoponacem haud male refert, sed saporem non habet amarum, at pinguem & languidum instar tosti fere cujusdam cibi: Ita ut non ita gratum sit ac recens Oleum, si non fuerit pice durius.

Nomen. Arbor hæc Latine dici potest *Pseudo-Sandalum Boeronense*, in Boerona autem vocatur *Roweyl*, in Manipa quandam habent arborem, quam *Lowelle* & *Rawelle* vocant, quod idem denotat nomen, ex relatu autem Incolarum alia debet esse arbor, quum folia gerat rugosa & pilosa instar *Canarii Trigoni*, ipsis *Habamalosey*, h. e. cibus porcinus alias dicta.

Locus. Arbor hæc nusquam alibi fuit hactenus inventa, nisi in Boeronæ parte Zephyrea circa *Maserette*, longe a litore in montibus altis, unde & lignum ac Oleum ab Alphorensibus seu silvestribus montium incolis plurimum deducitur, qui nullum alium inde habent usum, nisi quod capillos suos & corpus recenti hoc inungant oleo, quod sponte ex illa effluit arbore.

Usus. Nihil aliud hujus notum est, nisi quum mulierculæ Boeronenses pinguissima aliquando frusta, ac primam liquidam picem seu Oleum ab Alphorensibus dono accipiunt, illud suis miscent oleis, quibus gratum conciliare cupiunt odorem, ac revera hæc pretiosa foret Terebinthina, si barbari illi montium incolæ illam justo colligere scirent modo, ac rite conservare, antequam indurescat.

Si enim hæc terebinthina seu pix liquida in arboribus exsiccetur in duram resinam, tum nullus amplius superest gratus odor, ac carbonibus inposita odorem dat tosti sævi. Ex Boetona anno 1666. frustula quædam istius Resinæ mihi adferebantur, quam fallaces incolæ tum temporis *Ambergunong*, h. e. *Ambram Montanam* vocabant, præ se ferentes rarissime inveniri ac pretiosi odoris esse, destillantem in altissimis montibus ex certis arboribus. Frustula hæc erant satis magna instar Raparum, Gummi Elemni colore & substantia adeo similia, ut pro eo haberentur, quædam enim maculas habebant carnei coloris & opacas, quædam vero pallide ruffas ac flavescentes, sed nullum dabant odorem, excepto quod carbonibus inposita tostum spirarent sævum, ita ut pro nulla alia re illa habere possem, quam pro Resina istius *Roweyl*, quæ sine dubio in Boetonensibus montibus abundanter exsudat, quumque regio ista bituminosum gerat solum, satis ad partem Zephyream nigrum etiam exsudat bitumen, quod purum in mare prolabens in nigerrimas ac splendentes indurescit moles, quas peregrinis pro nigra vendunt & obtrudunt Ambra, si autem bitumen hoc sit molle, & in litore decidat, cum arena sese miscet, lapillis, ac conchis, sicque sensim indurescit in duros, obscure cinereos, fuscos, ac nigricantes lapides, qui igni expositi liquescunt, gravemque de se emittunt odorem; Ex Manipa mihi adducta fuit certa terra, quæ cariosum continebat lignum, ac bacellos, quæ gratissimum Ambræ spirabat odorem, atque occlusa, vel ab aëre conservata diu hunc retinebat odorem: Incolæ autem mihi persuadere volebant, naturalem hujus terræ esse odorem, quæ nullo alio inveniebatur in loco, nisi tantum in angusta terræ plaga circa *Tuboe*, quod situm est in Manipæ parte boreali, ulteriore autem indagine experiebar hoc

daarze gestaan hebben: Haar reuk en smaak is zo sterk en onlieflyk niet gelyk als aan de Sasuru, *maar merkelyk na* Scutellaria *trekkende: De bloemen en vruchten zyn my tot nog toe onbekent, en ik heb van de Boeronezen ook niet ervaren konnen, dat zyze ooit gezien hebben; de takken of ryskens, daar de bladeren aan staan, zyn een vinger dik, ligt, en van binnen met een voos merg gevult. Het versche hout heb ik nooit gezien, maar wel het drooge, 't welk geelachtig is, fyndradig, met vette geele aderen, die zo verwert niet lopen, als aan de* Sasuru. *Het versche hout aan de groeyende boom is zonder reuk, maar de binnenste stukken van de oude en omgevallene boomen, hebben een zoeten, vetten, hoewel slappen reuk, doch niet op de koolen, maar raauw, en nog beter in kistjes opgesloten, die egter in 't kort verdwynt: Uit de gekapte schorsse, of uit de van zelfs geborstene scheuren, vloeit een geelachtige, dunne, doch kleverige* Olie, *lieflyk van reuk, en merkelyk na de* Ambra *trekkende, dewelke in een donkere rosse* Gom *besterft, en met weinige en kleine brokjes of kruimpjes aan de schorsse hangt: Deze* Gom *gelykt van aanzien het* Opopanax *niet qualyk, zynde egter niet bitter van smaak, maar vet en laf, als eenige gebradene kost, gelyk het ook op kolen zodanig riekt: dies dezelve op verre na zo lieflyk niet en is, als de versche Olie, wanneerze niet harder als teer geworden is.*

Naam. *Dezen boom mag men in 't Latyn noemen* Pseudo-Sandalum Boeronense, *op Boero zelfs wortze* Roweyl *genaamt, op Manipa hebbenze ook een boom, dieze* Lowelle *en* Rawelle *noemen, 't welk de zelfste naam wil zyn, dan na het verbaal der Inlanders, zo moet het evenwel een anderen boom wezen: Want hy zoude ruige en haairige bladeren hebben, gelyk die van* Canarium Trigonum: *By hun lieden anders* Hahumalosey, *dat is Verkens kost genaamt.*

Plaats. *Tot nog toe is dezen boom nieuwers gevonden, dan op Boeroes Zuid-zyde, omtrent de Negory* Maserette, *verre van strant in 't hooge gebergte, en daarom wert het hout en de Olie meest door de* Alphoreezen *of wilde bergwoonders afgebragt, die geen ander werk daar af maken, als datze haar haairen en lyf bestryken met den zelven verschen Olie, die daar uitdruipt.*

Gebruik. *Daar van is anders niet bekent, als dat wanneer de Vroutjes op Boero zomtyds de vetste stukken, en eersten weeken Traan of Olie van de voornoemde* Alphoereezen *geschonken krygen, dezelve dan mengen onder haar Olie, dieze welriekent willen maken, en inderdaat zoude dit een kostelyken Traan zyn, indien hem die woeste berg-bewoonders behoorlyk wisten te vergaderen, en wel te bezorgen, eerze hart wierde.*

Want als dezen Traan aan de boomen tot een harde Resina *opdroogt of besterft, zo is daar geen reuk, nog lieflykheit meer aan, en riekt, op kolen gelegt zynde, als gebraden vet. Van gemelde Boeton wierden my Ao.* 1666. *eenige stukjes* Resina *toegebragt, die de bedrieglyke Inlanders doenmaals* Ambergunong, *dat is berg-Amber, noemden, voorgevende dat het zelden wierde gevonden, en van een kostelyken reuk was, druipende in 't hooge gebergte uit zeekere zoort van boomen: Het waren tamelyke groote stukjes of Knollen, het* Gummi Elemni *aan coleur en sustantie zo gelyk, dat menze ook daar voor zoude hebben aangezien, te weten zommige: hebbende plekken hoornverwig en donker, ook zommige licht-ros, en geelachtig: Maar zy hadden geenen reuk, behalven datze op kolen gelegt zynde als gebraden vet rooken, dierhalven ikze voor niet anders konde houden, dan voor een* Resina *van de voornoemde* Roweyl, *dewelke buiten twyffel op het Boetonsche gebergte rykelyker zynen barst uitgeeft, vermits dat Land een* Bitumineuse *gront heeft, dewelke aan de Zuid-zyde ook een swart* Bitumen *uitsweet, 't welk zuiver in Zee komende, tot pik-swarte blinkende klompen verhart, dieze de vreemdelingen voor swarten Amber verkopen, maar als dat weeke* Bitumen *op strant komt, zo vermengt het zig met zant, steentjes, en schulpjes, en werd zo metter tyd tot harde, donker-graauwe, en swartachtige steenen, dewelke aan 't vuur gehouden zynde smelten, en een sterken reuk van zig geven: nog is my van* Manipa *toegebragt zeekere aarde, daar vermolsemt hout en stokjes door liepen, dewelke zeer lieflyk na* Amber *rook, en wel besloten gehouden, of voor de lucht bewaart zynde, dezelve reuk lang behielt: En wilden de Inlanders my wys maken, dat het haar natuurlyken reuk was, en dat die aarde nergens anders gevonden wierde, dan maar alleen op een smallen streek Landts omtrent de Negorye* Tuhoe, *gelegen op* Manipas *Noortzyde,*

B
A

hoc falsum & huic terræ bonum istum odorem conciliari per liquorem aliquem odoratum seu resinam, quæ ex arboribus effluebat; de qua re ulterius vide in subsequente libro tertio caput quartum ad *Canarium odoriferum*, & *Cap. Sextum* ad *Nanarium minimum*.

zyde, maar by nader onderzoek bevont ik dit onwaaracbtig, en dat dien goeden reuk de aarde wierde medegedeelt, door eenige welriekende vogt of traan, die van baare boomen quam af te druipen, ziet bier van breder in 't volgende derde boek, Cap. 4. *in* Canarium odoriferum, *en* Cap. 6. *in* Nanarium minimum.

EXPLICATIO

Tabulæ Duodecimæ,

Quæ exhibet PSEUDO-SANDALUM *Amboinense*, SASURU incolis dictum.

A. Ejus *ramum*.

B. Florum *umbellam* denotat.

UITLEGGINGE

Van de twaalfde Plaat,

Dewelke vertoont den *Amboinsche Bastert-Sandel boom*, SASURU by de Inlanders genaamt.

A. Wyst aan een *tak* daar van.

B. Den *Bloem-tros*.

OBSERVATIO.

Arbor hæc obiter etiam describitur & commemoratur a *Valent. in Amboinæ Descript. p.* 208. *No.* XXXV.

AANMERKINGE.

Deze boom wert ter loop mede aangeroert en beschreven van *Valent.* in de *beschryving* van *Ambon p.* 208. *No.* XXXV.

CAPUT DECIMUM NONUM.

Lignum Papuanum. Caju Rassamala.

Licet hæc arbor in Amboina sit exotica & incognita, hic tamen eam, quum ejus lignum ex vicinis locis in forum venale adfertur, describere oportet, saltem in quantum de ejus forma quid ex relatu dignoscere potuerim, estque juxta testimonium *Ceram-Lauwerensium* vasta & excelsa arbor, æque in litore, ac in montibus & vallibus crescens, folia formam habent Syderoxyli, sunt autem paulo minora: Ulterior ejus forma ipsis Ceram-Lauwerensibus ignota est, quum *Onin-Cubiayæ* incolæ, ubi plurimum crescit, homines sunt barbarissimi; qui peregrinis non permittunt, ut suas intrent silvas; Hujus arboris nulla pars in usum adhibetur, nisi crassæ ejus radices, quæ magno labore ex terra eruuntur & excæduntur, & tam diu in silvis relinquuntur, donec exterius lignum crassitiem duorum digitorum habens, computruerit atque interior remanserit substantia, cor dicta, quod in magnis frustis venale adfertur, quum hæc plerumque cruris habeant crassitiem & ultra, ulnam seu duos pedes sint longa, durissima & ponderosa, intricata, & findendo difficillima; Color horum duplex est, in magnis enim frustis mellei est coloris cum pauco cinerei mixtus, plurimis constans tenuissimis venis, quæ magis albicant reliquis. Minora frusta seu radices sunt magis albicantes vel flavescentes rarioribus venis, & tenuiori constantes substantia, Sandalo citrino, seu Ebori sordido similes, sed duriores sunt Sandalo, utrorumque vero odor idem est, in florum odorem vergens, sicuti Malaicenses dicunt ad *Styracem liquidam* accedens, ipsis dictam *Rasamalla*; sed ita languidus est, ut vix in crudo percipiatur ligno, magis autem si radatur, & maxime si carbonibus inponatur: In magnis frustis quoque non ita gratus est, estque æmulus acidæ *Sagumantæ*, sique manducentur, sapor *Rasamalla* itidem percipitur, qui maxime ad salsum vergit, vel uti aqua languida ex acidulis, sine tamen aliqua acrimonia, vel ardore.

Quum itaque hæ arbores ac radices tam durum gerant lignum, & incolæ securibus fere destituantur, hinc tam diu has relinquunt arbores, donec præ senectute computrescant ac decidant, quarum radices dein ope ignis separant, quas Ceram-Lauwerenses in ordinata secant vel cædunt segmenta, uti hi etiam, quum securibus magis instructi sint, recentes radices facile eruere possunt, quæ tamen non ita bonum præbent odorem, ac illæ, quæ sponte putrescunt: Sæpius animo perpendi, an non esset species Styracis arboris, quum vero Ceram-Lauwerenses mihi affirmabant, nullum exsudare Gummi vel resinam, neque in trunci ligno peculiarem observari odorem, hinc ab illa recessi sententia.

Nomen. Latine *Lignum Papuanum*: Malaice *Caju Rasamala*, & *Caju Papua* juxta locum, in quo crescit. Ceram-Lauwerenses ipsi hoc lignum vocant *Caju Sa-*

XIX. HOOFTSTUK.

Papuane-Hout.

Alboewel dezen boom bier in Amboina onbekent is, zo moet ik egter, om dat zyn bout uit de naaste plaatzen bier ter markt wert gebragt, dezelve bescbryven, immers voor zo veel ik van zyn gedaante beb konnen vernemen, zynde na bet verbaal van de Ceram-Lauwers *een groote booge boom, zo wel op strant, als in 't gebergte, en de valeyen wassende, de bladeren gelyken na die van 't Yserbout, docb zyn wat kleinder: Zyn nadere gedaante is bun Ceram-Lauwers zelfs onbekent, om dat de Inwoonders van* Onin-Cubiay, *daar by meest valt, zeer wilde menscben zyn, die de vreemdelingen niet wel in baare bosscben willen laten komen, van deze boomen wert niets genomen of gebruikt, dan de dikke wortelen, die men met groote moeite uit de aarde kapt, en dan zo in 't boscb laat leggen, tot dat bet buitenste bout, (omtrent twee vingers dik zynde) daar afrotte, en bet binnenste berte overblyft, 't welk men met groote stukken te koop brengt, want die stukken zyn gemeenelyk een been of wat meer dik: een elle of twee voeten lank, zeer bart en swaar, warrig, en moeilyk om te kloven: De coleur is tweederlei, te weten die van de groote stukken booning-verwig met wat graauw gemengt, en vol fyne aderen, dewelke witter zyn, dan de andere: De kleinder stukken of wortelen zyn witter of bleek-geel, met weinige aderen en fynder van substantie, bet geele Sandel, of vuil yvoor zeer gelyk, docb barder dan bet Sandel, maar de reuk van beide is eenderlei te weten: na bloemen trekkende, of zo de Maleyers zeggen, na* Styrax liquida, *by bun lieden* Rasamalla *genaamt, docb zo slap, dat men dezelve aan 't raauw bout qualyk gewaar wert, docb meer in 't raspen, en nog sterker op kolen: In de groote stukken is die ook zo lieffelyk niet, wat trekkende na* goore Sagumanta, *en in bet kauwen gevoelt men ook den smaak van* Rassamalla, *maar trekt merkelyk na den brakken, of gelyk verslagen water uit een suurborn, zonder eenige scberpte, of bitte.*

Dewyl dan deze boomen en wortelen zo bart van bout, en de Inwoonders qualyk van bylen verzien zyn, zo latenze die meest staan, tot datze van ouderdom verrotten en omvallen, daarze dan de wortelen naamaals afbranden, en die de Ceram-Lauwers *dan in fatzoenlyke mooten zagen of kappen, gelyk zy lieden ook zelfs (als zynde beter van bylen verzien) de verscbe wortelen ligt konnen uitkappen, docb die evenwel zo goet van reuk niet en zyn, als die van zelfs rotten, ik bebbe dikwils gedagt, of bet niet wel een zoorte van Styrax-boom mogte zyn, maar aangezien my de Ceram-Lauwers verzeekerden, dat daar geen Gom nog bers uitquam, en dat ook in bet bout van de stam geen zonderlyke reuk was, zo beb ik van die gedagte moeten afstaan.*

Naam. *In 't Latyn* Lignum Papuanum: *In 't Maleyts* Caju Rasamala, *en* Caju Papua, *na de plaats daar bet valt: De* Ceram-Lauwers *zelfs noemen 't* Caju Samarra, *een*

marra nomine communi cum *Casuarina*, a qua tamen multum differt, quum verum nomen sit *Caju-Samada*, quæ est abbreviatio *Caju Rasamala*.

Locus. Lignum hoc deducitur ex illa *Novæ Guineæ* parte, quæ *Onin-Cubiay* & *Cobiay* vocatur, atque a Ceram-Lauwerensibus, qui Massoy corticem ibi vendunt, navigatione frequentatur. In aliis quoque crescit locis ad Novæ Guineæ partem Occidentalem *Sergile* dictam, quæque sita est ad orientem insulæ *Weygeuæ*. Atque in plurimis aliis *Papuanis* insulis, ac præsertim in illarum maximis *Messoala* & *Ruma-Soala*, sed in media regione in montibus, ubi arbor hæc dicitur folia gerere *Anonæ* similia: Arborem hanc sponte præcipitari incolæ sinunt atque conputrescere, ac dein ejus cor & radices sumunt, hæ autem ultimæ non sunt optimæ: Lignum ab incolis Messoalensibus *Calambacum* vocatur, quo nomine Macasserenses quoque illud indigitant, quamvis multum a vero differat Calambaco.

Album *Caju Rasamala*, quod ebur refert, distinguendum est a cinereo, quamvis utrumque odore conveniat, album enim ex *Tsjampaa* adfertur, tenuioremque habet substantiam, cinereum vero ex insulis Papuanis, quod crassioribus constat fibris, saporemque habet salsum, & in majoribus adfertur frustis.

Usus. Lignum hoc rapsatum album præbet rasuram, quæ supra porphyritim insuper cum aqua odorata, vel ex floribus destillata in pultem conteritur, qua mulierculæ suum inungunt corpus, non tantum odoris gratia, quam ad refrigerium, uti cum Sandalo quoque fit, quod cum Oryzæ farina hinc etiam miscetur, lignum autem hoc magis refrigerat quam Sandalum, ac carbonibus inpositum gratum fundit odorem ad styracem accedentem, raro tamen solum ad suffitum adhibetur, sed semper aliis cum lignis mixtum, non admodum est carum, a Ceramensibus enim quindecim vel viginti pondo pro uno emuntur inperiali. Quod ex Papuanis adfertur insulis, ad visum vilioris videtur coloris quam Cubiense, longioribus constans fibris, & magis opacum gerit colorem, ex melleo & cinereo mixtum, quo autem magis albet, ac solidius est hoc lignum, eo melius habetur. Si accendatur, tarde ignem concipit, sed fortiorem præbet strepitum.

In Java hoc lignum quoque venditur, quod ibi defertur ex *Zeylana*, & *ora Malabarica*, uti mihi relatum fuit, quod multo subtilius est, & substantiam habet magis albicantem & solidiorem, si radatur, pallidum habet melleumque colorem, & ad extremitates vel nodos nigricat. Odore penitus convenit cum *Caju Papua* vel ejus odor jucundior quodammodo est: Ita ut inquirendum hactenus sit, an *Caju Rasamala*, *Caju Papua*, & *Sembrane* oræ Malabarensis, cum isto albo ex *Tsjampaa* delato non una eademque sint ligna, uti puto; ulteriore enim indagine comperi, istud album æque ac cinereum & ruffum in Papuanis crescere insulis, ac præsertim in Messoala, unde venale deducitur ad regiones in sinu Hatuensi sitas in Ceramæ ora boreali; album autem reperitur in inferioribus arboris partibus juxta radices supra terram, cinereum vero & ruffum, quod vilius est, ex ipsis colligitur radicibus sub terra.

naam gemeen met de Casuarina, *van dewelke het nogtans veel verschilt, zynde den regten naam* Caju Samada, *het welke een verkorting is van* Caju Rasamala *boven genoemt.*

Plaats. *Dit hout wert gebragt uit dat deel van* Nova Guinea, *het welk men* Onin-Cubiay, *en* Cobiay *noemt: En dat door de* Ceram-Lauwers, (*die de* Massoy *bast aldaar verhandelen*) *bevaren wert: Het valt ook op andere plaatzen van* Nova Guineas *West-zyde*, Sergile *genaamt, en gelegen regt in 't Oosten van 't Eilant* Weygeu. *Item op meer andere* Papoese *Eilanden, en inzonderheid op 't grootste derzelver* Messoal *en* Ruma-Soal, *doch ver lantwaarts in; en op de bergen, daar dezen boom gezegt wert bladeren te hebben, als die van de* Anona: *De Inwoonders laten hem van zelfs omvallen, en verrotten, en daar na nemenze het hert en de wortelen daar van, doch deze laatste zyn de beste niet, het hiet by de Inlanders van voorschreven* Messoal Calambac, *gelyk het ook de Macassaren zodanig noemen, hoewel het veel van 't regte* Calambac *verschilt.*

Het witte Caju Rasamala, *'t welk wel na Ivoor gelykt, moet men onderscheiden van het graauwe, hoewelze beide malkander in reuk gelyk zyn, want het witte komt uit* Tsjampaâ, *en is veel fynder van substantie, maar 't graauwe komt uit de Papoese Eilanden, zynde veel groover, en brak van smaak, ook in veel grooter stukken.*

Gebruik. *Dit hout geschraapt zynde geeft een wit schraapzel, 't welk men op een steen dan nogmaals, met eenig welriekent of gebloemt water, tot een pap vryft, waar mede de Vroutjes hun lichaam bestryken, niet alleen om de goede reuks wille, maar ook om het verkoelen, gelyk men mede met het Sandel doet, 't welk men ook met Rysmeel daar onder mengt, maar dit hout is wat koelder dan het Sandel; op koolen gelegt zynde, heeft het ook een goeden reuk, wat na den* Styrax *trekkende, dog het wert zelden alleen gerookt, maar altyd met eenige andere houten gemengt, het is niet zeer duur, want men koopt het van de* Cerammers *de* 15. *a* 20. *pont voor een Ryksdaalder: Het gene uit de Papoese Eilanden komt, is in 't aanzien veel slegter van coleur, dan 't* Cabieysche, *ook lankdradig en donkerder van coleur, uit den graauwen, en honing-verwigen door malkander gemengt, maar hoe witter en digter dit hout is, hoe beter men 't acht: Aangesteken zynde, brant het langzaam, doch harder, en knerst wat.*

Op Java wert dit hout ook verkogt, zynde aldaar aangebragt van Ceilon, en de Mallabaarsche *kust, gelyk my berigt is: Het zelve is veel fynder, witter, en digter van substantie, als men 't schraapt, ligt hooning-verwig, en omtrent de einden of knoesten swartachtig: Van reuk het* Caju Papua *gants gelyk, of nog wel wat lieflyker: Zo dat nog te onderzoeken staat, of* Caju Rasamala, Caju Papua, *en* Sembrane *op de kust van Mallebaar, en het voornoemde witte van* Tsjampaa, *niet eenderlei houten zyn, gelyk ik tot nog toe meene van ja: Hebbende by nader onderzoek bevonden, dat zo wel 't voornoemde witte, als graauw-rosse in de Papoese Eilanden valt, inzonderheit op* Messoal, *van waar 't te koop wert gebragt na de Negoryen, gelegen in den* Hatueesen *bogt op Cerams Noord-kust, 't witte vint men aan de onderste vlerken deszelven booms, naast de wortel boven de aarde, maar 't graauw-rosse, 't welk slegter is, komt van de regte wortelen onder de aarde.*

OBSERVATIO.

Videtur hæc arbor eadem esse, quæ in *Thes. Zeyl. pag* 28. vocatur Arbor KÆKURIAGHAHA odorata, ex qua fluit Gummi Elemi *Herm. Mus. Zeyl. pag.* 52. de qua reliqua vide in *Thes. Zeyl. l. c.*

AANMERKINGE.

Deze boom schynt dezelve te zyn, die in de *Thes. Zeyl. p.* 28. genaamt wert *Arbor* KÆKURIAGHAHA, *dicta odorata, ex qua fluit Gummi Elemi* van *Herman* in zyn *Mus. Zeyl. pag.* 52. waar over verders zie de *Thes. Zeyl.* op de *aangehaalde plaats.*

CAPUT VIGESIMUM.

Caju Galedupa.

C*Aju Galedupa* arbor eſt exotica, ſed affines ſuas habet in Amboina, unde & hic ſimul commemoranda eſt: Satis alta eſt arbor, cujus truncus vix ulnis amplecti poteſt, plures gerens breves ac nodoſos ramulos, ex quibus plurimæ foliorum raches propullulant, quæ emittunt quinque ſexve foliorum paria oppoſita, brevibus inſidentia pedunculis, uti in femina Sideroxyli, ſed plura numero, cui etiam ſimilia ſunt, ſed ſunt paulo anguſtiora & acutiora: Quædam enim quatuor pollices longa ſunt, duos vel binos cum dimidio lata, fere inſtar foliorum *Gajang-Laut*, quædam etiam ſunt breviora cum obtuſo apice, glabra, & firma, cum paucis ac tenuibus coſtis: Fructus fere ſunt rotundæ & planæ ſiliquæ, magnitudine nummi inperialis, vel inſtar illorum *Lingoo*, ex binis obſcure fuſcis ſeu nigricantibus pelliculis formatæ, quarum apex ſemper ad unam inclinat partem, in medio autem maxime protuberant, ubi una alterave locatæ ſunt planæ & oblongæ fabæ, majores ſeminibus Lupini, ſuntque adeo duræ, nigræ, & glabræ, ut nigri videantur lapilli, quæ ad unam partem hilum gerunt carnoſum ac rugoſum, inſtar burſæ, qua ſiliquæ junguntur.

Recens arboris lignum eſt durum, ſolidum, & difficile fiſſu, ejus cortex eſt æqualis & glaber. Vetuſtum ac ſiccum lignum externe nigricat, interne cinereum eſt, haud ingrati odoris, ſed debilis, & ad Benzoin accedentis: Fructus recenter aperti talem quoque ſpirant odorem: Ex vulnerato trunci cortice nigricans & viſcoſa effluit lachryma inſtar picis liquidæ, quæ diu liquida eſt, forma ſacchari nigri, ac tandem exſiccatur in gummi nigrum ac durum, quod Macaſſerenſes *Gale-dupa* vocant, & in parvis Bamboſis vendunt. Hocque adeo viſcoſum eſt, ut vix a manibus diſſolvi queat, ſplendens porro eſt, nec peculiaris grati odoris, ſed talis eſt odor, acſi ex *Benzoin & Canari* eſſet mixtum; aliis autem ſuffitibus additum, illorum exaltat odorem & magis durabilem reddit, atque hocce Gummi multum a Macaſſerenſibus expetitur, quum baſis ſit illorum Dupæ, atque omnia reliqua ligna & reſinas in unam cogat maſſam, illorumque odorem facit durabilem: Duram *Gale-dupam*, quæ mihi ſæpe videbatur odorem habere Canarii, putavi reſinam continere *Nanarii minimi* (infra libro tertio deſcripti) ac credo, ſæpius hanc reſinam pro *Galedupa* vendi, præſertim illam, quæ ex Keyenſibus deducitur inſulis, & Macaſſerenſium mercatoribus venditur.

Incolæ enim mihi affirmabant arborem eſſe, quæ minima gerebat Canaria, uti ſunt illa *Amboinenſis Nanarii minimi*, quæ ipſis oſtendebam, inter utrumque tamen magna reperitur differentia: *Galedupa* enim dura eſt, & nigra, inſtar picis, & carbonibus impoſita Benzoino accedit, reſina autem *Nanarii minimi* eſt ſqualida, nec alium habet odorem, quam reſinæ Canarii.

Nomen. Nullo alio mihi innotuit nomine niſi Macaſſarenſi *Caju Galedupa*, juxta dictam reſinam, quæ ex hac fluit arbore, & *Galedupa* vocatur.

Locus. In Celebes parte Occidentali invenitur circa *Marum*, ſed multo magis occurrit è regione Borneæ, atque in inſulis *Saleyera* & *Calaua*, ubique haud longe remota a litore.

Uſus. Dicta reſina, ex cortice fluens hujus arboris, in uſum vocatur, ut inde fiat celebris ſuffitus *Dupa* vocatus, qui ſine hac recenti & viſcoſa reſina in maſſam formari nequit, quum plurima ejus ingredientia ſint ſicca ligna, gummata, & ramenta, quamvis & aliud inſuper viſcoſum oleum, *Tinjo* dictum, & infra libro tertio in Capite de *Nanario minimo* deſcriptum, ad hanc quoque adhibetur compoſitionem, unde & *Gale-dupa* baſis eſt omnium ſuffituum, uti Aloë pilularum, cujus deſcriptio infra itidem ſubſequetur.

Tales quoque arbores in Amboinenſi inperio creſcunt

XX. HOOFDSTUK.

Galedupa-Boom.

CAju Galedupa *is een uitlantſche boom, doch heeft ook zyn maagſchap in Amboina, en moet daarom hier mede gedagt werden: Het is een redelyk hooge boom, wiens ſtam naauwlyks te omvademen is, met veele korte en knoeſtige takjes, en daar aan veele korte dunne ryskens, aan dewelke ſtaan* 5. en 6. *paaren bladeren, tegens malkanderen geſchikt, op korte ſteeltjes, gelyk aan het wyfjen van 't Yſer-hout, doch meerder in getal, en zy gelyken ook dezelve wel, doch zyn wat ſmalder en ſpitzer: Want zommige zyn* 4. *duimen lank,* 2. *of* 2½. *breet, bykans als* Gajang-Laut, *zommige zyn ook korter, met een ronde ſpits, glat, en ſtyf, met weinige en ſubtile ribbekens: De vruchten zyn bykans ronde en platte houwen van de grootte als een ryksdaalder, of gelyk die van de* Lingoo, *uit twee bruin-ſwarte huiden gemaakt, doch de ſpitze ſtaat altyd nader aan de eene zyde: In de midden merkelyk verheeven, daar binnen leggen een of twee platte lankwerpige boonen, grooter dan* Lupinen, *en zo hart, ſwart, en glat, dat menze voor ſwarte ſteentjes zoude aanzien, dewelke daar en boven aan 't eene einde een pelzig of ruig aanwas hebben, als een beurze, waar mede zy aan de ſchaal hangen.*

Het verſche hout is digt, hart, en moeyelyk te kloven, de ſchorſſe effen en glat: het oude en droge hout heſterft van buiten zwart, en van binnen graauw, niet onlieflyk van reuk, doch zwak, en wat na Benzoin *trekkende: de vruchten, vers geopent, geven ook zodanigen reuk uit: uit de gequetſte ſchorſſe des ſtams vloeit een zwarte kleverige Traan, als Teer, die langen tyt week blyft, in gedaante als bruine Suiker, en eindelyk beſterft tot een zwarte en harde Gom, 't welk de Macaſſaren* Galedupa *noemen, en in kleine bamboesjes verkopen: zynde zo kleverig, dat men 't qualyk van de handen krygen kan, daar by blinkende, en van geen zonderlinge aangenamen reuk, maar zodanig, als of het uit* Benzoin *en* Canari *was te zamen gemengt, doch by andere reukwerken gedaan, maakt het derzelver geur krachtiger en duurzamer, en wert deze Gom veel van de Macaſſaren gezogt, om dat het de baſis of grondſlag is van hare* Dupa, *want het doet alle de andere houten en* Reſinen *vaſt aan malkanderen kleven, en onderhout haren geur: Het harde* Gale dupa, *'t welk my zomtyts voorquam, met een reuk als die van de Canary, heb ik dien volgende gehouden voor den Traan van* Nanarium mininum *(hier na lib.* 3. *beſchreven) en ik geloove ook, dat men dikwils den zelven Traan ook voor* Galedupa *verkoopt; inzonderheit de gene, die uit de Eilanden van* Key *komt, en aan de Macaſſaarſe Handelaars verkogt wert.*

Want de Inlanders verzekerden my, dat het een boom was, die gehele kleine Canaris droeg, gelyk als waren die van het Amboinſche Nanarium minimum, *'t welk ik hun lieden toonde, en egter iſſer tuſſen beiden noch een merkelyk onderſcheit: want de* Galedupa *is hart, en zwart als Pik, en op kolen gelegt na* Benzoin *trekkende, maar het hers van de* Nanarium minimum *is vuil, en riekt niet anders dan als* Reſineuſe *Canaris.*

Naam. *Hy is my met geen ander naam bekent, dan met de Macaſſaarſe,* Caju Galedupa, *na het voornoemde hers, 't welk daar uit vloeit, en* Galedupa *genaamt wert.*

Plaats. *Men vint hem op* Celebes *Weſt-zyde, omtrent* Marus, *maar veel meer daar tegen over op* Borneo, *midsgaders in de Eilanden* Saleyer *en* Calau, *overal niet verre van ſtrant.*

Gebruik. *De voornoemde Traan uit de Schorſſe vloeyende, is 't gene men van dezen boom, als boven gezegt, gebruikt, om dat vermaarde reukwerk,* Dupa *genaamt, daar van te maaken, het welk zonder dezen verſchen, en kleverigen traan tot geen maſſa kan gebragt werden, als zynde de meeſte ingredienten drooge houten, gommen, en ſchilveren, hoewel noch een ander mede klevende Oly,* Tinjo *genaamt (en mede hier na* Lib. 3. *in 't* Cap. *van* Nanarium minimum *beſchreeven) daar toe gebruikt wert: en daarom is de* Galedupa *de baſis van alle reukwerken, gelyk de* Aloë *onder de pillen: wiens beſchryving insgelyks hier na volgen zal.*

Diergelyke boomen hebben wy mede hier in 't Amboinſche

cunt in Ceramæ parte Occidentali, in districtu *Caybobbo*, non procul a litore, uti rami & fructus ex Macassara mihi transmissi unas easdemque esse arbores clare demonstrant, hoc tantum discrimine, *Caybobbensium* folia esse rotundiora & firmiora, cum illis vulgaris Syderoxyli magis convenientia; fructus seu siliquæ Amboinenses sunt majores & latiores, distincto, sed breviori apice ad unum inclinante latus. Singula Ceramensis vel Caybobbensis siliqua unum plerumque gerit ossiculum, raro bina, instar lapidis dura, & ex nigro splendentia, sed planiora & tenuiora quam Macassarenses, ad latus dictum hilum gerens, instar bursæ, qua siliquæ nectitur. Plurimum in eo consistit discrimen, quod Caybobbensis arbor nullam effundat nigram resinam, uti Macassarensis, licet incidatur, exceptis quibusdam fissuris, quas sponte agit, in quibus parva videtur contineri copia: Lignum est durum, & crassis constat fibris, hinc inde pingues ac nigras gerens maculas, bonum sed flaccidum dans odorem, sique recens elaboretur, ejusque frustum cubili inponatur, illud totum odore suo replet.

Nomen. Latine *Galedupa Ceramensis*. In ipsa autem *Cerama* circa *Caybobbo* vocatur *Caju Goa* & *Ay Goa*, forte ob convenientiam cum Macassarensi arbore, cujus Metropolis *Goa* dicta est: alii autem hanc arborem dicunt *Aycoa* h. e. arbor odorata.

Usus. Arboris lignum huc usque non est in usu in illis regionibus, extra quas crescit arbor, inque asseres sectum quidem est, sed nequit poliri, quum nimis sit villosum, nec elegantem habeat colorem, odor quoque in toto non percipitur ligno, sed tantum in pinguibus ejus partibus prope radicem, ubi nigrescit ac ruffescit. Radicem etiam erui curavi, sed in ea minorem percepi odorem: Mulierculæ Caybobbenses & Camarienses odoratum conterunt lignum loco Sandali, miscentque Boborri unguento, quo corpora sua inungunt.

Dum in hoc libro sæpius loquatur de Macassarensium suffitu *Dupa* dicto, per totam aquosæ Indiæ partem celebri, quo vestes suas perfumant, atque dicta resina sit ejus basis, hinc generalem ejus subjungamus oportet descriptionem, in binas illum dividentes species.

Primo. *Dupa Radja* seu Regia Dupa, quam plebi non licet componere vel uti; Secundo. *Dupa Balandja* h. e. vulgaris seu venalis Dupa.

Dupa Radja. Sequenti præparatur modo, optimi Aloës ligni seu Calambaci, optimi Garo seu Agallochi ligni (cujus tres sunt species) omnia minutim conscissa si sint instar seminum Cadjang, sumitur catillus, ex quo Thea nempe potatur, anatica quantitate, *Caju* vero *Rasamala* (quod in Macassara erronee Calambacum album vocatur) & Caju Lacca dimidii catilli, trium specierum *Cominjan* seu *Benzoin* de singula unum sumunt catillum, ut & *Unguis Odorati* seu *Unam* binas species, *Ambelauw* nempe seu vulgaris, & *Ambelauw Key*, quæ longa & tenuis est *Onyx*, itidem catillum, *Rasamalæ* seu *Styracis liquidæ* tres catillos, de *Pangkilang* binos, *Timbai* olei dimidium, ligna minutim cæsa, & resina minutim contusa primo sicca inter sese miscentur, hæcque omnia simul mensurantur quanti sint ponderis, dimidia ponderis pars in quatuor dividitur æquales partes: atque tres hujus partes *Galedupæ* inserviunt, reliqua una *Tinjo*, quod duplex est. Crassissima enim pars ex hac destillans arbore pingue ac mucosum est gummi, quod sensim indurescit, altera autem pars seu tenue ac flavum oleum, quod instar olei Calappi ex eadem fluit arbore, *Pamassa* vocatur, & ollulis infusum flavescit & tenue est, dein rubens est ac mucosum, fortem spirans odorem. Dura itaque *Galedupa* & sicca *Tinjo*, manibus tam diu supra carbones ignitos elaborantur, donec mollescant instar picis, singula autem ancilla peculiarem elaborat glebam, manus humectans cum dicta *Pamassa*, quæ efficit, ne manibus adhæreat, hæcque materia tandem liquescit instar Terebinthinæ, quæ massa cum Rassamala amplæ fortique inponitur patinæ calefactæ, dictaque ligna & resinæ in ea manibus continuo ac fortiter commiscentur & elaborantur, donec omnia bene permixta sint & in crassam

sche Gouvernement, groeyende op Cerams West-zyde, in het distrikt van Caybobbo, *mede niet ver van strant, immers de takken en vruchten my van Macassar toegebragt, wyzen klaarlyk uit, dat het eenderlei boomen zyn: alleenlyk met dit onderscheit, dat de bladeren van de* Caybobse *ronder en styver waren, met die van het gemeene Yzer-hout nader overeenkomende, de vruchten of houwen van de* Amboinsche *zyn grooter en breder, met een merkelyke, doch korter spits, na de eene zyde hellende: ieder hou van de Ceramse of Caybobse heeft gemenelyk een korrel, en zelden twee, mede steen hart, en zwart blinkende, doch platter en dunder, dan de Macassaarse, en mede het voornoemde* Pelsig *beursje hebbende, waar mede zy aan de schaal hangen: het meeste onderscheit bestaat hier in, dat de* Caybobse *boom geen zwarte Traan wil uitgeven gelyk de Macassaarse, al wert hy ook gekapt, behalven uit eenige scheuren, die van zelfs komen of open bersten, daar men wel een weinig in hangen ziet; het hout is wit, en grofdradig, hier en daar hebbende vette en zwartagtige plekken, ook een goeden, doch slappen reuk, en als men het vers werkt, en een stuk daar van in een kamer legt, vervult het dezelve ook daar mede.*

Naam. *In 't Latyn* Galedupa Ceramensis, *op* Ceram *zelfs omtrent* Caybobbo, *hiet by* Caju Goa, *en* Ay Goa, *misschien wegens de overeenkomst met de Macassaarsche, alwaar de Hoofdstad* Goa *is genaamt: doch andere noemen hem* Aycoa, *dat is welriekende boom.*

Gebruik. *Het hout daar van heeft tot noch toe, buiten die plaatzen, daar hy wast, geen gebruik, en men heeft het wel tot planken gesaagt, maar het liet zig niet glat werken, om dat het te hairig is, en daar toe van geen moye coleur, de reuk en is ook niet in 't geheele hout over al, maar alleen in de vette deelen naast de wortel, daar het zwartachtig, en graauw besterft: Ik heb de wortel ook laten uitgraven, maar daar noch minder reuk in bevonden: de Vrouwtjes van* Caybobbo *en* Camarien, *vryven het ruikende hout, in plaats van Sandel-hout, onder hare Bobori-salven, om daar mede het lyf te smeren.*

Dewyl nu in dit Boek dikwils gedagt wert van het Macassaarsche reukwerk Dupa *genaamt, door gants water-Indiën zeer vermaart, om de klederen daar mede te* perfumeren, *en de voornoemde Traan de grondslag is van de zelfde, zo moeten wy hier een generale beschryving daar van doen: het zelve verdelende in twee hooftzoorten.*

1. Dupa Radja, *of Koninklyke* Dupa, *de welke de gemeene man niet maken, noch gebruiken mag,* 2. Dupa Balandja, *dat is gemeene of koop*-Dupa.

1. Dupa Radja *wert aldus gemaakt, men neemt van 't beste* Aloës-*hout of* Calambac, *van het beste* Garo, *of* Agel-*hout, (waar van men drie zoorten heeft) alle klein gekapt, gelyk* Cadjangs, *van ieder een Teekopje vol,* Caju Rasamala, *('t welk men op Macassar abusivelyk wit Calambac noemt) en* Caju Lacca, *ieder een half kopje,* Caju Tay, *en* Putsjoc, (Costus Indicus) *van ieder wat minder dan een half kopje, drie zoorten van* Cominjan, *of* Benzoin, *van ieder een kopje,* Unguis Odoratus, *of* Unam, *twee zoorten, te weten,* Ambelauw, *het gemeene, en* Ambelauw Key, *zynde een lange en dunne* Onyx, *ieder een kopje,* Rasamala, *of* Styrax liquida, *drie kopjes,* Pangkilang, *twee kopjes,* Timbaus, *te weten de Olie daar van, een half kopje; de houten als gezegt, klein gekapt, en de* Resina *klein gestoten zynde, mengt men eerstelyk droog zeer wel en ter deegen onder malkander, en weegt dat al te zamen, hoe zwaar dat het zy: het halve gewigt daar van deelt men wederom in vieren: drie deelen daar van zyn voor de* Galedupa, *en een deel voor* Tinjo, *het welk tweederlei is: want het dikste, dat uit dezen boom loopt, is een vette en smerige Gom, dewelke metter tyt hart wert, maar de dunne en geele Olie, die als Calappus-Olie uit den zelfden boom loopt, hiet* Pamassa, *en wert in potjes gevult, zynde eerst geel, en dun, daar naar wat root, ook kleverig en sterk riekende: het harde* Galedupa, *en de drooge* Tinjos, *werden dan met de handen zo lang over glimmende kolen gearbeit, tot dat het zo week wort, als Pik, ieder Dienstmeit een byzonder klompjen houdende of bewerkende, en de handen bevogtigende met het voorschreve* Pamassa, *het welk maakt dat het niet aan de handen kleeft: en deze materie wert eindelyk zo dun als Teer, 't welk men dan met de* Rassamala *in een grote sterke schotel doet, als mede warm gemaakt,*


A
B
B

ſam præparata ſint pultem, quæ parum Soli exponitur, ut modice exſiccetur & indureſcat: dein globuli parvi ex hac formantur maſſa, foliiſque *Licualæ* involvuntur; *Galedupa* memorata venditur in parvis Bamboſis palmam longis, digitum craſſis, *Tinjo* autem in Bamboſis dimidio brevioribus, ſed paulo craſſioribus. Notandum porro eſt, *Dupam regiam* a vulgari diſtingui poſſe odore, quum magna *Calambaci* quantitas hanc ingrediatur, quod vulgari non additur: Primores Macaſſerenſes hanc ſibi dupam adeo adſciſcunt, ut, ſi ejus odorem in viro privato obſervent, ſuſpectum illum habeant, ac rem cum uxoribus ſuis habuiſſe credant, atque ob hunc tantum odorem vitæ ejus inſidias ſtruunt: Eadem quoque dupa melior reddi poteſt, ſi Calambaci quantitas augeatur, aliorumque lignorum proportio imminuatur, vel quædam etiam penitus omittantur. Nec opus eſt, ut *Tinjo* admiſceatur: Primaria enim *Dupæ Radjæ* ingredientia ſunt ſex ſubſequentia fruſta, quæ ſunt *Calambacum*, *Garo*, *Cajulacca*, *Unan*, *Pangkiling*, & *Raſamala*.

Vulgaris *Dupa* dividitur in dupam venalem & vilem, in utriſque autem Calambacum omittitur, ac plurimum ſequenti præparatur modo.

Agallochi Spurii, *Caju Mattabuta*, & *Caju Raſamala*, quatuor anaticæ ſumuntur quantitates; *Caju Laccæ*, *Caju Garo* vel *vulgaris* cujusdam *Agallochi*, *Putsjoc-Ana*, binæ partes, *Caju Caſtorei*, & ſi ad manus ſit, vulgaris *Calambaci* una pars, radices *Tacari*, binæ partes, horumque lignorum patina ſit plena, quæ omnia groſſo contuſa ſint modo in mortario, tumque his miſcentur quatuor *Unama*, catillus *Raſamala* plenus, nigræ *Gale-dupæ* & *Benjowin* fruſtum magnitudinis integræ Pinangæ, utriuſque porro *Tinjo* & Timbai ſuccus tanta quantitate, donec omnia in unam cogi poſſint maſſam, hæcque ſimul liqueſcunt in ſartagine in unam glebam, cui parum miſcetur *Pangkiling* & *Zibethi*. Vulgari quoque dupæ adduntur *Dammar Selan*, aliæque reſinæ odoratæ, quæque in globulos formatur, uti ſupra indicatum eſt. *Pangkiling* hirtæ ſunt burſæ, ſeu, uti dicitur, teſtes alicujus animalis, intus inſtar atramenti nigræ, quarum ſingula binis tribuſve conſtat inperialibus. *Timbaus* eſt fructus albus inſtar Pinangæ, ex quo aperto odorata effluit lympha, quæ ad Dupam etiam adhibetur.

Sin in Macaſſara *Raſamala* deſit, ejus loco album ſumitur ſaccharum in placentam formatum, ſique veſtes odore inbuere velimus, ut odorem diu ſervent, primo per unam noctem floribus variis conſpergendæ ſunt, quorum mixtura *Bonga rampe* vocatur, dein paululum aſperguntur aqua Roſarum, cui Moſcus ac Zibethum fuere infuſa, & cum hac contrita, tumque deſcripta perfumantur Dupa: Altera nocte floribus iterum conſpergantur, ac ſecunda perfumentur vice, ut diutius odorem ſervent; ſed hoc ad opus lintea non ſint candida, quum inde flaveſcant.

Quoddam etiam ſuffimigium deſcribitur a *Dioſcoride lib.* 1. *cap.* 24, quod *Cyphi* ibi vocatur, quo dicit uſos fuiſſe Aegyptios Sacerdotes ad ſuffitum idolorum ſuorum: Quum vero hoc caput ſuſpectum ac ſpurium habeatur a doctis, nec ipſa mixtura multum valeat ad gratum excitandum odorem, hinc attentionem non meretur vel quandam fidem.

maakt, en giet de voorſchreve houten en Reſinen *daar in 't zelve met de handen, zonder ophouden, ſterk door malkander werkende, tot dat alles wel vermengt, en een dikke pap zy, en men zet het als dan een weinig in de zon, om matiglyk te drogen en hart te werden: daar na werden kleine bollekens, als knikkers, uit deze maſſa geformeert, en die in bladeren van* Licuala *gewonden. De voornoemde* Galedupa *verkoopt men in bamboesjes van een hant lang, en een vinger dik, maar de* Tinjo *in bamboesjes half zo lang, doch wat dikker: nu ſtaat noch te weten, dat de Koninklyke* Dupa *van de gemeene onderkent kan werden aan den reuk, om datter veel Calambac in is, 't welk in de gemeene niet en komt, de Macaſſaarſche Groten eigenen hun deze Dupa zodanig toe, dat, zo ze dien reuk aan een gemeen mans perzoon gewaar werden, zy den zelven verdagt zouden houden, dat hy by haar vrouwen was geweeſt, en hem alleen om dezes reuks wille naar het leven ſtaan: dezelve Dupa kan men ook verbeteren, als men de quantiteit van* Calambac *vermeerdert, en van de andere houten vermindert; of eenige der zelver geheel daar niet onder en zyn: want voor de principaalſte ingredienten van de* Dupa Radja, *werden deze* 6. *ſtukken gehouden:* Calambac, Garo, Cajulacca, Unan, Pangkiling, *en* Raſamala.

De gemeene Dupa *wert wederom verdeelt in koop-Dupa en ſlegte, zynde in beide de* Calambac *daar uit gelaten, en wert meeſt aldus gemaakt:*

Men neemt Agallochum ſpurium *van* Caju Mattabuta, *en* Caju Raſamala, *van ieder vier delen,* Caju-Lacca, Caju Garo, *of eenig gemeen* Agel-hout, Putsjoc Ana, 2 *deelen,* Caju Caſtoeri, *en, (zo men 't heeft) ſlegt* Calambac, *een deel, de wortelen van* Tacari, 2. *deelen, en men maakt dat 'er van deze houten een kom vol zy, allegaar grof gekapt, en in een vyzel geſtampt, dan doet men daar onder* 4. *ſtuks* Unam, *een Teekopjen vol* Raſamala, *van de zwarte* Galedupa *en* Benjowin *ieder een ſtuk, zo groot als een gebeele* Pinang, *verders van de beide* Tinjo, *en het zap van* Timbaus, *tot dat het al te zamen een maſſa wert, en dit ſmelt men dan in een pannetje te zamen in een klomp, daar onder mengende een weinig* Pangkiling *en* Civet: *onder de gemeene* Dupa *werden ook gemengt* Dammar Selan, *en andere welriekende herſſen, en men handelt daar mede om bolletjes van te maken, als boven is gezegt:* Pangkiling *zyn rouwe beursjes, of zo gezegt wort, de klootjes van eenig beeſt, van binnen zwart, als Inkt, en 't ſtuk* 2 *a* 3. *Ryxdaalders geldende.* Timbaus *is een witte vrucht als Pinang, uit dewelke opgeſneden zynde, een welriekent water loopt, dat men ook tot de* Dupa *gebruikt.*

Op Macaſſar, als men geen Raſamala *heeft, neemt men witte Koek-ſuiker, en als men de klederen* perfumeren *wil, datze den reuk lang behouden, zo moet menze eerſt een nagt met alderhande bloemen beſtroyen, welk mengelmoes* Bonga rampe *genaamt wert, daar na bevogtigt menze zoetjes met een weinig Roſewater, daar wat Muſcus en Civet onder gevreven is, en berooktze als dan met de voorſchreve Dupa: gy meugtze noch wel een nagt hebloemen, en voor de tweedemaal beroken, doch dient tot dit werk geen wit linnen te nemen, vermits 't zelve daar van geel wert.*

Daar wert ook een zeker reukwerk beſchreven by Dioſcorides, Lib. 1. Cap. 24. *en aldaar* Cyphi *genaamt, 't welk hy zegt de* Ægyptiſche *Prieſters gebruikt te hebben tot reukwerk voor hare Afgoden: maar dewyl dat Capittel by de geleerden ſuſpect is, en ook de mengeling zelfs niet veel deugt, om een goede reuk te geven, zo kan het zelve in geen conſideratie komen.*

EXPLICATIO

Tabulæ Decimæ Tertiæ,

Quæ exhibet arborem foliis oppoſitis ſimplicibus, ſiliqua plana, gemina; quæ Galedupa a *Rumphio* vocatur.

A. *Fructum* ſeu *Siliquam* denotat, ut ſitus *Oſſiculorum* appareat.

B. Oſſicula exempta & a hilo ſeparata.

UITLEGGINGE

Van de dertiende Plaat,

Verbeeldende een boom met eenvoudige tegens elkander overſtaande bladeren, en met twee peulen te gelyk voortkomende, waar in twee boontjes leggen, en welke boom Galedupa van *Rumphius* genaamt wert.

A. Wyſt aan de vrugt of Peul, op dat de plaatſing der boontjes gezien wert.

B. De uitgenomen boontjes en van hun onderſte voetje afgeſcheiden.

OBSERVATIO.

Arbor hæc deſcripta quoque occurrit in *Valent. Amboinæ deſcript. p.* 109 *no.* XXXVI.

AANMERKINGE.

Deze boom komt ook voor beſchreven by *Valent.* in de *beſchryving* van *Amboina pag.* 109 *no.* XXXVI.

CAPUT

XXI.

CAPUT VIGESIMUM PRIMUM.

Cortex Oninius, Maſſoy.

EX eadem *Onin-Cubiay* aromaticus etiam adfertur cortex, cum quo multum per totam aquoſæ Indiæ partem exercent negotii, de quo tantum deſcribam, quantum a *Ceramæ-Louwenſibus* dignoſcere potui, qui ramulum mihi quoque foliis ac fructibus onuſtum donarunt, qualis delineatus conſpicitur, cujus folium ac fructus naturali depictus eſt magnitudine.

Erecta & alta eſt arbor, ac plerumque adeo craſſa, ut vix vir eam complecti poſſit. Ejus cortex eſt glaber, pallide cinereus, in trunci inferiore parte ſcaber, fiſſus, ac viridi muſcoſitate maculatus ad minoris digiti craſſitiem, nihilominus tamen facile exſiccans & firmus: Folia formam habent *Lanſii arboris*, ſed ſunt paulo minora & tenuiora, magisque conveniunt cum *Lauraſtri Amboinenſis* foliis, ſunt autem quinque, ſex, ſeptemve pollices longa, binos, treſve pollices lata, cum longo ac tenui apice, qui plerumque ad unum inflectitur latus cum paucis obliquis coſtis inferius protuberantibus, ſuperius autem folium eſt glabrum, æquale, nec ita rugoſum ac Lanſii folium. Sine ordine locantur ad ramulos in brevibus petiolis, contritaque aromaticum ſpirant odorem, & ſaporem. Fructus ſunt baccæ rotundæ Uvarum baccis ſimiles, brevibus ex racemis dependentes, uti Lanſii fructus, ſuperius coronula & apice coronatæ, circa quem radii quidam apparent: Recentes baccæ flaveſcunt inſtar Lanſii, ſiccatæ vero mihi tranſmiſſæ fuſci ſeu pulli erant coloris: Obductæ hæ ſunt fragili ac lignoſo putamine, quod facile confringi poteſt. In hoc continetur oſſiculum ex rotundo-oblongum, ex variis quaſi conſtans fruſtis adunatis inſtar carnis fructuum Lanſii, ſed quæ multo magis pellucida eſt ac mollior, aromatici ſaporis & odoris, qui multo debilior eſt quam in cortice. Cortex autem optima hujus arboris eſt pars, & quum venalis adfertur, in longas fiſſus eſt partes binos cum dimidio pedes circiter longas, & in magnas faſcias viginti vel viginti quinque pondo graves colligatas, cortex hic duplex eſt, ex una tamen arbore collectus, inferioris enim trunci digitum craſſus eſt minorem, intus ruffus eſt ac brevibus & albentibus venis maculatus, vel variegatus, acſi calce ſicca conſperſus foret: In ſuperiori trunco, & ramis craſſioribus cortex hic cultrum vel binos tantum craſſus eſt, æqualis, cum ſordide albentibus vel flaveſcentibis maculis aſperſus, ſine venis internis albicantibus, eſtque paulo acrior & calidior præcedenti, craſſioris autem corticis odor gratior eſt, nihilominus tamen uterque aromaticum valde habet odorem ac ſaporem, ad Cubebas accedentem, calidum ſiccumque in tertio gradu, atque ore manducatus linguam vellicat, non tamen ita ac Piper, ſed os grato replet calore; ſique corpori inungatur, tantum excitat in cute calorem, ut vix tolerari poſſit, totumque odore ſuo repleat locum: Experimentum optimi corticis eſt, ſi ungue digiti fortiter ac tanſverſaliter fruſta radantur, & hac raſura linea nigra appareat, atque aliqua conſpiciatur humiditas, fruſta enim, in quibus hoc ſignum non apparet, vetuſta, exſucca, & viribus deſtituta habentur, licet cortex hic multos per annos pinguedinem conſervet, ſeu viſcoſitatem, etſi ſiccis ac ventoſis ſervetur locis, in duodecimum enim annum talem habui, cujus plurima fruſta æque bona erant; fructus autem tam diu durare non poſſunt.

Nomen. Latine *Cortex Oninius*, juxta locum, unde defertur, per totam porro Indiam notus eſt nomine *Maſſoy*, arbor autem ipſa incolis dicitur *Aycora.*

Locus. Cortex hic, quantum novi, nuſquam creſcit niſi in Occidentali *Novæ Guineæ* parte (quæ vulgo *Onin* & Ternatenſibus *Woni* vocatur,) ſed non ubique, anterior enim ſeu maxime Occidentalis pars, quæ *Servorum Onin* dicitur, & viginti octo milliaria a Ceramia diſtat, & ad aquilonem ſita eſt, nullum dat *Maſſoy*, ſed ad orientalem magis partem in continente regione

XXI. HOOFDSTUK.

Maſſoy-Boom.

UIt het zelfſte Onin-Cubiay *wert ook een ſpeceryagtige ſchorſſe gebragt, waarmede men door gants Water-Indien grote Koopmanſchap dryft, waar van ik zo veel zal beſchryven, als ik van de* Ceram Louwers *hebbe ervaren konnen, die my ook een takjen met de bladeren en vruchten medegedeelt hebben, en dewelke hier nevens afgetekent ſtaan, zynde het blat, en vrucht in haar natuurlyke grotte geſtelt.*

Het is een regte hoge boom, en gemenelyk zo dik, dat hem een man pas omvatten kan: de ſchorſſe is effen, ligtgraauw, doch aan de benedenſte ſtam ruig, geſcheurt, en met een graauwe moſagtigheit beplekt, ook aldaar een kleine vinger dik, mitsgaders ſtyf, doch niet te min, ligt opdrogende, de bladeren gelyken wel na die van de Lanſe-boom, *doch zyn wat kleynder en dunder, komende noch meer over een met die van den* Lauraſter Amboinicus, *zy zyn vyf, zes en zeven duimen lank, twee, derde halve, en drie duim breet, met een lange ſmalle ſpits, die merendeels na de eene zyde gekromt ſtaat, met weinige ſchuinſe ribben, die van onderen uitſteken, want boven is het blad glat, effen, en zo rimpelig niet, als dat van de Lanſſen: Zy ſtaan zonder ordre rondom de ryskens op korte ſteeltjes, en gevreven zynde zo geven ze een ſpeceryagtige reuk en ſmaak van haar. De vruchten zyn ronde bezien, de wyndruiven gelyk, in korte troſſen by malkander hangende, gelyk de lanſſen, van voren met een klein kroontje en ſpitsje, en rondom het zelve vertoonden haar eenige ſtralen; de verze zyn bleekgeel, als Lanſſen, maar de gedroogde, die my toegebragt wierden, waren donker-graauw, of aard-verwig van coleur: zy zyn bekleet met een broſſe houtagtige ſchaal, die men ligt in ſtukken douwen kan: en daar in leit de korrel, uit den ronden wat toegeſpitſt, uit verſcheide ſtukken, tegens malkander ſtaande, gemaakt, als het vleis van de Lanſſen, doch ligter en weker, ook ſpeceryagtig van reuk en ſmaak, doch veel ſlapper, dan de ſchorſſen: want de ſchorſſe is het beſte deel van dien boom, zynde zo als menze te koop brengt, in lange ſtukken geſpleten, omtrent derdehalve voet lank, en in grote bondels, zo a 25. ponden wegende by malkander gebonden; de ſchorſſe is tweederlei, doch evenwel van eenen boom: want die van den onderſten ſtam is een kleine vinger dik, van binnen ros, en met korte witte aderen geſpikkelt of doorlopen als of het droge kalk was: aan de bovenſte ſtam, en de dikke takken is dezelve ſchorſſe maar een of twee meſſen dik, effen met een vuil wit, of geelagtig velleken bekleet, zonder witte aderen van binnen en wat heeter en ſcherper, dan de voorgaande, doch de reuk van de dikke is wel zo lieflyk, niet te min zynze beide van een zeer ſpeceryagtigen reuk en ſmaak: meeſt na de Cubeben trekkende, heet en droog tot in den derden graat, en in de mont gekaauwt zynde, op de tonge wat bytende, doch zo zeer niet als Peper, en de mont met een aangename warmte vervullende. Op 't lyf geſmeert veroorzaakt ze ook zodanigen hitte op de huit, als men pas lyden kan: en vervult de geheele plaats met haar reuk: de proef van de beſte Maſſoy is, als men met een Nagel wat hart en dwers op de ſtukken ſchrapt, dat het dan een zwarte linie maakt, en zig eenige vogtigheit vertoont, want de ſtukken, die dat niet en doen, werden voor out, uitgedroogt, en kragteloos gehouden, hoewel deze baſt lange jaren zyne vettigheit kan behouden, al bewaart men hem op drooge en lugtige plaatzen, want ik hebze tot in 't 12. Jaar zodanig gehouden, en de meeſte ſtukken noch even goet bevonden, doch de vruchten konnen zo lange niet goet blyven.*

Naam. *Op 't Latyn* Cortex Oninius, *naar de plaats, daar het van daan komt, zynde voorts door gantſch Indiën bekent met den naame van* Maſſoy, *en den boom zelfs hiet by de Inwooners* Aycora.

Plaatzen. *Dezen baſt, zo veel tot nog toe bekent is, valt nergens, dan op 't Weſtelyke deel van* Nova Guinea, *('t welk in 't gemeen* Onin, *en by de* Ternatanen Woni *wert genaamt) doch niet over al, want het voorſte of Weſtelyke deel, 't welk men Slaven-*Onin *noemt, omtrent 28. mylen van Ceram, na het Noort-ooſten gelegen, heeft geen Maſſoy, maar wat ooſtelyker aan 't vaſte*

gione insularum *Caras*, ubi pagus *Fata* situs est, inde Massoy cortex quondam etiam coepit deduci, hodie autem illud negligitur, quum natio ibi habitet scelesta & cædis avida: Ad Orientalem magis partem terra *Onin* bina eminentia habet promontoria, sita ad quatuor cum dimidio gradus latitudinis australis, atque inter hæc jacent pagi *Cattumin* & *Segala* dicti, unde Ceramenses diu *Massoy* corticem petivere, sed postea illud ibi negotium omiserunt, sive quod incolæ ipsos odio prosequerentur, sive quod cortex hic deficeret.

Tribus autem milliaribus versus orientem Australis plagæ sita est insula *Ady* dicta, nostratibus Mustelarum insula vocata, & ad Borealem ejus partem plurimæ parvæ insulæ uno fere tractu locatæ, post quas ad septentrionem ingens apparet lacus, quæ, nescimus, an a posteriore claudatur & contrahatur parte, an vero Occidentalem *Onin* a vera *Nova Guinea* dividat: Duodecim saltem miliaribus ad orientalem Mustelarum insulæ partem, in continenti *Novæ Guineæ* ora, siti sunt Æthiopum pagi *Namma - Totto*, *Cajumera*, & *Lackayha*, ubi cum cortice *Massoy* negotium exercetur, hique simul cum ultimis duobus pagis in dicta Australi ora a Ceramensibus vocantur *Onin-Cubiay* & *Cobiay*: In hosce tractus navigatio ab antiquis jam temporibus fuit instituta & frequentata a *Ceram-Lautensibus*, qui jam planam *Keffing* terram inhabitant, hincque simul *Keffingerenses* vocantur, atque inter sese hi tam bonam vitæ normam ac disciplinam instituunt, ut bini tantum illius terræ tractus, *Kelilubu* & *Ruma-Tammeri* dicti, in *Onin* navigent, atque inde deducant sæpius memoratum Corticem *Massoy*, quem dein aliis peregrinis vendunt mercatoribus, vel ipsi in Javam deducunt: Ceramenses hi, uti dictum, incredibili labore ac periculo cum pusillis suis navigiis hunc corticem ex dictis tractibus sexaginta vel septuaginta milliaribus a sua regione distantibus petere debent: Ista enim regio *Cabiay* incolas habet silvestres ac barbaros magnæ staturæ, deformes, ac vultuosos, nares gerentes maxime extensos, quos bacillis intrusis ita dilatant; ut per eas fere usque in os perspicere possimus. Antiquis temporibus nullam exercuerunt conversationem cum peregrinis populis, nec hactenus aliquos in suam admitterent regionem, si non ex defectu quarundam rerum necessitas illos urgeret, quorundam populorum adventum permittere, ac præsertim *Ceram - Lauwerenses* & *Keffingerenses*, qui hunc corticem in alia ipsis necessaria permutant. His autem nec aliis peregrinis licitum est ipsas ingredi silvas, ut ex iis hunc petant corticem, sed illi feri homines contractum ineunt cum his, qui viles quosdam gladios vel falces ipsis dant, ac dein remotos subito conscendunt montes, in quibus mensis spatio tantam hujus corticis copiam decorticant & colligunt, quantam unum alterumve continere possit navigium, quod plerumque a sexaginta usque ad centum Pickols extenditur, vel paulo magis: Singulus vero Pickol centum viginti quinque pondo continet, sique in litus reversi fuerint, ex hoc cortice quosdam struunt acervos altitudine Tambuxensis gladii, atque certum cum mercatoribus constituunt pretium: Ceram-Lauwerenses vero homines fraudulenti, stupidis hisce hominibus parum dant, quodque plerumque consistit in vilibus Tambuxensibus gladiis, sordidis vestimentis, saccharo rubro, & oryza: Hunc vero in Amboinam deductum corticem vendunt pro 15. 16. & 17. imperialibus singulum nempe Pickol, quem dein pro octo vel decem inperialibus adquirere potuimus: In Java autem florentibus temporibus pro 30. vel 40. vendebatur inperialibus.

Arbor hæc, uti dictum est, non ubique in tota crescit *Onin* regione: Qui enim anteriorem *Onin* terram, pagum nempe *Ruma - Batu*, inhabitant, declaraverunt anno 1678. binas tantum in hoc inveniri tractu arbores, nec prope litus occurrunt, exceptis paucis quibusdam, & incolæ trium præcipuorum tractuum testabantur, proximum pagum ita esse circumcisum, ut per tria quinqueve dierum spatia ipsos permeare opus sit montes, antequam corticem hunc conquirere possint.

Anno 1678. Nostrates sub inperio *Joanneis Keyts* variis locis insulam *Ady*, seu *Mustelarum* invaserunt, sed nullos ibi invenerunt populos, at penetrantem ibi observarunt odorem Caryophylleum, qui forte ex *Mas-*

vaste Landt, tegen over de Eilanden van Caras, *daar de Negorye* Fata *leid, heeft men mede voor dezen Massoy beginnen te halen, doch hedensdaags wort zulks nagelaten, om dat daar een boos en moorddaadig volk woont: Nog wat oostelyker heeft het Land* Onin *twee uitsteekende hoeken, gelegen op* 4½. *graat zuider breedte, en tusschen die beide de* Negoryen Cattumin, *en* Segala, *daar de Cerammers mede langen tyd Massoy gehandelt, doch naderhant die negotie weder verlaten hebben, 't zy om datze by de Inlanders mede in den haat geraakten, of om dat de Massoy begon te minderen.*

Dan drie mylen beoosten de Zuid oost-hoek leid het Eiland Ady, *by de onze het Wesels Eiland genaamt, en benoorden het zelve nog veele kleine Eilanden, meest alle op een rif, achter dewelke men in 't noorden ziet een groote bay, die men niet weet, of geslooten is, dan ofze het westelyke* Onin *van het regte* Nova Guinea *afscheit; Immers* 12. *mylen beoosten het Wesels Eiland, aan de vaste kust van* Nova Guinea, *leggen de Negoryen* Namma-Totto, Cajumera, *en* Lackayha, *alwaar men hedensdaags de Massoy verhandelt, en die t'zamen met de twee laast genoemde Negoryen op de voorschreeven Zuid-hoek, by de Cerammers genoemt worden* Onin-Cubiay, *en* Cobiay: *Zynde de vaart op die Negoryen al van oude tyden af gefrequenteert geweest door die van* Ceram Laut, *dewelke nu op het vlakke Land van* Keffing *woonen, ook daarom t'zamen* Keffingers *genaamt werden, en onder hun lieden zulken ordre houdende, dat alleenlyk twee haarer gehugten of Campous,* Kelilubu, *en* Ruma-Tammeri *genaamt, naar* Onin *mogen varen, en van daar afhalen de meer gemelde Massoy, dieze dan daar na weder aan andere vreemde Handelaars verkoopen, of zelfs na Java voeren: Deze Cerammers dan, als gezegt, moeten met ongelooflyk veel moeite, en perykel met haare kleine onnozele vaartuigen, de Massoy van de voornoemde Negoryen, die wel* 60. *à* 70. *mylen van haar Land leggen, afhalen: Want het zelve Land* Cubiay *heeft tot Inwoonders zeer woeste, lelyke, en barbarische menschen, groot van statuur, mismaakt en lelyk van aangezigt, met opgespalkte neusgaten, daarze houtjes insteeken, en dezelve daar mede zo wyt doen gapen, dat men daar door schier tot in haar mont kan zien: Van ouds hebben zy geen omgang met vreemde Natiën gehad, en zouden ook tot nog toe niemant op haar Land toelaaten, zo niet het gebrek van veele dingen haar lieden dwong, de komst van eenige vreemdelingen op haar strant toe te laten, inzonderheit de Ceram-Lauwers, en Keffingers, om deze bast tegens andere nootwendigheden van haar te ruilen: Doch dezelve en ook alle andere vreemdelingen, mogen niet zelfs in de bosschen gaan, om dezen bast van daar te halen, maar deze wilde menschen contracteren eerst met hun lieden, en eenige slegte swaarden of houmessen van haar bekomen hebbende, lopen met een vaardigheit in 't vergelegene gebergte, daarze dan binnen een maant tyds zo veel van deze bast schillen en vergaderen, als een of twee vaartuigen laden kunnen, 't welk bedraagt van de* 60. *tot* 100. *Pickols, en ook wel wat meer: Ider Pickol van* 125. *ponden Hollands, en wanneerze dan op strant wedergekeert zyn, zo makenze van die bast eenige hoopen in de hoogten van een* Tambux *swaart, en voorts daar op den finalen prys met Koopluiden: Maar de Ceram-Lauwers, zynde slimme gasten, geven deze domme luiden daar voor zeer weinig, en het welke dan ook meest bestaat in slegte* Tambuxe *swaarden, slegte kleetjes, swarte suiker, en ryst: Doch dien bast in Amboina gebragt hebbende, zo willenze* 15. 16. *en* 17. *Ryksdaalders voor het Pickol hebben, 't welk men evenwel daar na voor* 8. *en* 10. *Ryksdaalders heeft konnen krygen: En op Java in goede tyden, plagt dezelve wel* 30. *en* 40. *Ryksdaalders te gelden.*

Dezen boom, als gezegt, wast niet alomme door 't geheel Landt op Onin: *Want die van 't voorste* Onin, *in de Negory* Ruma-Batu, *verklaarden Ao.* 1678. *dat 'er maar twee boomen op haar Landstreek stonden, men vintze ook niet digt by strant, als maar eenige weinige, en de Inwoonders van de drie voornoemde Negoryen zeiden daar en boven, dat de naaste Massoy zodanig uitgekapt was, datze wel* 3. *en* 5. *dagreizent in 't gebergte moesten gaan, om dezelve te halen.*

Ao. 1678. *Hebben de onze onder den Commandeur* Johannes Keyts, *op verscheide plaatzen het Eiland* Adi, *of* Wesels *Eiland aangedaan, doch aldaar geen volk gevonden, maar wel een sterken Nagelreuk gewaar ge-*

wor-

Massoy arboribus provenit: Barbari hi homines videntes, corticem hunc per totum ita expeti mundum, adeo invidiosi sunt, ut peregrinos non tantum prohibeant suam intrare regionem, sed etiam ullas inde deducere arbusculas, licet per Ceram-Lauwerenses, qui apud silvestres illos populos magna sunt in æstimatione, sæpius illud tentaverim.

Usus. Cortex hic per totam Indiam non expetitur, sed tantum a Malaicensibus in Sumatra, Borneo, Java, & Baleya, quibus regionibus quotannis sufficit contentum duorum navigiorum *Sampans* dictorum, nunc vero etiam in Sinam & Japanam transmittitur, ubi bono venditur lucro: Plurimum adhibetur ad corpus inungendum æque in viris, ac feminis, & præsertim pluviosis ac frigidis diebus, modice enim calefacit, & abdominis dolores sedat ex frigore ortos, confortat quoque artus frigore debilitatos & relaxatos, quum natura ejus sit sicca, calida, & adeo penetrans, ut Europæorum cuti cortex hic illinitus ruborem excitet: Mulierculæ Javanæ & Baleyenses expertæ valde sunt ad præparandam pultem calefacientem ex hoc cortice, qua corpus continuo inungunt, non tantum ad calefaciendum, sed etiam præstantis odoris gratia, tumque addunt corticem *Culilawan*, parvam Caryophyllorum quantitatem, & Sandalum Citrinum, quod unguentum vocatur calidum Bobory. Incolæ Coebiayenses dicuntur quosdam secum ducere canes, quum silvas intrant, ad explorandas Massoy arbores, hasque bonas ac maturas habere, quarum trunci a canibus istis arroduntur: Ceram-Lauwerenses quædam etiam istius ligni & ramorum frusta secum adportant, vilique vendunt pretio, quum hoc quoque lignum suum habeat usum in re Medica, odoremque corticis Massoy referat, sed uno caloris gradu debilius est, unde & multum usurpatur ad unguentum Borbory: Quod pro infantibus componitur, qui corticis fervorem tolerare nequeunt, quidam etiam Malaicenses hoc utuntur cortice in cibo loco aliorum aromatum, Medicinalibusque admiscent potionibus ipsis *Djudjambo* dictis.

Anno circiter 1654. duo erant fallaces *Ceram-Laurenses Orangkayenses*, *Sinoos* & *Backer*, qui *Coebiayenses* aliquot per annos arguto deceperant modo in constituendo pretio corticis Massoy, qui hunc in finem magnum adhibebant speculum, Coebiayensibus persuadentes, hoc in speculo sese visuros fore idolum suum *Rewata* seu *Lewata* (hoc autem nomine omnes circumjacentes hi insulares ethnici Deum vocant) quos ad unam locabant partem, alium interea consortem post illos sed directe ante speculum posuerant, cujus effigies idolum *Rewata* repræsentabat. *Sinoos* & *Backer* itaque hanc interrogabant formam, an quidem æquum esset, sibi tantum pretium solvendum esse pro Massoy, quantum Coebiayenses petebant. Ad quod fictus *Rewata* capite negante respondebat, illi autem iterum atque iterum interrogabant, donec pretium ita esset minutum, ac inter illos esset constitutum, & de eo convenerant, cui Rawata annuebat, nec Coebiayenses contradicere audebant, quum ipsorum Deus hoc adprobaverat, hocque peragebant tam diu, donec hanc fraudem alii Ceram-Lauwerensibus invidi detegebant, & Coebiayensibus aperiebant, qui irati unum ex deceptoribus istis apprehendebant, quem de medio tollebant, & in partes dilacerabant.

Creditur Sinenses & Japanenses Medicos corticem hunc magis magisque in usum Medicum expetituros & usurpaturos esse, quum optimum & aptissimum sit Medicamentum nationibus istis, quæ frictioni & inunctioni ita adsuetæ sunt, & sub climate suo præter calorem magnum etiam frigus intensum pati debent, quibus convenit ad naturalem corporis calorem conservandum doloresque ex flatibus frigidis & oppressis ortos sedandos: In Europam cortex hic non transfertur, sique forte fuerit deductus, non magni ibi æstimatur, sine dubio, quum virtutes ejus ibi non sint notæ, vel alia præferantur aromata.

Vidi Ceram-Lauwerenses pulvinaria sua inplere hujus arboris foliis, dicentes hoc valere capiti calefacien-

worden, denwelken misschien, van de Massoy-boomen voortgekomen is, deze Wilden dan, ziende dat deze bast alzo door de Werelt getrokken wert, zyn zo jaloers daar over, datze niet alleen de vreemdelingen verbieden diep landwaart in te gaan, maar ook geen jonge boompjes willen laten vervoeren, hoewel ik het door de Ceram Lauwers, dewelke nochtans by die wilden groot credit hebben, verscheide malen heb laten ondernemen.

Gebruik. *Dezen bast is niet door geheel Indiën gewilt of getrokken, maar alleen by de Maleyers op Sumatra, Borno*, Java, *en* Baly, *voor welke landen jaarlyks een lading van twee vaartuigen* (Sampans *genaamt*) *genoeg is, doch men begint hem nu ook na* Sina, *en* Japan *te zenden, en aldaar met goede winst te verkopen. Hy wert meest gebruikt, om het lyf mede te smeren, zo wel van Mannen, als van Vrouwen, en voornamentlyk in regenachtige koude dagen: Want hy verwarmt matelyk, en stilt de buik-pyn, die uit de koude voortkomt, sterkt ook alle leden, die door koude zyn verlamt, als zynde droog, heet, en doordringende van natuur, ja zodanig, dat het ook op de huit van de Europianen gesmeert, dezelve root maakt. De Javaanze en Balische Vrouluiden zyn zeer bedreven, om een verwermende pap uit deze schorsse te maken, en waar mede zy ook het lyf geduurig bestryken, niet alleen, om (als gezegt) te verwermen, maar ook om zyn goede reuks wille, doch als dan doenze nog daar by de naarvolgende schorsse*, Culilawan, *een weinig nagelen, en geel-Sandel-hout, welke zalve men noemt het heete Bobory. Men zegt dat de Inwoonders van* Coebiay *eenige honden medeleiden, alsze in 't Bosch gaan, om Massoy-boomen op te zoeken, en datze de gene voor goet en volkomen ryp houden, aan welkers stam door die honden wort geknaagt, de Ceram-Lauwers brengen ook zomtyds eenige stukken van 't hout, en de takken mede, en verkopen het voor een slegte prys, want dit hout heeft al mede zyn gebruik in de Medicyne, riekende sterk na Massoy, maar is wel een graat slapper in hitte, en wert daarom veel gebruikt tot de Bobory zalve, die men maakt voor kleine kinders, dewelke de hitte van de bast niet verdragen konnen, zommige Maleyers doen de Massoy ook in hun kost, in plaats van andere speceryen en mengenze ook onder de Medicynale dranken, by hun lieden* Djudjambo *genaamt.*

Omtrent het jaar 1654. waaren daar twee doortrapte Ceram-Lautsche Orangkayen, Sinoos *en* Backer, *die de* Coebiayers *veele jaren aardig bedroogen hebben, in 't maken van de prys over de Massoy, gebruikende daar toe een groote spiegel, de* Coebiayers *wysmakende, datze daar in haaren God* Rewata *of* Lewata (*zo noemen alle deze omleggende Eilanden, die nog Heidenen zyn, God*) *zouden zien, en hun lieden wat ter zyden dezelve stellende, zo haddenze ondertusschen een van haar maats opgemaakt, die wat agter haar, maar regt voor den spiegel stont, en wiens beeltenis in den Spiegel dan den God* Rewata *zoude zyn:* Sinoos *en* Backer *begonden dan dit beelt te vragen, of het wel billyk was, dat zy lieden zo veel voor de Massoy gaven, als de Coebiayers eisten: En wanneer den geconterfeiten* Rewata *daar op den kop schudde, zo vraagde men hem nog eenmaal, nog tweemaal, en zo voorts t'elkens met vermindering van prys, tot dat dezelve zo laag quam, als zy lieden daar op bestemt hadden, als wanneer* Rewata *daar op knikte, en dat slegte volkje konde daar niet tegen hebben, als zynde van haaren God geapprobeert, en dit bedrevenze zo lang, tot dat het bedrog, door eenige andere, die op de Ceram-Lauwers nydig waren, ontdekt wierde, waar na de vergramde Coebiayers een van de bedriegers gevangen krygende, denzelven ook om 't leven gebragt, en in stukken gescheurt hebben.*

Men vertrouwt dat de Sineeze, en Japansche Doctoren dezen bast hoe langs, hoe meer tot Medicyne zullen zoeken, begeren en gebruiken: Want hy inderdaat een zeer noodig en bequaam middel is, voor die Natie, die aan 't vryven en smeeren zo gewent zyn, en in haare Climaten neffens de hitte, ook veele koude dagen moeten uitstaan, om de natuurlyke warmte des lyfs te bewaaren, en alle pyne, die van beslootene verbolene en koude winden voortkoomt, te verdryven: na Europa wert dezelve niet vervoert, en zo nu en dan derwaarts gebragt zynde, aldaar ook niet geacht, buiten twyffel door onkunde van zyne krachten; of dat men dezelve door andere speceryen verzetten kan.

Ik heb ook gezien, dat de Ceram-Lauwers haare slaapkussens maken van de bladeren dezes booms, voorgevende, da-

ciendo in itineribus marinis, in quibus multum patiuntur frigoris, ac quæ per totam fere sustinent vitam, quique, uti dictum est, mille periculis hunc petunt corticem ex barbaris illis regionibus, quemque porro pusillis vehunt navigiis *Sampans* dictis per quadraginta milliaria trans mare ad Javæ metropoles.

Inquirendum porro est, an arbor hæc non magnam habeat affinitatem cum arbore illa, quæ aromaticum gerit corticem, & in freto Magellanico crescit. Quæ a *Carol. Clus. Lib.* 4. *Cap.* 1. describitur nomine corticis Winterani, arbor autem ipsi dicitur *Arbor Magellanica aromatica.*

dat zulks diende, om het hooft te verwermen op de koude Zee-reizen, waar mede zy meest hun leven doorbrengen, halende, als gezegt, deze bast met duizentderhande gevaaren uit de gemelde barbarische Landen, en brengen dezelve dan wyders met haare onnozele vaartuigen, Sampans *genaamt, by de* 400. *mylen over Zee, na de Koopsteeden van Java.*

Voorts staat nog te onderzoeken, of dezen boom niet wel mogte hebben een groote gemeenschap met die boom, die een speceryagtige schorsse heeft, en in de Magellanische straat wast: By Carol. Clus. Lib. 4. Cap. 1. *beschreven, onder den naam van Winteranus Cortex, doch den boom zelfs wert van hem genaamt* Arbor Magellanica aromatica.

OBSERVATIO.

Cortex hic Oninius seu *Massoy* depictus exhibetur in *Ephem. Germ. dec.* 2. *ann.* 3. *Tab.* ad *pag.* 53. & describitur *p.* 55. ut & in *Valent. Ind. Litt. Epist.* III. *p.* 397. & *Epist.* IX. *p.* 422. & in *Valent. Amboin. descript. p.* 208.

AANMERKINGE.

De *Massoy-boom* wert mede van *Valent.* beschreven in de beschryving van *Amboina p.* 208. en by *Valent. Ind. Litter. Epist.* III. *p.* 397. en *Epist.* IX. *p.* 422. en is afgetekent in de *Ephemer. Germ. dec.* 2. *ann.* 3. in de plaat op *pag.* 53. en *pag.* 55. wertze beschreven.

CAPUT VIGESIMUM SECUNDUM.

Cortex Caryophylloides. Culitlawan.

Cortex hic quoque aromaticus est, atque ex silvestri colligitur arbore, quæ truncum gerit altum & rectum, quem homo vix ulnis complecti potest, ejus coma non est admodum ample extensa, sed foliaturam gerit densam, forma Laurum referens; Ejus rami sunt pauci, ac plerumque in altum eriguntur; Foliorum raches seu ramuli virides, & firmi, bini semper oppositi, atque cum pari proximo crucem formant, singulaque conjugatio forcipem refert tridentatum: Folia cruciformiter itidem locantur, bina semper opposita, tria quatuorve paria in una rachi, quæ formam habet cuspidis ferreæ; Folia hæc Cinnamomi folia referunt, vel proxime magis accedunt ad illa *Cassiæ ligneæ*, cum quibus utrisque arboribus hæc *Culit-Lawan* magnam habet affinitatem. Unumquodque folium in vetustis arboribus palmam longum est, tres quatuorve digitos latum, in junioribus vix spithamam longum, quatuor quinqueve digitos latum proxime ad suam originem, unde sensim angustantur, & in acumen desinunt; sunt porro firma, sicca, & si franguntur, crepitantia, superius intense viridia & glabra, inferius glauca vel cinerea, tres habent nervos per folii longitudinem decurrentes, instar Plantaginis latifoliæ, ad digiti latitudinem circiter ad ortum concurrentes, & in superiore protuberantes parte, spatia autem intermedia tenuibus pertexta sunt venulis; Illorum sapor est mucilaginosus & parum aromaticus ad Caryophyllos accedens.

Fructus raro observantur, quum altissimæ sint arbores, atque plerumque inmaturi nec perfecti decidant; arbores vero soli bene expositæ, nec multum decorticatæ, fructus suos optime exhibent, hosque producunt sine notabili florendi modo; mox enim viridia & acuta præbent capitula, ex quibus oblongæ propullulant baccæ, Glandibus simillimæ, sed multo minores, glabræ, glaucique coloris: Sub exteriore crasso & viridi putamine oblongum reconditur ossiculum, Lauri fructui simillimum, ex purpura rubens, in binas divisibile partes: Caliculus autem, in quo continentur baccæ, multo profundior est quam in Glandibus, in sex apices divisus, & fructui arcte junctus: Hic vero magnitudinem semi-completæ Olivæ adeptus, in quibusdam ad unam dehiscit partem & excrescentiam emittit tenuis, mollis, fungosæ, & flavæ substantiæ, subtilissimam Ochram, vel sebum quoddam flavum referentis, magnitudine depuratæ Nucis Juglandis: Atque hæc excrescentia sive abortus tandem ita totum obtegit viridem corticem, ut in ejus centro pars quædam tantum conspiciatur: Ex purpura-rubens ossiculum totum est tum consumptum, viridisque cortex vel putamen

XXII. HOOFTSTUK.

Culit-lawan-Boom.

Dit is mede een speceryachtige bast, en komt van een wilde boom, met een hooge en regte stam, die gemeenelyk een man pas omvatten kan, deszelfs kruin is niet zeer breet, maar digt van loof, van aanzien als een Lauwrier, de takken zyn weinig, en staan meest over einde, de ryskens zyn groen en styf, twee en twee tegens malkander staande, en maken met het naaste paar een kruis, vertoonende ieder t'zamenvoeging een drietandige vork: De bladeren staan ook in 't kruis twee en twee tegens malkander, drie en vier paar aan een rysken, hebbende de gedaante van 't Yzer, of de spitze van een piek, en gelyken wat na de Caneel-bladeren, of om 't nog nader te zeggen, die van Cassia Lignea, *met welke twee boomen de* Culit-Lawan *ook groote gemeenschap heeft: Ieder blad is aan de oude boomen een hand lank,* 3. *en* 4. *vingers breet, en aan de jonge een span lank, en vier en vyf vingers breet, naast aan haaren oorspronk, en van daar allenskens toespitzende of spits toelopende: Voorts styf, droog, en in 't breeken kraakende, van boven hoog-groen, en glat, en van onderen na den gryzen, of Spaansch-groenen trekkende, zy hebben drie zenuwen in de lengte lopende, gelyk de bladeren van Weegbree, omtrent een vinger boven den oorspronk t'zamen stootende, en aan de bovenste zyde ook uitpuilende, zynde de tusschen-plaatzen met fyne adertjes doorweeven, de smaak is slymerig, en een weinig speceryachtig, wat na de nagelen trekkende.*

De vruchten ziet men zelden, om dat het zeer hooge boomen zyn, en de vruchten meest ontydig en onvolmaakt afvallen, de boomen die wel ter Zonne staan, en niet veel geschilt werden, vertoonen haare vruchten wel het beste, en brengen dezelve voort, zonder merkelyk bloeyzel, vertoonende straks of ten eersten groene spitze knopjes, daar lankwerpige bezien uit voortkoomen, de Ekelen zeer gelyk, doch veel kleinder, glat, en Zee-groen van coleur: Onder de buitenste dikke groene schel legt een lankwerpige korrel, de Bakelaren gelyk, purper-root, en die men in tween deelen kan, het kelkje, daarze in staan, is dieper, als dat van de Eeken, in zes spitzen verdeelt, en digt tegens de vrucht aanzittende of aanleggende: De vrucht nu tot de grootte van een half wassen Olyve gekomen zynde, zo beginnen sommige, of de eene zoort van dezelve aan de eene zyde wat open te bersten en een uitwassing te krygen, van een fyne, zagte, drooge, en geele substantie, den fynsten ocker, of eenig geel smeer gelykende, tot de grootte van een geschilde Wal-noote: En dit uitwas bedekt de groene schelle ten laatsten zodanig, dat men daar van maar een stuk in de holligheit overig ziet: De purper-roode korrel is als dan ook geheel verteert, en de groene

tamen

schille

tamen in substantiam degenerat cartilagineam, sapore & odore Caryophyllos referentem, atque aromaticum hunc odorem diu retinet, si occludatur vel bene conservetur. Hunc vero abortum non omnes patiuntur baccæ, plurimæ autem decidunt, harumque maxime maturæ terram attingentes arbusculas progerminant, reliquæ autem paucæ petiolis adhærentes dehiscunt, & istam emittunt excrescentiam, quæ fructibus istis irregularem dat formam instar glebæ nempe terreæ, quæ, si tangatur, adeo mollis est, ut pro sebo haberetur: Talem vero substantiam Cinnamomum quoque producit, quæ, si manibus tangatur, has colore suo inficit flavo; Substantia hæc interne durior est, nucleique formam habet, qui tamen non progerminat.

Fructus Mense Aprili conspiciuntur, & Augusto decidunt: Trunci cortex externe glaber est, cinereus vel albicans, interne pallidiorem gerit colorem quam cortex Massoy, ex russo in flavum tendens, instar lateris semi-cocti, in vetustis truncis digitum crassus, in superiore ejus vero parte tantum dimidium digitum crassus vel paulo tenuior est: Exteriore sæpe parte verrucis obsidetur; ex una quoque arbore duplex colligitur cortex, inferior enim & crassior multo siccior est & fragilior, multo tamen lentior quam Massoy. Sapore & odore adeo est acri, & ita ad Caryophyllum accedente, ut pro istius arboris cortice haberetur; *Culitlawan* vero aliquid peculiare habet, quum ejus odor sit adeo gravis, ut capiti obstet, illudque gravet: Cortex superior multo tenuior & durior est, saporisque & odoris jucundioris, quique, si manducetur, mucositatem cum levi exhibet adstrictione, uti in recenti Cassia Lignea; in siccato autem cortice minor apparet adstrictio, sed parva tantum amarities, primo majorem exhibet calorem & acrimoniam quam Massoy, hujus autem fervor diutius durat, quum *Culitlawan* ex aëriis magis constet partibus: Ore manducatus hic cortex acriter linguam vellicat, ac præsertim inferior crassus cortex, qui calamum vero, vel semi-digitum modo crassus est, multo jucundiorem habet saporem, repletque os grato Caryophylli sapore. Recens cortex per aliquot dies ad solem exsiccandus est, antequam deponatur, tumque odorem habet vinosum & jucundum, alias mucorem facile contrahit: Non est servandus in occlusis cistis, sed in ventosis & apertis locis, uti in cænaculis sub domus fastigio, ubi per duodecim conservavi annos.

Culitlawan ex Papuanis & Moluccis delatus insulis paulo magis est fuscus & acrior quam Amboinensis, sed non ita jucundum habet saporem, atque pro Massoy haberetur, qui plerumque durior & gravior est: Totus cortex ex arbore avellitur & decorticatur, nec quidquam abjicitur, uti fit cum Cinnamomi cortice, cujus exterior tantum depuratur pars. Contuli folia Cinnamomi, Culitlawan, & Cassiæ ligneæ, atque comperi, cuncta tribus nervis longitudinalibus constare, & pertexta esse, atque porro esse glabra, firma, & aromatici odoris & saporis. Cinnamomi folia erant latiora, breviora, & rotundiora; Cassiæ Ligneæ oblonga erant & acuminata: Culitlawan vero erant longissima & firmissima, ac peculiarem magis habebant saporem.

Licet autem hæ tres arbores maxime sibi sint affines, in uno tamen non crescunt loco, sed in diversissimis regionibus. Cinnamomum enim in occidentali Zeylanæ crescit parte, Cassia Lignea in Orientali Philippinarum insularum plaga per Celebem, Borneum, usque in Cambodjam & Tonkingum, maxime ad æquatoris partem borealem, quædam enim, sed paucæ occurrunt arbores in Celebes parte Australi in montibus Boegensibus & prope *Balante*: Culitlawan in hisce orientalibus insulis crescit ad Æquatoris partem australem. Hoc autem quoque patitur exceptionem, in *Mindanao* enim regione maxime australi insularum Philippinarum Cassia occurrit lignea, & Culitlawan in una eademque insula, sique attendatur accurate, duplex apparet in Amboinensi differentia, alba nempe, & rubra. Albus cortex laterem refert crudum, estque humidior, tenacior, ac crassior, atque in longis frustis ex arbore decorticatur, quique mercatoribus magis placet. Ruber magis russus est instar lateris nempe semi-cocti, tenuior est, & frangibilior, qui in longas decorticari nequit partes, uterque vero æque bonus

schille verandert zig in een kraakbeenige substantie, van smaak en reuk de Nagelen wel gelykende, behoudende zynen specery achtigen reuk nog langen tyd, als het opgesloten of wel bewaart wort: Doch dit uitwas en krygen niet alle beziën, maar de meeste vallen af, waar van de rypste, alsze op de aarde raaken, jonge boompjes voortbrengen, en de weinige, die dan aan de steelen blyven, bersten op, en bekomen het voornoemde uitwas, 't welk die vruchten een ongeschikte gedaante geeft, te weten, gelyk een klontjen aarde, zynde in 't aantasten zo zagt, dat men 't voor smeer zoude houden: Hoedanige substantie den Kaneelboom mede voortbrengt, en in 't handelen verft het de vingers ook geel, van binnen is het wat harder, en heeft de gedaante van een korrel, doch die echter niet voortteelt.

De vruchten komen voort in April, en in Augustus vallenze af, de schorsse des stams is van buiten effen, ligt-graauw, of witachtig, van binnen veel ligter van coleur, dan de Massoy, wat uit den rossen na 't geele trekkende, als een half gebakken steen, aan de onder-stammen een vinger dik, en na boven toe een halve vinger, of nog dunder, en aan de buitenste zyde meest doorgaans met vratten bezet, men heeft van eenen boom ook tweederlei bast of schorsse, want de benedenste en dikste is veel drooger, en brosser, doch evenwel nog tayer dan de Massoy: Van smaak en reuk zeer scherp, en zo na den Nagel-reuk trekkende, dat menze voor de bast van dien boom zoude houden, doch heeft den Culitlawan *nog wat byzonders, zynde zo sterk, datze het hooft beswaart: De bovenste schorsse is veel dunder en harder, ook lieflyker van smaak en reuk, en in 't kauwen wert men eenige slymerigheit, met een kleine zamentrekking gewaar, gelyk in de versche Cassia lignea, dog in de drooge schorsse vint men minder zamentrekking, en daar tegen een kleine bitterheit, in 't eerste vertoontze een grooter bitte en scherpheit, dan de Massoy, maar de bitte van de Massoy, is langerdurende, om dat de Culitlawan van luchtiger deelen gemaakt is: In de mont gekaaut zynde, zo bytze dapper op de tonge, en inzonderheit de onderste dikke schorsse, doch die maar een schaft of halven vinger dik is, valt veel lieflyker van smaak, en vervult de mont met een aangename Nagel-reuk: De versche schorsse moet men eenige dagen in de Zonne laten drogen, eer menze weg legt, riekende als dan wynachtig, en lieflyk, anders verschimmeltze licht: Men moetze in geen gesloote kisten of kassen bewaren, maar op luchtige plaatzen, gelyk op Zolders onder 't dak, alwaar ik ze twaalf jaren goet gebouden hebbe.*

De Culitlawan, die uit de Papoese, *en* Moluxe *Eilanden komt, is wat bruinder en scherper dan de Amboinsche, doch zo lieflyk niet van smaak, en men zoudeze aanzien voor Massoy, die doorgaans harder en swaarder is: De geheele schorsse wert van den boom afgetrokken, en niets daar van weggeworpen, gelyk gedaan wort met het buitenste van de Caneel-schorsse, maar slegts de ruigte daar afgeschraapt. Ik heb de bladeren van Kaneel,* Culitlawan, *en* Cassia lignea *by malkander gehat, en bevonden, datze alle met drie senuwen in de lengte doorreegen waren, glat, styf, en aromatyk van reuk en smaak: Die van den Kaneel waren korter, breeder, en ronder, die van Cassia lignea, lankwerpig en spits: Die van de Culitlawan daar naast, doch kleinder, en beide na Kaneel smaakende: Die van Culitlawan waaren de langste en styffste, en hadden meer van haar eigen smaak.*

En hoewel nu deze drie boomen groote gemeenschap met malkander hebben, zo wassenze nochtans niet op eene plaats, maar in zeer verscheide Landen: Als de Kaneel in 't Westen op Ceilon, de Cassia lignea in 't oosten van de Phylippynse *Eilanden aan, door* Celebes, Borneo, *tot in* Cambodja, *en* Toncking, *meest benoorden de linie: Want men ook eenige weinige boomen vint op* Celebes *Zuider-zyde in 't Boegische gebergte, en by* Balante: *De* Culitlawan *bezit deze Oostersche Eilanden bezuiden de linie: Doch dit heeft al mede zyn uitzondering, want op* Mindanao *'t Zuidelykste van de Phylippinen heeft men* Cassia lignea, *en* Culitlawan *op een en 't zelfde Eiland, en als men 'er naauw op let, zo kan men twee onderscheiden vinden, aan de Amboinsche* Culitlawan, *te weten, witte en roode: De witte schorsse gelykt na een raauwe moppe, is vochtiger, tayer, ook dikker, en laat haar dierhalven met lange stucken van den boom schillen, 't welk den Koopluiden aangenamer is: De roode is rosser van coleur, te weten, als een half gebakken steen, ook dunder, en brokkeliger, waar van men geen lange stukken krygen kan, dog beide even goet en speceryachtig:*

De

bonus atque aromaticus est: Alba species istos fert fructus, qui dehiscentes sebum illud exhibent flavum: Fructus vero rubræ speciei instar parvarum sunt Olivarum, sed sunt magis oblongi, nec dehiscunt, saltem non ita ac in alba specie, utriusque enim fructus ac folia fere nullum habent discrimen, fructus quoque aliquando in tantam excrescunt magnitudinem, ut tres simul quatuorve glebæ uvarum racemos referant, qui fissi flavum quasi exsudant sebum, siccum, & mucosum, sub quo sicca instar spongiæ locatur substantia saporis aromatici, in centro harum glebarum ossicula seminalia reconduntur & inveniuntur.

Arboris lignum est albicans & fungosum, ædificiorum usui ineptum, sed optimum ad focum exstruendum: Radicum cortex maxime differt a trunci cortice quoad saporem, præter istum enim aromaticum saporem multum quoque participat de Foeniculi sapore, qui cum illo *Sassafras Occidentalis* adeo convenit sapore, colore, & substantia, ut a Medicis nostris & Chyrurgis in Batavia ab anno 1676. in usu medico pro vero ligno Sassafras coeperit usurpari, in quantum vero differat ab Occidentali ista arbore, in Florida & Virginia crescente, quæ verum dat Sassafras, videri potest apud *Nicol. Monardum cap.* 24. ubi in totius arboris forma nihil occurret, quod cum *Culitlawan* nostra conveniat, excepto Foeniculaceo odore & sapore corticis: Meo autem judicio Occidentale Sassafras saporem istum multo gerit penetrantiorem & jucundiorem, gradumque minorem caloris habet quam Culitlawan.

Nomen. Latine *Cortex Caryophylloides*, Malaice *Culilawan*, quasi diceres *Culitlawan*, per abbreviationem *Culit-Buguliwan*, h. e. *Cortex Caryophylleus*, ob odorem, quem fert. Amboinice dicitur *Salackal* & *Salackar*, quidam Javani hanc quoque vocant *Sindoc*, quam diversum puto corticem, & sequenti describam Capite, cæterum *Tedjo* vocatur a *Ceram - Lauwerensibus*, & *Eyck* in *Aru-Haumo*.

Nescio, unde affinitas enata sit inter vocem *Salackal*, & Arabicam *Salicha*, qua Arabes Cassiam odoratam vocant a spoliandi significatione, nam Arabicum *Salaha* significat *Detraxit pellem*, quia omnis Cassia a suo cortice quasi spoliatur. Non abs re hinc suspicari licet, antiquos Amboinæ incolas quædam stirpium & animalium nomina ex Arabico olim per Orientem universali idiomate desumpsisse, & hanc *Salackal* denominasse a similitudine Salichæ veræ, id est Cassiæ ligneæ, velut & *Alhalla* descendit ab Alhanna, id est, Cyprus & Moluccus. Senya sive Sunya, spinosissimus frutex, alias Sappan dictus, ab Arabico *Sent*, id est, Rubus Caninus, quod porro venit ab Hebræo Seneh, id est Rubus, sic Schid, id est Rubus, & quoque Schid, id est Nugæ silvarum, ab Hebræo Schayth, id est vepres.

Locus. Arbor hæc diffuse admodum per orientales insulas, optima autem in Amboina reperitur, sed non inhac tota insula, & tantum in Leytimora circa pagos *Saya*, *Rutton*, & *Ema*, ubi ejus copia jam quoque minuitur, quum anno 1664. ejus corticis magna satis quantitas pro specimine in Europam fuerit mittenda, quo plurimæ vetustarum arborum decorticatæ perierunt. Damnum autem facile intra aliquot annos resarcient de novo propullulantes arbusculæ: In parte australi magnæ Ceramæ in sinu *Elipaputi* usque ad *Keffing* hæ quoque occurrunt arbores, quarum tamen cortex non ita præstans est ac Amboinensium: In insula quoque Molucca, *Batsjan* dicta, crescunt, ut & in *Papuanis* insulis, quarum cortex Amboinensi prævalet fervore. Magna autem copia inveniuntur arbores in insulis *Key* & *Aru*, unde totæ hoc cortice repletæ naves deduci possent, cum Pupuano conveniente, sat magna in quantitate reperitur quoque in ora boreali *Celebis*, in tractu *Caudipan*. Item in *Sumatra* circa *Palimbangh*, & in *Borneo* circa *Succadana*, ex Java itidem Culilawan advehitur, sed puto corticem esse *Sindoc*. In Solora inventus quoque fuit hic cortex, sed sapore itidem differens ab Amboinensi, ut & in *Mindanau*, uti supra dictum fuit.

De witte zoorte draagt de voornoemde vruchten, dewelke openberstende, dat geele ongel uitgeven: Maar de vruchten van de roode zoorte blyven als kleine Olyven, doch wat lankwerpiger, en bersten niet open: Immers zo veel niet als aan de witte zoorte, want de vruchten en bladeren van beiden hebben bykans geen onderscheit, ook werden de vruchten zomtyds zo groot, dat die 3. *en* 4. *klontjes vertonen als een trosje druiven, de geborstene van coleur botter-geel, droog en smeerig, en daar onder een drooge substantie als een spongie, speceryachtig van reuk, in 't grootste van deze klontjes vint men de zaat-korrels.*

Het hout is witachtig en voos, tot het timmeren niet bequaam, maar geeft goet brandhout: de schorsse der wortelen verschilt aan smaak merkelyk van de schorsse des stams, want zy heeft, behalven de voornoemde speceryachtigheit, een Venkel-achtigen smaak, dewelke met die van 't West-Indische Sassafras *in smaak, coleur, en substantie zo na over een komt, dat menze by onze Doctoren, en Chyrurgyns op Batavia, t'zedert het jaar* 1676, *in de Medicyne voor opregt* Sassafras *heeft beginnen te gebruiken, doch hoe veelze verschilt van dien West-Indischen boom in Florida en Virginia groeyende, waar van het originele Sassafras komt, kan gezien worden by* Nic. Monardus, Cap. 24., *alwaar men aan de gedaante van den geheelen boom schier niets zal vinden, dat met onze* Culitlawan *overeenkomt, behalven den Venkel-achtigen reuk en smaak van de schorsse: Na myn oordeel heeft het West-Indische Sassafras den voornoemden smaak veel duidelyker, en lieflyker, ook is 't wel een graat minder in hitte dan de Culitlawan.*

Naam. *In 't Latyn* Cortex Caryophylloides, *in 't Maleyts* Culitlawan, *als of men zeide* Culitlawan, *zynde verkort van* Culit-Buguliwan, *dat is Nagel-schorsse, na den reuk, dien ze heeft. In 't Amboins* Salackal *en* Salackar: *zommige op Java noemenze ook* Sindoc, *het welke ik voor een byzondere bast aanzie, en in 't volgende Cap. beschryven zal, anders hietze* Tedjo *by de* Ceram-Lauwers: *en* Eyck *op* Aru-Haumo.

Ik weet niet, waar van de overeenkomst is tussen het woort Salackal, *en het Arabische* Salicha, *waar mede de Arabiers de* ruikende Cassia *benoemen, afkomstig, en betekenend rooven of spolieren, want het Arabische* Salacha *betekent,* hy heeft het vel afgestroopt, *om dat al die* Cassia *van al zyn schorsse meest berooft wert. Waarom niet buiten reden men gissen mag, dat de oude Inwoonders van Ambon eenige namen van gewassen, en beesten ontleent hebben, van de Arabische buiging toenmaal door het geheel Oosten gebruikelyk, en dat deze* Salackal *genaamt zy van de gelykenisse met de waare* Salicha, *dat is de* Cassia lignea, *gelyk* Alhalla *afstamt van* Alhanna, *dat is de* Cyprus *en* Moluccus: Senya *of* Sunya *betekent een zeer doornagtige struik, die anders* Sappan *genaamt wert van het Arabische* Sent, *dat is* Rubus Caninus, *ofte honds braam, welk woort verders ook afkomstig is van het Hebreeuwsche* Seneh, *dat is* Rubus *ofte* Braam, *gelyk ook* Schid *betekent* Braam, *en* Schid *de* Nugæ silvarum *van het Hebreeuwsche* Schajith, *dat is* Vepres, *ofte doorens.*

Plaats. *Deze boom wast zeer verspreit door de Oosterlyke Eilanden, de beste vint men in Amboina, doch niet over het geheele Eiland, maar alleenlyk op Leitimor, omtrent de dorpen* Saya, Rutton, *en* Ema, *alwaar by nu ook begint te minderen, om dat men Ao.* 1664. *een redelyke partye van die schorsse tot een proef na Europa moeste zenden, waar door de meeste oude boomen geschilt wierden, en uitgingen: Doch die schaade zal men in korte Jaaren, door de nieuw opschietende boompjes, wederom vergoet zien: op de Zuid-zyde van groot Ceram, in de bogt* Elipaputi, *tot* Keffing *toe, vint men die boomen mede, doch haar bast is zo goet niet als den Amboinschen: zy groeyen ook op het Moluxe Eiland* Batsjan, *en de Papoese Eilanden, welkers bast, als gezegt, de Amboinsche in hitte overtreft: In grooter menigte vint menze op de Eilanden van* Key *en* Aru, *alwaar men daar van wel een geheele Scheepslading zoude kunnen krygen, met de Papoese overeenkomende, by valt ook in redelyke menigte op de Noort-kust van* Celebes, *by de Negory* Caudipan. *Als mede op* Sumatra, *by* Palimbangh, *en op* Borneo, *omtrent* Succadana, *van Java brengt men ook wel Culilawan, maar ik meene, dat het de schorsse* Sindoc *zal zyn: men heeft hem ook op* Solor *gevonden: Doch almede in smaak van de Amboinsche verschillende, en insgelyks ook op* Mindanau, *als boven is gezegt.*

Usus. Cortex hic quoad sensum externum Massoy corticem superat calore, ita ut ultra tertium gradum sit calidus, est quoque magis penetrans, sed ejus vires quoque citius pereunt, uti fervor Piperis multo citius penetrat quam Zingiberis, non autem tam diu durabilis est; Non ita multum usurpatur quam Massoy, & maxima ex parte in insula Baleya, & dimidium tantum valet pretium corticis Massoy. Communis vero ejus usus est ad præparationen famosi unguenti Bobori, quod duplex plerumque est: Primum autem componitur ex variis lignis odoriferis, corticibus, & floribus, quæ omnia in pultem conteruntur subtilem, qua indigenæ mulierculæ suum inungunt corpus, tam ad modicum celorem, quam ob præstantem odorem: Alterum seu secunda species præparatur ex Massoy, Culilawan, Caryophyllis, & similibus ferventibus corticibus ac fructibus, simul ut supra contritis, ut corpori frigidioribus diebus majorem adferant calorem: Ac porro ut cuncta abdominis tormina, dolores, & Cephalalgias, ex caussa frigida ortas, tollant, hunc in finem binos istos cortices manducant non subtiliter, sed grosso modo, sive cum Siri Pinanga & pauxillo Caryophyllorum, hacque masticatione conspergunt ventrem vel frontem ægri, qui mox ardorem vel cutis titillationem sentit, quo obstructi frigidi flatus extrahuntur, atque evanescunt. Hæcque actio Malaicensibus *Sumbor* seu irroratio dicitur, quæ fastidiosis hominibus obstat, sed compertum est, hæc medicamenta tali modo masticata & irrorata penetrantiora ac magis præsentia esse, quam si supra porphyritim fuerint contrita, horum autem vires sine dubio exaltantur dentium ruminatione & oris calore.

Baleyenses & quidam Javani Culitlawan quoque utuntur, uti supra de cortice Massoy fuit dictum, loco aromatum in cibo. Ore manducatus sive solus, sive cum Pinanga, bonum dat oris halitum, & coctionem ventriculi promovet.

Compertum quoque fuit, si gravidæ hoc utantur cortice, sive in cibo, sive cum Pinanga manducent, foetum quam maxime confortari, nec ita facile abortum illas pati, quod & etiam de Rosmarino testatur: Notandum porro est, crassiorem corticem externe adhibendum esse ob acrimoniam, tenuem vero ac mediocrem interne, talis autem, qui cultri habet crassitiem, nimiam inter edendum dat mucositatem: Unde medius eligendus est; arte Pharmaceutica ex hoc cortice Oleum quoque extrahi potest, licet rarum inde proveniat, indicio paucum in hoc latere cortice: Oleum hoc est tenue, flavum, bonum spirans odorem, & corroborans, simulque in eo detegitur odor & aroma Caryophyllorum, & Nucis moschatæ, sed cito avolat, ut Oleum Cinnamomi.

Ex foliis aqua destillatur odoratæ Cinnamomi aquæ æmula, sed paulo debilior est; Quædam hujus corticis frustula ollulis indita repletis *Bocassam* seu Garo Amboinensi, illud conservant, gratumque ipsi præbent saporem & odorem. In cunctis aromatum cistis, quæ in Java venduntur, quædam hujus corticis semper inveniuntur frustula, atque Sinenses hunc in Sinam devehere jam incipiunt, & in usu Medico adhibere; In Hollandiam, uti dictum fuit, pro specimine anno 1664. transmissus est, sed ibi non fuit ulterius expetitus præ ignorantia forte. Hujusque arboris radices hodie loco Sassafras occidentalis usurpari, supra quoque dictum fuit.

Anno 1691. Ex Batsjam mihi transmissi fuere varii hujus Culitlawan tenues cortices, colore & substantia haud multum ab Amboinensi differentes, sed maxime sapore diversi, qui dulcis & perfecte Anisatus erat, uti in vero Sassafras, præsertim tenues cortices, qui pro diversa haberi possent specie, sed juxta relationem ex una eademque erant arbore, cæterum ordinarius Culitlawan odor aderat, sed debilis; folia autem non erant addita: Oleum destillatum nullo modo aromaticum præbebat odorem, qui in Amboinensi observatur. In Javæ montibus Culitlawan quoque crescit, sed ejus cortex est tenuis ac mucosus, unde non æstimatur, optimus vero ex Borneo adfertur nomine *Sindock*, qui maxime tamen ab hoc *Culit-lawan* differt, quum sit siccior, & amaricantis saporis.

EXPLI-

Zy zyn van een gemeen fatzoen, de Lansse bladeren eenigzints gelyk, doch gladder en breeder, en voor uit met een merkelyke spits, dewelke aan de oude bladeren krom en achterwaarts gebogen staan, aan de bovenste zyde zynze glat, uit den swart-groenen glimmende, van onderen vertoonenze veele evenwydige zyde-ribben, omtrent een vinger van malkander staande, en tot een byzonder merkteeken bebbende, dat de achterste belft merkelyk smalder en korter is dan de voorste, zo dat de groote zenuwe niet regt midden door 't blat gaat, en de voorste belft aan den steel ook langer is, gelyk aan de nagt-schaduwe.

Zy zyn van 6. *tot* 9. *duimen lank,* 3. *en* 4. *dwers*

orve digitos transversales lata, rigida, obscure virentia, deciduaque sicca nigrescunt. Juniora ramulorum folia sunt fusca, penetrantioremque habent odorem quam vetusta, cuncta vero folia tractata vel cubiculo inclusa Allii dant odorem. Ex ramulorum ortu racemus progerminat, palmam longus, in unam binasve laterales partes divisus, ex quo fructus excrescunt copiosi, instar Lansiorum, sed magis vagi, ac pauci perfecti excrescunt, qui primo cinerei sunt globuli ex rotundo angulosi, superius foveola notati. Hi fructus, si perfecti, speciem præ se ferunt parvarum Jambosarum, quatuor quinqueve simul ex racemis dependent, quidam simplices instar parvi Pruni, plurimi autem gemini instar feroti canis, exterius albicantes seu pallide virentes instar pomorum, vel albarum Jambosarum, sub gluma exteriore aliud integumentum reconditur cultrum crassum sanguinei coloris, quod interiorem ambit nucem, uti Macis Nucem Moschatam. Hoc autem integumentum est æqualius, totumque investit nucleum, atque sub hoc verus invenitur nucleus, alio tenui adhucdum ac lignoso tectus putamine, quod tamen totam sæpe non ambit nucem, quæ externe graminei viridis est coloris, interne albicantis, quæque variis incurvis lineis in tria, quatuor, vel quinque segmenta potest dividi instar Canarii.

Gluma exterior sensim nigrescit, dehiscit, ac rubentem cum ejus integumento emittit nucleum, qui terram tangens facile radices agit, novasque progerminat arbusculas: Fructus simplices plerumque incurvi & irregulares sunt instar Renis formati. Tres etiam nuclei, sed rarissime, una in gluma inveniuntur, sique in terram hi decidant, involucrum suam mutat rubedinem & degenerat in sordide cinereum seu nigricantem colorem, quo nucleus vetustior est, eo magis viret.

Fructus ac præsertim nucleus fortem spirat odorem Allio adeo similem, ut pro eo haberetur: Idem quoque odor in arboris cortice percipitur adeo penetrans, ut totam repleat domum, ac vix tolerari possit. In viridi ligno debilior est, in sicco autem evanescit. Maxime fatuus in vetustis detegitur foliis, ad Allium tamen etiam accedens. Trunci cortex externe ex cinereo viret, ac sæpe nigrescit, lignum albicat, est leve ac molle.

Anni tempus. Quum arbores sint ita excelsæ, vix observari potest, quo tempore flores proveniant, unde anni tempus in hac numeratur, quum maturi decidant fructus, quod fit mensibus Februario & Martio; sique tum non colligantur, vel ab apris comedantur, in subsequentibus pluviosis mensibus tota arbuscularum silva sub vetusta ac matrice conspicitur arbore.

Nomen. Latine *Alliaria* a naturali Allii odore: Malaice *Caju-Bawang.* Amboinice *Tamalussel* & *Tamalasse.*

Locus. In Altis Amboinensium silvis crescit hæc arbor, sed non copiose, ac tantummodo hinc inde una alterave. In magna plurimum invenitur Amboina, vel in regione Hitoe, præsertim circa magnam illam viam, quæ per regionem istam oblique decurrit, item in Leytimora prope *Hoettomoery*, atque notandum est, lignum hoc ab inperitis erronee haberi pro vero *Caju-Lassi*, ob nominum similitudinem.

Usus. Hic fructus quondam Amboinensibus inserviit loco Allii ac Cepæ, uti illis hactenus est in usu, qui ipsi sunt adsueti ac silvas inhabitant, internus enim nucleus carbonibus parum inpositus ac tostus, & cum Zingibere & Limonum succo contritus bonum præbet condimentum, piscibus accommodatum; Juniora ac tenera folia, quæ vetustis fortiorem ac penetrantiorem dant odorem, cum piscibus itidem coquuntur ob istum Allii odorem. Omnia vero hæc condimenta hodie extra usum sunt, postquam ex Java aliisque regionibus Allium ac Cepa transportata fuerint.

Lignum parum est in usu, excepto quod asseres aliquando inde formentur ad exstruenda parva monoxula; delapsos nucleos Amboinenses funibus alligare solebant, quos in fumo exsiccabant, donec externe nigrescant, quos secum vehebant in itineribus marinis, ex quibus condimenta præparabant. Quos hunc in finem supra ignem torrebant, ac cum Zingibere & tosto pisci-

vingers breet, styf, boog-groen, en de afgevallene verdroogde werden swart: De jonge bladeren aan de gebeele ryskens zyn bruyn en sterker van reuk dan de oude, doch geven doorgaans alle de bladeren, een weinig gebandelt zynde, of in huis staande, een look-achtigen reuk van haar: Uit den schoot der ryskens komt een tros voort, een hant lank, en in een of twee zyde-takken verdeelt, daar de vruchten aankomen veele by malkander, gelyk de Lanssen, doch ydelder en weinig komen tot perfectie, zynde eerst graauwe kogeltjes, uyt den ronden hoekig, en van vooren met een kuiltje. De volwassene hebben de gedaante van kleyne Jamboesen, hangende 4 a 5 aan trossen by malkander, sommige enkelt, als een kleyne pruim, maar de meeste dubbelt, als de kloot-zak van een hont, van buiten witachtig of bleek-groen, gelyk Appelen, of witte Jamboesen; onder de buitenste bolster, leidt een ander dekzel van een mes dik bloet-root, en de binnenste Noot omvangende, gelyk de Foely de Noote-Musschaten, doch dit dekzel is effender, en bekleet den gebeelen korrel, onder deze leidt de regte korrel, noch al met een andere dunne en houtachtige schaal omvangen, doch die echter dikwils den gebeelen korrel niet dekt, by zelfs is van buiten grasgroen, en van binnen wit, latende zich met verscheide kromme linien in drie, vier, en vyf stukken deylen, gelyk een Canari.

De buitenste schelle wort metter tyt swartachtig, splyt open, en laat de roode korrel met het dekzel uitvallen, die op de aarde raakende licht wortels schiet, en nieuwe boompjes voortbrengt: De enkelde vruchten zyn gemenelyk wat scheef, en als een niere gefatsoeneert. Men vint ook (doch zeer zelden) wel drie korrels in een bolster, en alsse uit dezelve op de aarde vallen, zoo verandert het omwintzel ook zyn roodigheidt, en wert lelyk-graauw of swart, en hoe de korrel ouder, hoe hy groender wert.

De vrucht, inzonderheidt de korrel heeft een sterken reuk, de knof-look zoo gelyk, dat menze daar voor aannemen zoude: dezelfde reuk is ook in de schorsse des booms, en daar by zoo sterk, dat hy het gebeele huis vervult, en men hem qualyk lyden kan: Wat slapper is hy, in 't groene hout, maar in 't drooge vergaat hy, den slapsten is in de oude bladeren, doch nog al naa het knoflook riekende. De schorsse van den stam is van buiten uit den graauwen groenachtig, en bykans swart; het hout wit, licht, en niet hart.

Saysoen. *Om dat het zulke hooge boomen zyn, zoo kan men qualyk opmerken, wanneer het bloeyzel voor den dag komt, dies men zyn Saysoen reekent, wanneer de rype vruchten beginnen af te vallen, 't welk geschiet in February en Maart, en zoo menze als dan niet op en leest, of datze de wilde Verckens niet op en knappen, zoo vint men in de volgende reegen-maanden een gebeele bosschagie van jonge boompjes onder de ouden.*

Naam. *Latyn* Alliaria, *van den Natuurlyken knoflook reuk; in 't Maleyts* Caju-Bawang: *Ambeins* Tamalussel *en* Tamalasse.

Plaats. *Deze boom wast in de hooge Amboinsche bosschen, doch geensints in menigte, en maar hier en daar een: men vint hem meest op groot Amboina, of het lant van Hitoe, inzonderheidt omtrent de groote weg, die het Lant dwers overgaat: Item op Leytimor by* Hoettomoery, *en staat ook aan te merken, dat het hout by de onervarne abusivelyk voor 't recht*e Caju-Lassi *gehouden wert, om de gelykheidt der naamen.*

Gebruik. *Eertyts heeft deze vrucht de Amboineezen gedient in plaats van Ajuyn en Look, gelykse noch doet by die gene, die daar aan gewent zyn, en in 't bos woonen, want de binnenste korrels een weinig op koolen gerooft, en met Gember en zuure Lemoen-zap gevreven, geven een goede zause, om visschen daar by te eeten. De jonge en malsse bladeren, die sterker rieken dan de oude, werden ook by visschen gekookt, om des voorschreve reuks wille, doch alle die dingen zyn hedensdaags in afgang of ongebruik gekomen, zedert dat men jaarlyks van Java, en andere Landen Ajuyn en Look heeft beginnen aan te voeren.*

Het hout is weinig in gebruik, behalven datter zomtyds eenige planken van gekapt werden tot het opbouwen van kleine Praauwen. De afgevallene korrels plegen de Amboinesen tot nu toe aan snoeren te rygen, en in de rook te droogen, tot datze van buiten swart werden, en dieze dan met zig voeren op haare Zee-reizen, om een zause daar van te maaken: Dezelve tot dien einde een weinig over 't vuur

A
C
B

pisciculæ capite in aqua conterunt, addito succo Limonum, si ad manus sit, sicque per linteum cribrant, quod verum exhibet condimentum ad pultem Papeda dictam, quænam sit vera Papeda, supra in Capite de Sagu dictum est.

Lignum quoque adhibetur ad trabes ædium & ad tecta, quum sit leve ac satis durabile: Juniora folia itidem cum piscibus coquuntur odoris ac saporis gratia.

EXPLICATIO

Tabulæ Vigesimæ,

Exhibentis ramum arboris ALLIARIÆ *Rumphio* dictæ.

A. *Fructum geminum.*
B. *Fructum solitarium.*
C. *Nucleum* denotat.

CAPUT TRIGESIMUM.

Cassia Fistula.

IN subsequentibus hujus libri capitibus quædam describentur arbores, quæ tales gerunt fructus, qui æque ad usum Medicum quam culinarium adhibentur, quarumque plurima pars nobis Europæis etiam nota est, quas hic iterum enucleabimus, quum quædam adhuc essent addenda, quæ in Europæorum libris omissa nec perspecta erant.

Primo itaque nobis occurrit arbor *Cassia Fistula*, cujus in Oriente multæ inveniuntur species ac varietates, una nempe parvis angustisque foliis, altera majoribus, de qua ultima tantum agemus, quum in hisce Orientalibus insulis sit nota, nec in Europæorum libris, quantum novi, cum tota ejus forma plenarie descripta.

Arbor itaque est alta & ample extensa, forma Juglandis, sed ejus coma paulo amplior est, glabrum & ex cinereo pallidum gerens corticem. Folia rachi insident longa, erecta, in binos ordines opposita, forma Juglandis vel Fraxini, quamvis ab iis satis differant, quinque septemve paribus ad unam rachim, at raro extremo inpari, vulgaris sunt formæ, inferius rotunda, superius parum acuminata, plerumque quinque pollices longa & ultra duos lata, multis tenuibus ac pluribus parallelis pertexta costis, ad tactum vix sese distinguentibus, inferiora autem folia tres modo pollices sunt longa, *Lingoo* foliis similia, glabra, primo læte viridia, dein nigricantia ac insipida. In plurimis Europæorum libris cum Persicæ foliis comparantur, sed nunquam ita angusta illa inveni, ne quidem in satis vetustis arboribus: Quodvis porro folium brevi ac crassiusculo insidet petiolo, quod caput æmulatur, rachesque in ramorum summo arcte locatæ sunt, quæ ad ortum suum crassum gerunt geniculum.

Flores in magnis & extensis proveniunt racemis, qui ingentes sunt & formam Violarum fere referunt, sed majores sunt, ac quisque viridi & longo insidet petiolo non conjuncti, sed vagi sunt, qui tamen pondere suo racemum deprimunt, singulus autem ex quinque luteis constat petalis, quorum tria inferiora ad latera extensa dependent, bina superiora sunt gibba, introrsum inflexa, in centro autem varia viridia ac longa apparent stamina parum incurva cum antheris cinereis, quorum quatuor ultra florem extenduntur, horumque medium longius est, crassius, ac reliquis magis viret, instar falcis incurvum ac simplex est (pistillum) quod in fructum excrescit, ita ut ex uno flore unicus tantum fructus seu siliqua progerminet, non vero gemina vel terna, uti quidam falso putarunt, plurimi autem flores in fructus abeunt, ac rari frustra decidunt.

Hique fructus sunt longæ istæ siliquæ seu fistulæ, ubivis notæ, binos circiter pedes longæ, quædam recta

't vuur roostende, en dan met Gember, en een gebraaden vis-kop in waater vryvende, doende wat Lemoen-sop daar by, als zy het hebben, en klenzen het zoo door een doek, 't welk dan de regte sause is om haar Papeda mede te eeten. Wat nu Papeda zy, is hier boven in 't Kapittel van Sagu gezegt.

Het hout wert ook gebruikt tot balken in de huizen, en aan 't dakwerk, om dat het ligt en niet te min durabel is. De jonge bladeren kookt men mede by visschen, om dezelve een geur en smaak te geven.

UYTLEGGING

Van de twintigste Plaat,

Vertoonende een Tak van de LOORBOOM van *Rumphius* genaamt.

A. Verbeeldt een *dubbelde vrucht.*
B. Een *enkelde.*
C. Deszelfs *korrel.*

XXX. HOOFTSTUK.

De Trommelstok-Boom.

IN de volgende Kapittelen dezes boeks zullen beschreven werden eenige boomen, waar van men zodanige vruchten heeft, die zo wel tot Medicyn, als in de kost gebruikt wordende, ons Europianen de meeste deel ook bekent zyn, doch die wy weder aanhalen, om dat 'er hier, en daar, eenige dingen by te doen vielen, die in de Europiaansche boeken nog niet bekent staan.

En voor eerst komt ons voor den boom van Cassia Fistula, *dewelke in 't Oosten van veelderlei gedaante gevonden wert, te weten, de eene met kleine of smalle bladeren, en de andere met grooter, van welken laatsten wy maar alleen handelen zullen, als zynde in deze Oostersche Eilanden bekent, en in de Europiaansche boeken (mynes wetens) met zyne volle gedaante tot nog toe niet beschreven.*

Het is dan een hooge', en wytuitgespreide boom, van gedaante als een Noote-boom, doch wel zo breet van kruin, met een effen en uit den grauwen-bleeke schorsse. De bladeren staan aan lange regte ryskens, in twee rygen over malkander, in gedaante van Noote- of Essche-bladeren, hoewelze daar nog al wat van verschillen, met 5. en 7. paren aan een rysken, en zelden met een alleen voor uit, zy zyn van gemeene gedaante, achter ront, en voor met een kort spitsken toelopende, door de bank 5. duimen lank, en ruim twee breet, met veele fyne, en meest parallele ribben doortogen, die men pas voelen kan, de achterste bladeren zyn maar 3. duimen lank, en de Lingoo *bladeren gelyk, glat, blyde-groen, doch ten laatsten swartgroen, en onsmaakelyk: Meest in alle de Europiaansche boeken, werdenze vergeleeken by de bladeren van een Persik-boom, maar ik hebze nooit zo smal gevonden, ook niet aan redelyk oude boomen: Yder blat staat op een kort dikachtig steeltje, doch dat beter een knop gelykt, en de ryskens staan aan 't voorste der takken digt op malkander, hebbende by haren oorspronk een dik knietje.*

Het bloeizel komt voort aan groote en uitgebreide trossen, daar aan ziet men groote bloemen, in de gedaante van violen, doch grooter, yder op een groen lank steeltje, niet gedrongen, maar ydel van malkander staande, doch die evenwel door haare swaarte den tros wat nederbuigen, zynde yder gemaakt van 5. geele blaatjes, waar van de drie onderste uitwaarts geboogen hangen, de bovenste zyn bultig, en inwaarts gekromt, en daar binnen staan verscheide groenachtige, en lange draaden, ook een weinig gekromt met grauwe noppen, waar van 'er vier buiten de bloem uitsteeken, en van dezelve is de middelste nog langer, dikker, en groender, dan de andere, als een zikkel gekromt, en zonder nop, waar uit de vrucht voortkomt, zo dat uit een bloem maar een vrucht, of houwe groeit, en niet twee of meer, gelyk sommige gemeent hebben, hoewel de meeste part van de bloemen tot vruchten werden, en weinige komen aftevallen.

En deze vruchten nu zyn de lange houwen of pypen, over al wel bekent, omtrent twee voeten lank, sommige regt

tæ, plurimæ vero parum incurvæ, ex oblongo-rotundæ, instar baculi, vix pollicem latæ, una autem parte per longitudinem sutura notatæ, acsi ibi consutæ forent, primum virent ac tam molles sunt, ut inflecti possint, maturæ vero indurescunt ac lignosæ sunt, externe quædam sunt intense fuscæ, quædam vero nigricant, glabræ, ac transversalibus tenuibus notatæ circulis, qualia in intestinis apparent: Intus vero in cellulas divisæ sunt, quæ ad medium circiter repletæ sunt molli ac nigra pulpa, in quavis autem ossiculum reconditur, uti & in Europa notæ sunt, saporem præbentes dulcem ac nauseosum. Hæcque pulpa est unica res, quæ ex hac expetitur arbore, unde & hi fructus seu siliquæ in Europam transferuntur ad usum Medicum: Florum odor est languidus, attamen jucundus, ac præsertim tempore matutino.

Hujus arboris lignum est solidum, flavum, grave, ac durum, in vetustioribus autem arboribus ruffum, ac circa cor ex cinereo nigrum, ac tempore penitus nigricat instar Guajaci, quod tamen raro in hisce occurrit insulis.

Nomen. Latine *Cassia Fistula*, *Cassia Solutiva*, Cathartica, *Siliqua Ægyptia* & apud Pharmacopæos *Canna Fistula*. Belgice *Trommel-stokken*. Arabibus *Cassaat Falus* ac male *Gasat Falus*, quod ex *Cassia Fistula* corruptum videtur, ab Avicenna vocatur *Chajar Xambar*, vel proprie *Chyar Schambar*, quod longum denotat Cucumerem; qui per spithamas metitur. Prima ejus mentio occurrit apud Græcum Medicum *Actuarium*, qui hanc *Cassiam* vocat *Melænam*. In Ægypto & Persia hodie etiam vocatur *Hiar Xambar*, sed *X* debet legi ut *Sch*. Vocabula Indica in Guseratta lingua sunt *Gramala*, ac porro in ora Malabarica usque ad promontorium Comoryn *Condoca*, *Hasangua*, *Bava Simgua*. In Canara *Baboo* &c. In Lingua Malaicensi & Macassarensi quidam illam vocant *Caju Radja*, quidam vero, sed plurimum Baleyenses, *Caju Dulang*. Amboinice in Hative vocatur *Uttamanu*, in Hitoë *Pappe pauna*, quod aliquid denotat, quo dorsum alicujus feritur. Javanis dicitur *Bongoe alas* & *Tangkuli* seu Silvestre quid; Nomina autem Arabica & Persica desumpta sunt a figura oblonga *Chyar* seu *Cucumis*; sed vox *Cassia* desumpta est a figura fistularum: Uti cortex Cassiæ aromaticæ, sive Canellæ de sua detractus arbore, quod venit ab Hebræo *Ketzia* idem significante, & illud a *Kazar* abradere, deglubere, quia Canellæ cortex de sua deglubitur arbore.

In *Horti Malabarici Figura* 22 vocatur Malabarice *Conna*, Bracmanis *Bajo*, cujus descriptio cum nostra plurimum convenit, licet figura parum differat, *Piso libr*. 4. *cap*. 22. lingua Brasiliana eam vocat *Tapiraco-Aynana*, sed ipsi minora tribuit folia ac flores incarnatos, in Mexico vocatur *Guaubay Ohuatli*. In Zeylana *Æhæla*.

Locus. Quum fistulæ hæ veteribus fuerint ignotæ, hinc puto, nullibi frequenter reperiri, nisi in Æthiopiæ regionibus & circa oras maritimas, quas *Troglodita* inhabitant, quos Arabes communi nomine *Zangi* seu *Zingi* vocant, cujus vestigium reperitur in supra memorato nomine Indico *Bava Sanguia*. quod forte denotat arborem ex *Sangi* seu Æthiopia, unde sine dubio in Ægyptum aliasque regiones translatæ fuere hæ arbores, licet hodie, in Cambaja regione aliisque veteris Indiæ provinciis frequenter occurrant, sponte quoque in Javæ & Baleyæ silvis crescunt, sed raro in Macassara. In hisce insulis Orientalibus hinc inde modo una alterave arbor ex adductis seminibus progerminavit. Durum argillosumque amant solum, unde & lætius crescunt in Hitoës regione, quam in sabulosa Leytimora. In Banda quædam etiam hujus reperiuntur arbores, sed frequentiores sunt in *Mackian* & in Moluccis. Hispani hodierni in insulis Occidentalibus, præsertim in *Dominica* & *St. Juan de Portorico* fructus hos habent ita copiosos ac elegantes, ut ex *Monardi libr. simpl. medicam. cap*. 44. sententia hi Orientalibus non sint minores, sed e contra præferantur, unde & plurimum inde in Europam transferuntur, quum inde binorum mensium spatio transvehi possint, quum Orientales ad minimum per sex menses distant, atque inter hos optimi censentur, qui ex Cambaja adferuntur, quos Portugalli in suam etiam deducunt Patriam, Belgæ enim nullas ex Orientali

regt, maar de meeste wat gekromt, lankwerpig ront, als een stok, of saucys, schaars een duim breet, en aan de eene zyde langs heenen met een naat, als ofze daar t'zamen genaait waren, eerst zynze gras-groen, en zo week dat menze buigen kan, maar ryp geworden zynde, hart en houtachtig, van buiten zommige hoog-bruin, zommige swartachtig, effen, en over dwers, met dunne cirkeltjes geteekent, gelyk men aan de darmen ziet: Voorts zynze van binnen in kamertjes verdeelt, en dezelve schaars tot de helft toe met een swart, en week merg gevult, en een korrel daar binnen, gelykze genoegzaam in Europa bekent zyn, ook van den zelfden walgelyken, en zoeten smaak. Zynde dit merg het eenigste, 't gene men van dezen boom zoekt, en waarom men ook die vruchten of hauwen tot in Europa vervoert, om in de Medicynen te gebruiken: De reuk van de bloemen is slap, doch lieflyk, en bezonder in de morgenstonden.

Het hout van den boom is digt, bleek-geel, swaar, en hart, aan de oude boomen ros, en omtrent het hert swartgraauw, en metter tyd geheel swart, als Pok-hout, het welk men echter in deze Eilanden zelden ziet.

Naam. *In 't Latyn* Cassia Fistula, Cassia Solutiva, Cathartica, Siliqua Ægyptia, *en by de Apothekers* Canna Fistula, *in 't Duits Trommelstokken*, *in 't Arabies* Cassaat Falus, *en qualyk* Gasat Falus, *het geen uit* Cassia Fistula *bedurven schynt*, *by* Avicenna *hietze* Chajar Xambar, *of eigentlyker* Chyar Schabar, *het welk beduit een lange Komcommer, die men met spannen meet. De eerste mentie daar van vint men by den Griekzen Artz* Actuarius, *dieze noemt* Cassiam Melænam. *In* Ægypten *en* Persien *hietze nog* Hiar Xambar, *dog de* X *moet gelezen werden als* sch. *De Indische namen zyn, in Guseratte* Gramala, *en voorts op de kust Mallabaar tot de Kaap Comoryn toe* Condaca, Hasangua, Bava Simgua. In Canara Bahoo &c. *In 't Maleyts en Macassaars noemen hem zommige* Caju Radja, *zommige, doch meest op Baly*, Caju Dulang. *Amboins*, *op* Hative Uttamanu, *op Hitoe*, Pappe Pauna, *dat is iets daar men de rugge mede klopt. Op Javaans* Bongoc alas, *en* Tangkuli, *dat is iets wilts: Maar de Arabische en Persische benamingen zyn genomen van de lankwerpige gedaante* Chyar, *dat is een* Komcommer, *doch het woort* Cassia *is genomen van het formaat der pypen. Gelyk de bast van de* Cassia Aromatica, *of de* Canella *van zyn boom afgeschilt, ontleent is van het Hebreeuwsche* Ketzia *het zelve betekenende, en dit wederom van* Kazar *afschrappen, afhaalen, om dat de bast van de* Canella *van de boom afgeschilt wert.*

In de Hortus Malabaar, Figuur 22. *hiet by op Malabaar* Conna, *in 't Braminees* Bajo, *welke beschryving met de onze meest overeenkomt, hoewel de figuur wat verschilt:* Piso, Lib. 4. Cap. 22. *noemtze, op 't Brasiliaans*, Tapiraco-aynana, *doch geeft haar kleindere bladeren, en incarnate bloempjes*, *in* Mexico *wert by genaamt* Guauhay Ohuatli, *op Ceylon* Æhæla.

Plaats. *Om dat deze pypen by de oude niet zyn bekent geweest, zo oordeel ik, datze nieuwers veel gevonden wierden, dan in de landen van* Æthiopia, *en omtrent de* Zee-kant, *daar de* Troglodita *woonden, dewelke de Arabiers met een gemeene naam* Zangi *of* Zingi *noemen, waar van men de voetstappen vint in de boven genoemde Indische namen*, Bava Sanguia, *'t welk misschien zeggen wil, een boom uit* Sangi, *of Moorenland, van waarze buiten twyffel in Ægypten, en andere Landen overgebragt zyn, hoewelze hedensdaags in 't Land van Cambaja, en andere Provincien van out-Indiën overvloedig wasschen, van zelfs vint menze ook in de Bosschen van Java, en Baly, doch weiniger op Macassar. In deze Oostersche Eilanden heeft men slegts hier en daar een boom, van de ingebragte korrels voortgekomen: Zy willen een harde klei-gront hebben, en waaromze ook liever wasschen op het Land van Hitoe, dan op het zandige Leitimor. In Banda heeft men ook al eenige boomen, doch nog meerder op* Mackian, *in de Moluccos. Hedensdaags hebben de Spanjaarts in de West-Indische Eilanden, inzonderheit op* Dominica, *en* St. Juan de Portorico *deze vruchten zo overvloedig en schoon gevonden, datze na 't oordeel van* Monardus, lib. simplic. medicam. cap. 44. *de Oost-Indische niet en behoeven te wyken, ja ook overtreffen, dierhalven zy ook meest van daar in Europa vervoert werden, om dat menze van daar in twee maanden kan overkrygen, daar de Oost-Indische ten minsten 6. maanden moeten onderwegen zy, en onder deze kaastge-*

tali India transferunt, quum, uti dictum est, recentius ac citius ex insulis Caribæis vel ex Alexandria comparari possint.

Usus. Pulpa hæc medicinalis calore ac humiditate temperata est, sed calor prævalet, de ejus vero viribus ac usu omnia hic enarrare nolo, quum in aliis satis inveniantur libris; mirandum vero est Medicamentum hoc, cui Europæi nostri Chirurgi tantam tribuunt, nec sine ratione utilitatem, ab Aquosæ Indiæ incolis tam parum æstimari, licet ubique, uti dictum est, ibi occurrat. Malaicenses enim, Javani, Macassarenses, aliique vix dignum censent, ut assumatur, immo vulgus tanquam nocivum habet, atque quamdiu aliud quoddam purgans sibi possint comparare, has fistulas non adhibebunt: Hoc autem neutiquam vitio Medicamenti, sed incolarum ignorantiæ attribuendum est, multi autem horum per Europæos nostros melius edocti sunt, nostroque modo jam incipiunt eo uti. Vulgo non amatur hæc pulpa in aqua vel alio quovis liquore soluta, ut sorbendo assumatur, solebant autem has fistulas exsugere, hisque superbibere quendam potum, vel aliquem superedere cibum, ne tantam excitaret palato ac gulæ nauseam. Videtur autem Javanos aliosque Indos ab usu harum fistularum abhorruisse, quum antiqua inter vulgus fabula jam fuerit sparsa, atque a plurimis credita, vaccas sub hisce arboribus virides comedentes siliquas, inde non tantum in Diarrhæam incidere, sed illos etiam, qui earum vescebantur carne, quod vero jam diu a *Garzia ab Horto Libr*. I. *Cap*. 29. aliisque fuit refutatum.

Virides ac molles fistulæ a Portugallis primum in aqua parum ebulliuntur, ac dein iterum exsiccantur, saccharoque condiuntur, talesque in vasis compactas in Portugalliam transferunt in usum feminarum, puerorum, aliorumque tenerorum hominum, secessum enim sine molestia caussant. Eundem in usum similique modo flores in conservam præparantur tam integri quam contriti. Pulpa ex his fistulis extracta ope aquæ calidæ, ac iterum in Electuarium crassum redacta sine potu comedi potest, addita pauca Zingiberis ac seminis Anisi quantitate ad abdominis intestinorumque tormina præcavenda, quibus delicati homines alias sæpe obnoxii sunt. Qui debili laborant stomacho mucosisque ac flaccidis vexantur intestinis, non multum hanc pulpam in usum adhibere debent, quum ventriculo noceat, nisi aliquid *Rhei* vel *Myrobalani* addatur.

Pueri cum his quoque ludunt viridibus fistulis, quas in armillas flectunt, facile enim sine fissuris complicari possunt ac filo trajici; semi-hora ante cibum semper usurpanda est pulpa, ut ventrem emolliat ac subducat, ad renes vero ac vesicam depurandam duabus horis ante cibum, quum crassa hæc pulpa alias non satis digesta fit, nisi per cibum simul adjuvetur, nec in ventriculo diu retinere illam oportet, quum ipsi adeo obstet, atque porro notandum est, Cassiam non tantum intestina expurgare, sed ad ipsas etiam remotas penetrare partes, ad renes nempe ac vesicam, quibus utrisque inservit, quum illas depuret partes earumque leniat dolores.

Propria autem Cassiæ vis est biliosos primum exonerare humores, ac dein etiam pituitosos dissolvere, qui in angustiis hærent ostiis, ibique obstructiones caussant; Si post cœnam, quum cubitum imus, ejus pauca ingeratur copia, hæcque sensim deglutiatur, prodest iis, qui Catharris pulmonum laborant, iisque obnoxii sunt, atque anhelosi & Asthmatici fiunt; contra omnes porro renum morbos tanquam secretum habetur remedium, si pulpa hæc cum Liquiritia & Saccharo mixta ingeratur, immo dicitur, si tali modo præparata hæc sæpius adsumatur, calculos renum præcavere.

Bontius libr. 6. *cap*. 10. Terebinthinam admiscet Venetam, utiturque illa ad renes & Gonorrhæam depurandam, ubi & etiam monet, Cassiam in India Orientali non esse usurpandam in Dysenteria, Cholera biliosa

genoemde rekent men voor de beste die van Cambaja komen, dewelke de Portugeezen ook na haar Land brengen, want de Nederlanders voeren der geen uit Oost-Indiën, om dat menze, als gezegt, verscher en eerder uit de Caribische Eilanden, of uit Alexandrien bekomen kan.

Gebruik. *Dit Medicynale merg is in hitte en vogtigheit getempert, doch de hitte wat meerder, van zyn kragten, en gebruik wil ik hier alles niet ophalen, om dat men 't zelve in andere boeken genoegzaam vint; en het is te verwonderen dat dit Medicament, het welk onze Europiaansche Meesters, niet zonder reden, zo veel nuttigheit toeschryven, by de Inwoonders van Water-Indiën zo weinig geacht wert, hoewel het, als gezegt, over al te vinden is: Want de Maleyers, Javanen, Macassaren &c. achten het qualyk waardig om in te nemen, ja het gemeene volkje houd het voor een schadelyk ding, en zo lang zy eenige andere purgatiën konnen krygen, zullenze deze stokken niet gebruiken, doch dit moet men daarom geenzints de ondeugden van 't Medicament, maar de onkunde van de Inlanders toeschryven. Want veele zyn door onze Europianen daar van nu beter onderrigt, en beginnen het nu op onze manier te gebruiken. In 't gemeen houd men daar niet af, als men 't merg in water, of eenige vogtigheit zo dun maakt, dat men 't indrinken moet, maar men plag de stokken uit de hand te eeten, en daar dan een dronk op te doen, of eenige kost daar op te nuttigen: Op dat het zo veel walging in de mont, en keele niet zoude verwekken. Het schynt, dat de Javanen en andere Indianen van 't gebruik dezer pypen afgeschrikt zyn, om dat al een oud fabeltje onder de gemeene man gekomen, en ook by de meeste ten deele gelooft is, dat de Koeyen onder deze boomen groene pypen afweidende, daar van niet alleen zelfs de buik-loop krygen, maar ook de gene, die van haar vleis eeten, het welk al lange voor dezen door* Garzias ab Horto, Lib. 1 Cap. 29. *en van andere wederlegt is.*

De groene weeke pypen werden door de Portugeezen eerst in water wat opgekookt, daar na weder gedroogt, en met zuiker ingelegt, en zo voeren zyze met geheele vaatjes na Portugaal, tot gebruik van vrouwen, kinders, en andere teere menschen: Want zy verwekken kamer-gank, zonder moeite: Tot den zelfsten einde, en op gelyke manier wert ook de bloeme tot een conserf gemaakt, zo wel heel als gevreven zynde. Het merg uit deze pypen getrokken met warm water, en weder tot een dik Electuarium *gebragt, kan men ook wel uit de hand eeten zonder eenige vogtigheit daar by te doen, maar wel met een weinig Gember en Anys-zaat, om daar door voor te komen de snyding in de buik, of darmen, dewelke anders tengere menschen van dit merg onderworpen zyn: Ook moeten het de gene, die slap van maag, en slibberig van ingewant zyn, niet veel gebruiken, om dat het de maage hinderlyk is, of dienen wat Rhabarber of* Mirobalanen *daar by te doen.*

De kinders speelen ook met de groene pypen, dezelve tot armbanden makende, want zy laten zig zonder scheuren t'eenemaal t'zamen buigen, en met een draatje doorsteeken: Zy moeten altyd voor 't eeten gebruikt werden, te weten, om de buik slegts week te maaken, een half uur te vooren, maar om de nieren, en blaas te zuiveren, een paar uuren te vooren, om dat dit dikke merg anders niet zakken wil, dan wanneer het door de kost wert nedergedrukt: In de maage dient het ook niet lange te blyven, om dat het hem zo tegen is, en waar by men dan nog weten moet, dat de Cassia niet alleen de darmen zuivert, maar ook tot de afgelegene partyen doordringt, als in de niere, en blaas, voor welke beide zy goet is, dezelve zuiverende, en de pynen verzagtende.

De eigentlyke kragt van Cassia is wel de galachtige humeuren uit te voeren, of af te zetten, maar daar na tast by de slymerige ook aan, en inzonderheit die in naauwe passagie steeken, en aldaar verstopping veroorzaken: Na den eeten, als men slapen wil gaan, een weinig ingenomen, 't zelve langzaam doorslikkende, helpt die gene, die met zinkingen op de borst, en daar uit ontstaande kort-aassemheit gequelt zyn, tegens alle gebreeken der nieren wort het voor een secreete remedie gehouden, als men dit merg met zoethout en zuiker mengt, en zo inneemt: Ja men zegt dat die gene, die het dikwils gebruiken, voor de nieren-steen zouden bevryt zyn.

Bontius lib. 6. cap. 10. *mengt 'er Veneetsche Terpentyn by, en gebruikt het, om de nieren en* Gonorrhæam *te zuiveren, alwaar hy ook waarschouwt, dat men de Cassia in Oost-Indiën niet gebruiken moet in roode-loop, gal-*

liosa, febribusque, quum in ventriculo diu remanens in bilem ipsam mutetur: Ægyptii cum Agarico miscent, & utuntur contra tussim & Asthma, uti & contra omnes artuum dolores ex calore ortos, uti contra calidam podagram, illamque Emplastri forma ipsi inponunt, sique tali usurpetur modo, cunctos curat tumores calidos, inflammationes, & Erysipelas. Qui κυνάγχη vel angina inflammatoria laborant, ac cum hac pulpa in aqua Plantaginis vel simili dissoluta gargarisant, magnum inde habent solamen. Exterius autem illinita omnem curat scabiem & cutis inpuritatem, atque apostemata maturat.

Fistulæ hæ in siccis & occlusis servandæ sunt locis, si enim humido äeri vel rori exponantur, mucorem contrahunt & intra annum corruptæ sunt, in India autem hoc non ita curatur, quum recentes semper conquiri possint.

Ægyptii nos docent, fistulas has recentes interne non esse ingerendas, nisi per quatuor sexve menses ex arbore fuerint decerptæ, quum alias Diarrhæam caussent, extracta Cassiæ pulpa per 24 horas bona servari nequit, nisi in cistis occlusis conservetur, tumque non ita bona est acsi recens fuerit extracta: Pulpa hæc coctionem subire nequit, quum vim aperientem tum perdat: Baleyenses recentem trunci corticem ab exteriore cinereo depuratum, hocque subtiliter contuso & commixto, Emplastri forma externe applicant omnibus artubus, præsertimque iis, qui ex pulvere pyrio adusti sunt, ut & vulneribus imponunt per explosionem laceratis, quo feliciter ardorem extrahunt.

Officula seminalia cellulis inclusa, si recentia, glabra ac plena sint, terræque committantur, intra annum in arbusculas excrescunt quinque sexve pedes altas, quo modo arbores has in Hitoës ora propagari curavi, unde milites nostri melius sese habuerunt, (harum pulpa ad quotidianum purgans adhibita) quam ex incertis Chymistarum præparationibus negligenter confectis, quæ magnis tamen sumptibus ex patria gubernatoribus nostris transmittuntur. Ex insulis Caribæis Galli in suam etiam transferunt Patriam, quas meliores ac pleniores comperiunt quam ex India Orientali delatas; In illis enim insulis copiose crescunt in vastis ac planis silvis, ubi fistulæ hæ siccæ sese mutuo ferientes vi venti allisæ tantum excitant crepitum ac sonitum, ut non solum animalia atque aves fugam arripiant, sed etiam peregrini ac novitiani putent, sese æstum maris auribus percipere, licet sæpius longissime sit remotum, vel etiam aliquando putant armatos milites appropinquare, hocque sonitu in Java ac Baleya sese congregant Simiæ & Cercopithecæ, quæ magna copia has arbores inhabitant.

Caribæi hac utuntur pulpa omnibus mensibus hora ante prandium ad corpus ab omni inpuritate liberandum, atque comperti sunt, hacce re corpus suum salubre atque incolume esse. Cassia fistula in Americanis crescens insulis ac regionibus minor dicitur esse, ac folia gerere flavescentia, floresque parvos læte rubentes, atque in omnibus optime convenire cum subsequenti silvestri Cassia fistula, uti mihi per ocularem testem narratum est.

Sic *Canna* quoque *Fistula Javanica* circa Carwan & in regione Tsjeribon crescens parva gerit folia, ordine ac forma cum parva Blimbingh Bulœ convenientia. Flores quoque minores sunt quam in descripta, majores vero quam Blimbingh, ex læte rubenti & albo mixti colore: Siliquæ vero sunt ut in præcedenti, ac lignum flavescit, nodosum est, nec facile per longitudinem sese findens; In vetustioribus truncis cor ex fusco nigricat, grave est, ac durabile porro lignum, ita ut ibi multum ad postes ædium adhibeatur: Arbores hæ in Java, Baleya, ac Macassara diu quoque persistunt: Vaccæ decerpunt folia, si illa attingere possint, non autem siliquas, ac homines trunci cortice utuntur defectu Pinangæ cum Siri & calce illum masticantes, quod a vulgo tamen tantum instituitur, atque hic cortex, si masticetur, fragilis est ac siccus, fere instar vetustæ Pinangæ, sed huic mixtum est aliquid mucilaginosum, unde & Javani illum unguento suo Bobori admiscent, ut melius adhæreat: Denique notan-

galachtig hort, en koortzen: om datze in de maage lang leggende, ligtelyk in galle verandert. De Egyptenaars vermengenze met Agaricum, *en gebruikenze tegens den hoest en korten aessem, als mede tegens alderhande pyne van de gewrigten, die van hitte komen, gelyk het heete* Podagra, *dezelve pleystersgewys daar opleggende: En op dezelfste manier gebruikt wordende zoo geneestze ook alle heete geswellen, ontsteeking, en de roose. Die de* Squinantie *of het hals-gesweer hebben, gorgelende met dit merg in* Aqua Plantag. *of ander water gedissolveert, vinden daar baat by: en van buiten opgesmeert zynde, zoo verdryft het alle schurft en onzuiverheidt des huyts, en maakt de* Apostemata *ryp.*

In drooge en geslootene plaatzen moet men deze pypen bewaaren, want zooze van een vochtige lucht of nachtdauw geraakt werden, zoo verschimmelenze, en verderven binnen 't jaar: Doch in Indiën laat men zig daar aan zoo veel niet gelegen zyn, om dat men dezelve altyt vers bekomen kan.

De Ægyptenaaren *leeren ons, dat men binnens lyfs geen versche pypen dient te gebruiken, voor datze 4 a 5 maanden van den boom geplukt zyn, om datze anders wel een buik-loop veroorzaaken, het uitgetrokkene Cassie-merg kan men geen etmaal goet houden, of men moest het in digt geslotene doozen bewaaren, en dan is het noch al zoo goet niet als het vers uitgetrokkene: Dit merg wil ook gants geen kooken verdraagen, om dat het daar door zyn openende kragt komt te verliezen, de Baliers de versche schorsse des stams van de buitenste graauwe schorsse gezuivert, en het naaste daar onder fyn geschrapt hebbende, leggen het zelve dan pleystersgewys op alle de leeden, en inzonderheidt op die gene, die van bus-kruidt verbrant zyn, als mede op geschooten wonden, en waar mede zy ook den brant gelukkig uittrekken.*

De Zaat-korrels in de kamertjes schuylende, alsze vol en glat zyn in de aarde gestooken, schieten binnen 't jaar op tot een boompje van 5 en 6 voeten boog, en op welke manier ik op de Kust van Hitoe deze boomen heb laaten aanplanten, daar onze Soldaten dikwils beter van gevaren zyn (dezelve gebruikende tot dagelyxe Purgatie) als met de onzeekere Chymische *dingen, die zoo wat slegts henen bereidt zyn, en nochtans onze Heeren Gebieders met groote onkosten uit het Vaderlandt moeten zenden. Uit de Caribische Eilanden brengenze de Franschen ook in haar Landt, en bevindenze volder en beter dan de Orientaalsche: Op dezelfste Eilanden wassenze overvloedig in groote vlakke bosschen, alwaar de drooge pypen aan de boomen hangende, en door de wint tegens malkander geslagen zynde, zulk een geklater veroorzaken, dat niet alleen het Vee, en Gevogelte daar voor vlugt, maar ook de Nieuwelingen meenen, datze de Zee hooren aanbranden, hoewel die zomtyts vry verre van haar af is, of dat 'er een hoop gewapent Volk aankomt, en op het zelfde gerammel vermeerderen of vergaderen ook op Java en Baley de Apen en Meer-katten, die hun in menigte op deze boomen ophouden.*

De Caraiben gebruiken dit merg alle maanden een uur of wat voor 't eeten, om het lyf van alle vuiligheidt te zuiveren, en hebben ervaaren, datze daar door het zelve in goede gezontheidt behouden. De Canna Fistula in de Americaansche Landen wassende, wert gezegt kleinder te wezen, en geel-groene bladeren te hebben, met kleine licht-roode bloempjes, en in alles zeer wel over een te komen met de volgende wilde Canna Fistula, zoo als my door een oog-getuige verklaart is.

Insgelyx heeft de Javaansche Canna Fistula, *dewelke omtrent Carwan en in 't districł van Tsjeribon wast, kleine bladeren, in ordere en gedaante als de kleine Blimbingh Buloe: De bloemen zyn ook veel kleinder dan aan de bovenstaande, en wat grooter als die van de Blimbing, van licht-root en wit dooreen gemengt: De houwen zyn als aan de voorgaande, en het hout is geel-agtig, warrig, en niet gaarne in de lengte splytende: In de oude stammen met een swart-bruin hert, swaar, en durabel, zulx het daarom aldaar veel tot stylen van huizen wert gebruikt: Zynde dezelve op Java, Baley, en Macassar ook durabel in de aarde. De Koebeesten weiden de bladeren af, daarze by konnen komen, maar niet de houwen, en de Menschen gebruiken de schorsse des stams, by gebrek van Pinang met Siri en kalk gegeten, een behulpmiddel voor slegte Luitjes zynde, en valt de schorsse in 't kauwen vry bryzelig en droog, bykans als oude Pinangh, doch is daar by eenige kleverigheidt, daar omze ook de Javanen onder hun Bobori-zalve vermengen, om dezel-*

Cassia fistula. L.

tandum est ex doctrina Ægyptiorum non tantum recentes fistulas ad usum internum non esse adhibendas, sed nec etiam inmaturas, quæ externe nondum nigricant, quum hæ Dysenteriam facile caussent.

Radix diebus siccis effossa, sub cineribus calidis parum tosta, in parva conscissa frusta, & cum Siri-Pinanga masticata, vel cum aqua contrita, atque epota iis prodest, qui venenum hauserunt, atque hunc in finem radix effossa sicca servanda est. In Java hic fructus raro vel vix in usum adhibetur Medicum, sed arboris vetustum lignum ad vaginas Parrangharum, ut & ad postes minores ædium.

In Java tres Cassiæ sunt species, quæ omnes minora gerunt folia quam nostra, ac quædam non sunt majora illis Blimbingh Boeloe, atque plurimum differunt colore florum. Prima harum species flores gerit albos, secunda flores habet externe purpureos, interne albos, utræque hæ forte conveniunt cum subsequenti silvestri Cassia Fistula. Tertia floribus gaudet luteis, ac siliqua medicata vera Javanis *Tanguli Ginteng* dicta est. Foliorum decoctum seu illorum olus Javani adhibent ad leves purgationes, ac cum fistularum pulpa Opium adulteratur, cui melius inservit, quam fructus supra memorati Bilaci.

EXPLICATIO

Tabulæ Vigesimæ Primæ,

Quæ exhibet *Cassiam Fistulam veram.*

A. Ramum foliis, & junioribus fructibus onustum denotat.

B. Racemum floriferum.

C. Florem naturali forma & magnitudine expressum.

OBSERVATIO.

Arbor hæc in *H. Cliff. p.* 158. vocatur Cassia foliolis quinque parium lanceolatis, extimis minoribus. quæ est Cassia Fistula Alexandrina *C. B. Pin. p.* 403. & *Commel. H. Amst. part.* 1. *p.* 215. *F.* 110. Cassia nigra, seu fistulosa prima, sive Cassia fistula Alexandrina. *Sloan. Catal. pl. Jam. p.* 145. & Cassia purgatrix *J. Baub. tom.* 1. *p.* 416. Cassia nigra *Dod. Pempt. p.* 787. Cassia Fistula Chairaxambar vocata *Prosp. Alp. pl. Ægypt. p.* 2. *Tab.* 1. reliqua hujus Synonyma vide in *Thes. nostro Zeyl. p.* 56. ad Cassiam fistulam Zeylanicam. ut & in *Sloan. Catal.* nec non in nova editione in *4to. Sam. Dale. Pharmacol. p.* 369. vide porro *Valent. Histor. simpl. reform. p.* 234. ubi splendidam hujus arboris habet Figuram, quæ tamen quam maxime ab illa *H. Amstel.* ut & *H. Malab. part.* 1. *Tab.* 22. differt. alias porro *Cassiæ Fistulæ* species vide propositas in *Pomet histoire des Drogues chap.* XXVII. *pag.* 217. Hujus itidem figura exhibetur in *Blackwel. Herbal. Tab.* 381.

Omnes autem hæ figuræ adeo inter sese differunt, ut varietas hæc non diverso cœlo aut solo, sed variis hujus generis speciebus adscribenda sit, ita ut concludam, alias ac diversas penitus esse arbores, quæ Cassiæ Fistulæ siliquas suppeditant, quod evidenter satis constabit iis, qui laudatorum auctorum diversas Figuras inter sese conferre attento student animo.

dezelve klevender te maken: Eindelyk valt hier nog by te doen, dat men niet alleen na de voorschreeven les der Ægyptenaaren *geen versche geplukte Trommelstokken, maar ook gene onrype, die van buiten nog niet swart-bruin zyn, inwendig moet gebruiken, nadien dezelve zeer licht een bloet-gank verwekken.*

De wortel by drooge dagen uitgegraven, onder heete assche wat gebraden, in kleine stukjes gesneden, en met Siri-Pinang gekaauwt, of met water gevreven, en ingedronken zynde, helpt die gene, die vergeven zyn, en tot dien einde kan men de uitgegraven wortel ook droog bewaren. Op Java wert de vrucht weinig of niet tot Medicyn gebruikt, maar wel het oude hout tot scheeden van Parrangs, en kleine stylen aan den huisbouw.

Op Java heeft men driederlei zoorten van de Cassia, alle met kleinder bladeren dan de onze, waar van sommige niet grooter zyn dan die van Blimbin Boeloe, en meest te onderscheiden in de coleur der bloemen. De eerste draagt witte bloemen, en de tweede buiten paars, van binnen wit, beide misschien overeenkomende met de volgende wilde Cassia Fistula. De derde draagt geele bloemen, en de eigentlyk Medicynale bouwe werd in 't Javaans Tanguli Ginteng *genaamt. Het afkookzel van de bladeren of een moes daar van gemaakt, gebruiken de Javanen tot slegte purgatien, maar met het merg van de pypen wert het Opium vervalst, waar toe het beter dient dan de vruchten van de bovenstaande Bilac.*

UYTLEGGING

Van de een en twintigste Plaat,

Dewelke vertoont de opregte *Cassia Fistula.*

A. Wyst aan een Tak met bladen, en jonge vruchten.

B. Den Bloem-tros.

C. Een bloem in zyn natuurlyke grootte en gedaante.

AANMERKINGE.

Deze boom wert in de *Hortus Cliffort. p.* 158. genaamt Cassia *foliolis quinque parium lanceolatis, extimis minoribus.* Welke is *Cassia Fistula Alexandrina* van *Casp. Baub.* in zyn *Pinax p.* 403. en van *Commel.* in het *eerste deel* van de *Amsterd. tuin. pag.* 215. *F.* 110. en de *Cassia nigra*, ofte *Fistulosa prima*, en Cassia Fistula Alexandrina, by *Sloan* in zyn *Catal. Pl. Jamaic. p.* 145. en *Cassia purgatrix* van *J. Baub.* eerste deel *p.* 416. de Cassia nigra van *Dodon.* in zyn *Pempt. p.* 787. en *Cassia Fistula Chairaxambar vocata* van *Prosp. Alp. in pl. Ægypt. p.* 2. *Tab.* 1. de verdere Schryvers en benamingen hier van zie in onze *Thesaur. Zeylan. pag.* 56. over de *Cassia Fistula Zeylanica*; als mede in de *Cataloge van Sloan.* en in de nieuwe editie van *Samuel Dale* in zyn *Pharmac. p.* 369. en *Valent.* in de *Histor. simpl. reform. pag.* 234. alwaar een zeer schoone afbeelding van de *Cassia* is, die egter zeer veel verschilt van de Figuren van de *Hortus Amstel.* en van de *Hortus Malabaricus.* Gelyk ook *Pomet* in de *Histoire de drogues chap.* XXVII. *p.* 217. verscheide zoorten van de *Cassia fistula* vertoont. Hier van wert mede een Figuur gevonden in *Blackwel Herbal. Tab.* 381.

Dog alle deze Figuren verschillen zodanig van elkander, dat dit onderscheit niet toe te schryven is aan de verscheide gront, ofte lucht, maar om dat het verscheide zoorten van dit gewas zyn, zo dat ik besluiten moet, dat de planten zeer verscheiden zyn, dewelke de pypen van de *Cassia* uitleveren en verschaffen, het geen klaar genoeg blyken zal aan die gene, die met een aandagtig oog, de verscheide Figuuren van de aangehaalde Schryvers gelieft na te zien, en tegens elkander te vergelyken.

CAPUT TRIGESIMUM PRIMUM.

Cassia Fistula Silvestris.

CAnnafistula silvestris excelsa est arbor, plurimum erecto surgens trunco, vel parum incurvo, comam gerens angustam; ejus cortex est glaber, cinereus, vel gilvus, ex ramis longæ & erectæ exsurgunt raches alternatæ, inque iis foliola parvo Blimbingho similia, in longos ordines sibi opposita, a quatuordecim ad septendecim paria una in rachi locata, binos vel duos cum dimidio pollices longa, unum vix lata, superius rotunda, glabra, ac glauca; singula autem rachis ad ortum prope ramum binas habet squamulas, auriculas mentientes, instar Mesenterii duplicatas, si extendantur, plurimum enim complicatæ sunt; hisce autem inferiores seu vetustiores destituuntur raches, vel modo unicam gerunt; Ramorum cortex est glaber, æqualis, ex fusco nigricans. Flores ex racemis conjuncti dependent, forma cum vera Canna fistula convenientes, sed multo minores sunt, instar florum minimarum Fabarum, in una specie flavescentes, in altera læte rubentes, hosce subsequuntur fructus seu siliquæ, racematim dependentes, quæ longæ sunt fistulæ, Cannæ fistulæ omnino similes, vel paulo magis longiores, vix pollicem crassæ, quumque maturescunt externe ex cinereo nigricant, sed non ita glabræ sunt ac Cassiæ fistulæ, prope petiolum incurvæ & angustæ, superius rotundæ cum firmo apice, harumque siliquæ involucrum crassius est quam in Canna fistula, quodque exterius protuberantes exhibet circulos, quales in anguium ventribus apparent. Interius in cellulas quoque hæ siliquæ sunt divisæ, sed in his non reconditur pulpa nigra ac succosa, sed sicca, albicans, lenta, ac fungosa est, totam replens cellulam, quæ officulum obtegit rotundum ac planum, forma compressi pisi, quod durum est, splendens, croceum vel læte fuscum, per medium sulco divisum; Lignum flavescit, atque crassis constat fibris, succosumque est, lentum, ac crassum, si sit viride, sed pallide exsiccatur sine notabili medulla, nec facile elaborari potest, nisi ex vetustissimis fit arboribus.

Nomen. Latine Cassia vel Canna fistula silvestris, ex vulgari loquendi modo, quum minoris sit usus quam vera; ambæ enim hæ arbores alias sponte in silvis crescunt, nomen Malaicense mihi ignotum est. In Amboina Loehoenenses illam vocant *Barus*, Hitoëenses *Habay-muli* & *Hea-muli*, quod aliquid denotat, quo alicujus dorsum percutitur, uti quoque præcedentis *Pappe-Pauma*; Hitoëensis enim lingua variat pro diversis pagis: Alba autem species vocatur *Habya Mulippal* h. e. fungosa. Javanis dicitur *Caju Backat.*

Gebruik. *Van zyne aart en kragten zullen wy alhier mede niet veel ophalen, als zynde genoegzaam in de Europiaansche boeken bekent, maar alleenlyk aanwyzen, waar toe onze Indianen dezelve gebruiken: De schaale, en binnenste steenen in de korrels, werden veel gebruikt tegens de buikloop, en persing, als menze stampt, en met gekookt ryswater inneemt. De bloem in water gekookt, en dan in de mont gehouden, is goet voor de gene, die een los tandvlees hebben, en daar door niet eeten kunnen: En gelyk men in 't Vaderland ook heeft de wilde Granaten, die niets dan bloemen dragen, en in 't byzonder* Balaustium *genoemt worden: Zo heeft men hier in Indiën ook een zeldzame zoorte, die wel niets dan bloemen draagt, doch niet in 't wilt wast, maar wel ter degen, en zorgvuldig in de hooven opgebracht, of aangequeekt wert: En dat wegens de fraayigheit van de bloemen: Zynde de struik*


A
B
C
D
E

B
Fig. 1.
A
Fig. 2.

constantes reflexis petalis, adeoque adunatis, ut floris fundus per illa conspici nequeat. Vulgatissimi flores sunt coccinei, instar illorum, qui fructus producunt, licet quidam etiam occurrant, qui albissimi sunt, & alii incarnati. Omnes autem penitus inodori, ac tantummodo oculos oblectantes: quum vero adeo brevibus succrescant pedunculis, ut vix manibus teneri possint, & Malaicenses tamen hisce capillitium suum amant ornare, hinc ut melius eum in finem illis possint uti, suppostitium addunt ipsis petiolum: Malaice vocatur *Delima Wangza*, quod autem Javanense videtur nomen, denotat enim Magnatum florem: Ternatensibus vocatur *Lima Suffo*. Nullum alium ejus novi usum, nisi quod hortorum ornamento inserviat, ejusque propagatio fit mensibus pluviosis per surculos terræ commissos.

struik, en bladeren de gemeene wel gelyk, maar de bloeme is wat grooter, in de ronte als een Ryksdaalder, met veele gekrulde blaadjes, en die zo digt aan, en op malkander, dat men daar geen bodem door zien en kan. De gemeenste zyn levend scharlaken-root, gelyk die van de vrucht-dragende, ook vint menze wel spier-wit, en zommige wat gemengt: Doch alle gants zonder reuk, en alleen maar de oogen vermakende, en dewylze op zo korte steelen wassen, dat menze qualyk vatten kan, en echter de Maleyers dezelve gaarne in de bairen dragen, zo plegenze een valsche steel daar aan te steeken, om haar te beter te konnen gebruiken: Men noemtze in 't Maleyts Delima Wangza, *doch 't welk veel eer voor een Javaansche naam te houden zy: Want het wil een Vorsten of Heere bloem zeggen, en in 't Ternataans* Lima Suffo. *Ik weet daar van geen ander gebruik, als dat menze in de booven plant tot een cieraat: En haare voortplanting geschiet in de regen-maanden met ryskens, die men in de aarde steekt.*

In Sina binæ Granati sunt species, cujus prima ac præcipua vocatur *Butliu*, quod pronunciatur *Bulliu*, h. e. *Granatum Melleum*, quum ejus poma seu fructus dulcissimi sint saporis, ejusque officula grana gerant nunc majora, nunc minora. Altera species dicitur *Tscholiu* h. e. *Granatum lapidosum*, quod vinosum habet saporem, sed parva gerit granula, majoraque ossicula, unde cum Indica plurimum convenit; Prima specie calidioribus utuntur diebus ad ventriculum refocillandum, alteram autem in usum advocant medicum ad omnes Diarrhæas sistendas: quum autem ejus cortices atque granula aquæ soli incocta austerum & ingratum dant potum, hinc binæ adduntur in coctione gallæ Quercus cum frusto Putsjoc, & tantillo Mellis, cribratusque hic propinatur potus. Huic supereditur pulpa *Soccuncapas* cocta, & in pultem contrita, cumque pauco melle mixta: Hoc autem Medicamentum tantum convenit in Dysenteria & tenesmo, non autem in Cholera, ubi mel nocet. Certis annis aliquid peculiare invenitur in Granati foliis, in suprema enim eorum parte tuberculum excrescit instar viridis *Catjang*, optime referens formam Cranii cadaveris, seu Simiæ, primo cinereum, dein fuscum, quumque hæc capitula sese aperiant, papilio exit cinereus, inque iis observari potest, quod alii antea papiliones sua in hocce folio deposuerint ova: de talibus vero capitulis crania referentibus postea in *Vidara* ulterior fiet mentio.

In Sina heeft men tweederlei slag van Granaten, de eerste en voornaamste zoort genaamt Butliu, *het welk men uitspreekt* Bulliu, *dat is honing-Granaten, om dat de Appelen, of vruchten zeer zoet van smaak zyn, de korrels groot, en kleine steenen hebbende, het ander geslagt hietenze* Tscholiu, *dat is, steenagtige Granaat, zynde wynachtig van smaak, doch heeft kleene korrels, en daar in groote steenen, dierhalven met de Indiaansche meest overeenkomende: En de eerste gebruikenze by heete dagen om de maag te verkoelen: en de andere tot medicyn, om alderhande buik-loop te stoppen; doch dewyl deze schillen en korrels alleen in water gekookt, een barschen en wrangen drank maaken, zoo doet men in 't kooken daar by een paar Galnooten, een stukje Putsjoc, met een scheutje honing, en drinkt het wel geklenst zynde, zoodanig in. Daar op eet men dan het merg van* Soccuncapas, *eerst gekookt en tot een pap gevreeven, midsgaders een weinig honing daar onder gemengt zynde: dan dit recept is maar alleen dienstig in roode-loop en perssing, doch niet in de graauwe loop, daar honing geen goet in en doet. In zommige jaaren vint men ook aan de Granaat-bladeren iets bezonders, namentlyk op hun bovenste vlakte een knopje wat grooter als een groene Catjang, zeer naby verbeeldende de gedaante van een doods-hoofje, of een apen-kop, eerst graauw en daar na bruin, als wanneer deze knopjens open bersten, en graauw-witte Uiltjes uitlaaten, die veel groter zyn dan de huisjes waaren, en men kan zien, dat zy door andere voorgaande Uiltjes daar op gebragt of gezet zyn: Van hoedanige en diergelyke doods-hoofjes hier na breeder over de Vidara verhaal wert gedaan.*

EXPLICATIO

Tabulæ Vigesima Quartæ,

Cujus *Figura prima* exhibet ramum *Punicæ floriferæ & frugiferæ*, ubi ad Litt.

A. *Fructus* ejus *apertus*, ut *Ossiculorum situs* appareat, conspicitur.

Figura secunda ramum exhibet Aurantii *Pompelmoes* dicti, *fructu omnium maximo*, ubi *litt.*

B. Naturalem hujus fructus formam denotat.

UYTLEGGING

Van de Vierentwintigste Plaat,

Welkers *eerste Figuur* vertoont een Tak van de *Granaat-boom*, met *bloemen* en *vruchten beladen*, alwaar de letter

A. Wyst aan een *geopende vrucht*, op dat de *plaatzing* der *Zaat korrels* gezien werd.

De *Tweede Figuur* vertoont een Tak van de *Pompelmoes*, ofte de *Orangie boom*, met de *grootste vruchten*, alwaar de *letter*

B. De natuurlyke gedaante dezer vrucht verbeelt.

OBSERVATIO.

Punica hoc genus vocatur a *Cæsalpino* & *Linnæo in H Cliffort. pag.* 184. & Malus Punica in *Sloan. Catal. pl. Jamaic. p.* 201. ubi citatos vide auctores, hujusque arboris varietates; quæ eleganter delineatæ inveniuntur in *Blackwel. Herbal Tab.* 97. & *Tab.* 145. flore pleno, vide porro *Plukn. Almag. pag.* 140. describitur quoque a *Valent.* in *Amboina pag.* 191. Spinosa autem ejus species in *Thesauro nostro Zeylanico occurrit pag.* 111. quæ Granata Malus Zeylanica spinosa ibi vocatur, quæque in Malabara etiam crescit, & in *Hort. Malab. part.* 4. *Tab.* 13. Katunaregam dicitur.

AANMERKING

Dit geslagt werd Punica van *Cæsalpinus* & *Linnæus* in de *Hortus Cliffort. p.* 184. en *Malus Punica* by *Sloan.* in de *Catal.* van de *Jamaische planten p* 201. genaamt, alwaar de verdere aangehaalde Schryvers en de veranderingen van deze boom te vinden zyn, dewelke zeer fraai afgebeelt voorkomen, in het *Herbal* van *Blackwel Tab.* 97. *Tab.* 145. met de dubbelde bloem zie verders *Plukn.* in zyn *Almag. pag.* 140. en werd mede beschreven van *Valent.* in de *beschryving* van *Amboina p.* 191. en de doornachtige zoort hier van wert vermelt in onze *Thes. Zeyl pag.* 111. dewelke doornachtige Zeylonsche Granaat-boom genaamt werd, en die in Malabaar groeit, komt voor in het *vierde deel* van de *Hortus Malabaricus Tab.* 13.

CAPUT TRIGESIMUM QUARTUM.

Limo Decumanus, *Pompelmoes*, *Lomen Cassomba*.

NUnc enarrabimus Limonum cohortem, qui in hac Orientali aquosæ Indiæ parte occurrunt, simulque demonstrabimus, an & quanam in parte ab Europæis differant: Primo itaque nobis in conspectum venit omnium maxima species, *Pomum Assyrium*, Gallis *Pom-Sires* dicta, quam ob ejus magnitudinem *Decumanam* cognominavimus, ejusque quatuor observavimus species.

Prima itaque non altum habet truncum, sed latius sese extendit quam cætera Limonia, quoque ejus rami sint humiliores, eo meliores producit fructus, unde & asserculis sæpe suffulcienda est, ejus folia communem cum omnibus Limoniorum foliis characterem gerunt, quod nempe in inferiore sua parte sint cordata, acsi ibi alterum succresceret folium, omnia autem ad suum ortum spinam habent, illa vero in adultioribus & junioribus differunt arboribus, in his enim ultra septem pollices longa sunt, eorumque inferior cordata pars duos pollices, superior horum pars palmam circiter lata est, ad oras circiter integra, glabra, nec dentata, si tales vero arbusculæ in umbroso locatæ fuerint loco, folia spithamam longa sunt, sex digitos lata, eorumque cor tres transversales digitos longum ac latum, superius in rotundum desinens ac bisulcatum apicem, cuivis folio opponitur spina longa articulum pollicis, quoque arbores sint vetustiores, eo rariores sunt hæ spinæ; in arboribus adultis folia quinque, sex, immo septem pollices sunt longa, sed minus & tenuius sunt cordata, ad pollicis longitudinem, & dimidium vix digitum, in quibusdam vero integrum lata digitum, suntque divisa costis parallelis, quæ in junioribus foliis interne, in adultioribus superne protuberant, vetusta itidem folia inferne flavescunt, & lanuginosa sunt, ac provecta ætate si sit arbor, fere nullas, vel saltem minimas gerit spinas, ac breves, atque tantummodo in junioribus surculis vel ramulis.

Flores racemosi sunt ex amplis & albis propullulantes capitibus, in latis & concavis contenti calicibus, seseque aperientes, ex quatuor, & raro ex quinque oblongis crassiusculis constant petalis, extrorsum reflexis, admodum fragilibus ac deciduis, si tangantur, odorem autem habent penetrantem, & magis jucundum, quam Liliorum alborum: In horum centro circulus invenitur ex albis & erectis staminibus compositus, quæ luteas gerunt antheras instar Liliorum alborum, inque horum meditullio viridis locatur embrio, qui in fructum excrescit, in summo gerens pistillum viride, capitatum, liquore adspersum mucoso: Fructus formam habet pomi, magnitudine capitis humani, ex rotundo planus, seu compressus, non autem ita ac casei vulgaris, externe æqualem habens superficiem, excepto quod hinc inde gibbosus sit: cæterum tota ejus superficies maculata est punctulis seu parvis foraminulis; color porro est citrinus, sed non ita glaber & vivax, ac in ipso malo Citrino, pallidior enim est & flaccidus magis: Cortex ejus exterior ultra pollicem crassus est, fungosus, albicans, siccus, amarus, ac sulphureum spirans odorem, caro interior globum efformat per membranosas pelliculas in varia segmenta divisum, plerumque quindecim vel sexdecim tam majora quam minora, in circulo sibi nexa, uti in Malis Aurantiis. Caro hæc ex rubro purpurascit instar Granatorum, succosa est, saporem habens ex acido vinosum, in maturissimis autem fructibus dulcescit instar Ribesiorum. In singulis majoribus segmentis bina ternave locantur officula, ultra minoris digiti articulum longa, ex plano rugosa & albicantia. In toto autem fructu, qui optimus censetur, sæpe ne unicum tale reperitur officulum, vel rara admodum & parva; Horum majorum fructuum sæpe tres quatuorve simul uno ex ramo dependent, qui inde etiam inclinat, & sæpe frangitur, unde & suf-ful-

XXXIV. HOOFTSTUK.

De Pompelmoes-Boom.

NU zullen wy aanroeren de Compagnie van de Lemoen-geslagten, die men in dit Oosterſche deel van water-Indien heeft, en aanwyzen, of, en waar inze van de Europiſche verſchillen. Voor eerſt komt ons voor de aldergrootſte zoorte, Pomum Assyrium, *by de Franſchen* Pom-Sires *genaamt, en dewelke wy om zyne grootheidt* Decumanum *bygenaamt, midsgaders daar van ook vier zoorten aangemerkt hebben.*

1. *De eerſte gewint of krygt geen hooge ſtam, maar breidt zich verder uit dan andere Lemoen-boomen, en hoe lager zyn takken haar uitbreiden, hoe hy beter vruchten draagt, moetende daarom ook dikwils met latten onderſtut worden. De bladeren hebben hun kenteeken met alle Lemoen-geſlagten gemeen: te weten, datze aan haar agterſte een hertje als een tweede bladt hebben, en yder bladt by zyn oorſpronk een doorn, doch die beide aan de oude en jonge boomen verſchillende, want aan de jonge boomen zynze ruim zeven duimen lank, en daar van het hertje of agterſte bladt bykans twee duimen: Het voorſte deel is ongeveer een hant breet, aan de kanten bykans geheel, effen, en niet getant: doch als zoodanige boomkens aan een lommerachtige plaats ſtaan, dan zyn deze bladeren wel een ſpan lank, zes vingers breet, en haar hert drie dwers-vingers lank en breedt, van vooren ront toeloopende, en meerendeels in tween gekclooven, by yder bladt ſtaat een lange doorn, wel een lit van een duim lank, en hoe ouder de boomen werden, hoe meer deze doornen verminderen; aan de volwaſſen boomen zyn de bladeren wel vyf, zes, en zeven duimen lank, maar haar hertje is veel kleinder en ſmalder: namentlyk een duim lank en ſchaars een halve vinger, doch aan zommige ook wel een geheele vinger breet, en verdeelt met parallele ribben, die aan de jonge bladeren beneden, en aan de oude, boven uitpuilen, ook zyn de oude bladeren van onderen geel-groen, en wat wolachtig in 't aantaſten, en de oude bomen hebben gene doornen, of immers dezelve zeer klein en kort, en dat nog alleen maar aan hun jonge looten of takken.*

*Het bloeizel komt trosgewys by malkanderen voort, uit groote en witte knopen, die in wyde kelkjes ſtaande, haar openen in witte bloemen, van vier, en zelden vyf lankwerpige vette blaatjes, meeſt uitwaarts of na buiten overgebogen, licht breekende of afvallende, als menze aanraakt, zynde voorts van een ſterken aangenamen reuk, en lieflyker dan witte-Lelien: Daar binnen ſtaat een kring van witte en regte draaden gemaakt, dragende geele noppen, gelyk de witte-Lelien, en beſluiten in haar midden een gras-groen heuveltje, daar de vrucht uit voortkomt, en op het zelve ſtaat een pilaartje, dragende een groen knopje, met een kleverige vochtigheit daar aan. De vrucht krygt de gedaante van een Appel, zo groot als een menſchen hooft, uit den ronden wat plat, doch zo zeer niet als een Edamſchen kaas, van buiten met een effen vlakte, of hier en daar een bultje vertoonende: zynde de gantſche vlakte als ofze geprikkelt was met kleine gaatjes, of kleine kuiltjes: Recht Citroen-verwig van coleur, doch zo glat en levent niet, als de Citroenen, maar wat vuilder en dootzer; de buitenſte ſchelle is ruim een duim dik, voos, wit, droog, bitter, en van een ſwavelige reuk, het binnenſte vlees maakt nog al een ronde bol, door veele ſchey-velletjes, en verſcheide ſtukken gedeelt, en gemeenelyk in vyftien, en zeſtien, zo groote als kleine, in de ronte tegens malkanderen ſtaande, gelyk die van de Orangie-Appelen: Dit vlees is root, na de purper verwe trekkende, gelyk dat van Granaten, zeer zappig; uit den zuuren wynachtig van ſmaak, doch in de geheel rype meer naar den zoeten trekkende, gelyk onze Aal-bezien. In yder van de groote ſtukken leggen twee of drie zaat-korrels, ruim een lit van een kleine vinger lank, uit den platten rimpelig en wit: Doch zomtyds is in de geheele vrucht, niet een korrel, ofte eenige kleine, (die men ook voor de beſte hout), en van deze groote vruchten hangen, en nog al drie of vier by malkander gedrongen aan een takſken, het welk zy ook zodanig nederwaarts trekken, datze het dikwils bree-

fulciendus eſt, ut melius iſtorum pondus ſuſtineat: Si autem unus alterve horum juniorum decerpatur, reliqui majores ſunt & ſuccoſiores. Altera hujus primæ majoris ſpeciei varietas eſt huic ſimillima, vel paulo minor, quæ carnem habet internam albicantem, ex acido fatuam atque aquoſam, quæ vilior quoque habetur, quum vero hæc varietas ſubſequenti tertiæ ſpeciei maxime ſit affinis, pro una eademque hanc habebimus.

breeken, zulks men deze takken onderſtutten moet, om de ſwaarte der vruchten te beter te konnen dragen: En als men een of twee van de jonge vruchten van de takken afbreekt, zo worden de reſterende te grooter, en zappiger. Daar is nog een tweede zoorte van dit eerſte Pompelmoes geſlagte; de voorige meeſt gelyk, of wel wat kleinder, hebbende binnen een wit merg, uit den rynſchen laf, en wateraachtig, doch het welk men ook voor ſlegter houd; maar dewyl deze zoorte, met de volgende derde, groote gemeenſchap heeft, zo zullen wyze maar voor een met de zelve houden.

Arboris lignum eſt pallidum, ſolidum, ac nodoſum, non facile fiſſuras agens, ſiccumque aptum eſt ad manubria inſtrumentorum lignariorum, præſertim ex craſſioribus radicibus, quod ſtriatum ac venis diſtinctum eſt.

Het hout is bleek, digt, en warrig, niet licht ſcheurende, en droog zynde bequaam tot ſteelen voor allerlei Timmermans gereetſchappen, inzonderheit dat van de dikke wortelen, die wat geadert zyn.

Anni tempus. Florent in Octobri ac ſubſequentibus menſibus hæ arbores, fructusque in Aprili & Majo matureſcunt.

Sayſoen. *Zy bloeien in October, en de volgende maanden, en de vruchten werden ryp in April en May.*

Nomen. Latine *Limo Decumanus* ſeu *Malum Aſſyrium Decumanum*: Malaice *Lemon Caſſomba* h. e. Limo ruber ab incarnato colore, quidam Malaice vocant *Jamboa* juxta Portugallicum *Samboa*, quod proprie *Pomp-Sires* ſeu *Adami poma* Hiſpanis denotat, a quo tamen hæc mala Indica multum differunt; Javanis dicitur *Djurru* ſeu *Djerru* vel *Djerru-Matsjang* h. e. *Limo tigrinus*: Macaſſarenſibus *Lemon Calucku* h. e. *Limo Calapparius*, ob magnitudinem & formam Calappi. Belgice *Pompelmoes* vocatur. Sinenſibus vero *Ju*, vel *Noay*.

Naam. *In 't Latyn* Limo Decumanus, *of* Malum Aſſyrium Decumanum*: In 't Maleyts* Lemon Caſſomba, *dat is; roode Limoen van de vleeſige coleur, zommige noemenze in 't Maleyts* Jamboa, *na 't Portugeeze* Samboa, *het welk eigentlyk de* Pomp-Sires, *of* Adams Appelen *in Spangien beduit, doch waar van deze Indiaanſche al wat verſchillen: Op 't Javaans* Djurru *of* Djerru-Matsjang, *dat is* Limo Tigrinus*: Op Macaſſars* Lemon Calucku, *dat is,* Limo Calapparius, *van haar grootte, en gedaante als een* Calappus*: In 't Duits* Pompelmoes*: Op 't Sinees* Iu, *of* Noay.

Locus. Hæ arbores Indicis his Orientalibus regionibus non ſunt familiares, videnturque ex ſuperioribus regionibus quondam huc fuiſſe tranſlatæ, quæ ab amatoribus in hortis tantum coluntur tam ob fructus quam ſimul ob comæ umbram, amplumque circa arbores fabricant pedem lapideum, majoresque ramos aſſerculis alligant, arbores enim, quæ comam habent anguſtam, ramosque erectos, altumque & erectum truncum, non ita præſtantes cenſentur iis, quæ humiliores ſunt, comamque gerunt amplam & extenſam; Amboinenſes non magni illas faciunt, fructusque in frigidioribus ipſorum montibus creſcentes ſunt parvi & acidi, arbores enim hæ calidum atque planum amant ſolum & locum, unde Bandenſes ſemper meliores habentur Amboinenſibus, quum ſolum ibi ſit calidius.

Plaats. *De Pompelmoes-boomen zyn by de Indianen in deze Ooſterſche quartieren niet gemeen, en het ſchynt, datze uit eenige van de bovenlanden eertyds herwaarts overgebragt zyn, en de liefhebbers queekenze maar in haar hooven, om met een de ſchaduwe van haar kruin te hebben, makende een breede voet daar rondom, en leidende de ſwaare takken op een ſtelling van latten: Werdende de boomen, die haare kruin niet uitbreiden, en meeſt regte takken, en een hooge ſtam hebben, zo goet niet geacht, als de lage en uitgebreide. De Amboineezen maaken daar geen werk van, en ook de vruchten, die in haare koude gebergte waſſen, zyn klein en zuur: Want deze boom bemint een vlakke, en warme plaats: En waarom de Bandaze altyd voor beter gehouden werden dan de Amboinſche, om datze aldaar een warmer gront hebben.*

Uſus. Fructus hic tantummodo crudus editur, & cum tragematibus plurimum offertur, ejusque caro vel ſola vel cum Vino Hiſpanico & ſaccharo præparata grato inſervit refrigerio calidioribus diebus; vinum autem ipſi admiſtum efficit, ut non ita facile tormina abdominis ſuboriantur: Si fructus hic conſcindatur, cavendum eſt, ne culter amarum penetrans corticem carnem ipſam tangat; vel ne manibus, quibus cortex avulſus eſt, tractetur, quum ſaporem inde acquirat amarum: Atque hinc, ut rite aperiatur fructus, ab utraque ejus ſuperiore & inferiore plana parte lamella quædam abſcindenda eſt, inſtar integumenti cruſtuli, ad pollicis craſſitiem, donec rubra appareat caro, tumque melius attendi poteſt, qua ratione reliqua corticis pars cultro prudenter ſit auferenda vel abſcindenda, ne caro ipſa lædatur. Nobilis quoque fructus eſt in itineribus marinis, quum diu conſervari poſſit, & incorruptus ſit, ſi leniter tractetur, quum ex arbore decerpatur, & cura geratur, ne in terram decidat, ſed e funiculis ſuſpendatur in navibus: ſique in maris itinere comedatur, ſtomachum refocillat, ſitimque ſedat.

Gebruik. *Deze vrucht dient maar alleen om raauw te eeten, en wert meeſt by Bancquet-werk opgezet, zo wel het vlees alleen, als met Spaanſche Wyn en zuiker toebereid, 't welk een aangename verkoeling geeft in de heete dagen, en de Wyn maakt, dat men daar zo licht geen ſnyding in de buik van krygt. In 't opſnyden moet men wel toezien, dat men met het mes, dat door de bittere ſchelle gaat, niet te diep in 't vlees ſnyde, ofte het zelve te veel aantaſt met de handen, waar mede men de ſchelle afgetrokken heeft, tot voorkoming dat het zelve geen bittere ſmaak en krygt: En daarom, als menze behoorlyk openen wil, zo moet men onder en boven de vlakke zyden eerſt wat afſnyden, als een dekzel van een paſtei, in de dikte van een duim, tot dat het roode vlees gezien wert, en dan zo kan men beſt merken, hoe men in 't doorſnyden van de reſterende ſchelle het mes zal zetten. Het is ook een heerlyke vrucht op Zee-reizen, want men kanze lange bewaren, en onbedorven houden, als menze maar in 't afnemen van den boom zagt handelt, en niet op de aarde laat plotzen: En dan zo met touwtjes ophangt, en werdende dan op Zee gegeten, zo ververſchenze de maag, en verſlaan ook den dorſt.*

Secunda ſpecies in Banda occurrit, quæ foliatura cum vulgari convenit, ſed truncum habet altiorem, erectosque ramos, ejusque folia ſunt rotundiora, atque ad oras magis ſerrata, inferior autem folii pars cordata eſt inſtar foliorum Limonis *Itam*, vel paulo etiam major. Ad horum ortum ſpinula exſurgit parva ac brevis, non autem in omnibus, nec certam etiam obſervant formam; Ejus folia in totum ſeptem pollices ſunt longa, eorumque inferior pars cordata ſesqui, vel binos pollices longa eſt, ſuperior autem folii pars circiter quatuor digitos lata eſt, craſſior autem eſt quam in vulgari, neque laterales coſtæ ita protuberant, foliumque ipſum eſt magis acuminatum, ac parum ſulcatum ſeu bifidum, alia inſuper ſunt irregularia, ſinuoſa, orisque excavatis, acſi aliud efformare vellent

2. *In Banda heeft men een byzonder zoorte van Pompelmoes-boomen, van bladeren de gemeene wel gelyk, doch met een hogere ſtam, en regte takken, de bladeren van vooren wat ronder, en aan de kanten merkelyker gezaagt zynde, dan de gemeene, en met een hert, als dat van Lemoen* Itam, *of wat grooter: By den oorſpronk met een klein kort doorntje, doch niet aan alle, en zy houden ook geen vaſt fatzoen, de bladeren in 't geheel zyn 7. duimen lank, en daar van het hertje anderhalve, of twee duim, het bovenſte blad is in de midden ſchaars vier vingers breet, wat dikker dan aan de gemeene, en de dwersribben zyn zo merkelyk of verheven niet, van vooren wat toegeſpitſt, of ſpitzer toelopende, en een weinig gekloofd, andere zyn daar en boven ook nog met ongeſchikte bogten, en uitgebolde kanten, als ofze nog een hert wilden for-*

vellent cor, quod in quibusdam tres digitos latum est, in aliis autem vix unum.

Ejus fructus minor est, non rotundus, sed pyriformis instar majorum pyrorum hyemalium, atque, si maturus, ad petiolum crassescit, hinc inde gibbosus est, semi-pedem circiter longus, quinque vero pollices crassus, inmaturus est viridis gramineique coloris, maturitatem autem adeptus Citrini coloris; Caro interior magis rubet, quam in vulgari, atque in centro cavitatem format, raraque habet officula, immo quidam penitus hisce destituuntur, illius sapor est vinosus: Hæc autem species raro in Amboina occurrit, frequenter vero in Banda, unde a quibusdam Bandenses etiam vocantur.

Tertia harum arborum *species* est, quæ fructus gerit magnitudine globi, qui conorum lusui inservit, prope petiolum parum gibbosos, horum cortex non admodum est crassus, neque amarus, sed fere edulis; Ejus caro seu medulla interior est alba, admodum succosa, acidula, & in maturo fructu dulcior, uti *Limo Martinjo.*

Folia gerit minora quam in præcedenti, ac fere instar *Limonis* istius *Martinjo*, sed rigidiora, ac glabriora, eorumque pars cordata magnitudinem habet *Limonis Itam*, ad horum ortum hinc inde breves ac raræ propullulant spinæ. Truncus est altior quam vulgaris, erectos plurimum emittens ramos instar *Limonis Martinjo*, sed ejus coma est amplior: Raro in Amboina occurrit hæc species, ibique Japonica vocatur, quum inde primum translata sit; non autem magni æstimatur, quum ejus fructus sint neque acidi neque dulces, ac plurimum adhibeantur ad rusticorum potum *Pons* dictum, qui componitur ex aqua, Aracka, Limonum succo, saccharo, ac quibusdam aromatibus sibi invicem mixtis.

Quarta species omnium rarissima est, cujus folia primæ speciei sunt similia, sed glabriora, ad oras autem non serrata, ac superius in rotundum desinunt, quædam vero brevem ibi habent apicem, alia autem sunt sulcata vel bifida, inferius non sunt lanuginosa uti in vulgari; Ejus fructus est omnium maximus, parum elevatus, irregularis, & tuberculosus, quinque vel sex uno ex petiolo simul dependent, quique distinctis punctulis seu foveolis notati sunt, coloris instar aliorum. Fructus cortex ultra pollicem crassus est, amarus, ac sulphureus, cæterum odore & sapore cum præcedentibus convenit. Ejus medulla seu caro est alba, succosior & dulcior quam in vulgari, nulla fere includens officula, in hac specie sæpe fit, ut in ejus fructu alius minor reperiatur, magnitudine decorticati pomi aurantii, qui a reliqua majoris pomi carne, tenui lanuginosaque pellicula separatur. Immo quidam tales minores in superiore ejus parte novi corticis lamellam gerunt, cæterum internum hocce pomulum ejusdem est substantiæ, coloris & saporis ac reliqua caro, non autem in omnibus hoc occurrit, sed in paucioribus hujus arboris pomis, hocque plurimum in Bandensibus observatur, unde hi fructus in Amboinam translati, eorumque officula ibi terræ commissa læte satis progerminant, fructusque exhibent ingentes, & satis repletos, sed qui duplicem istum rarissime includunt fructum.

Bataviæ albi quoque hujus arboris occurrunt fructus, rubri vero præferuntur, sed nullos ibi duplices proferunt fructus, nisi propagati fuerint ex officulis Bandensibus, ubi pulcherrimi in *Plo-Ay* crescunt, difficillimæ vero sunt propagationis, quum raro in iis officula seminalia occurrant.

Nomen. Hæc species *Limo Prægnans* vocatur, Malaice *Lemon Bonting*, & quoque *Lemon Banda.*

Atlas Sinensis pag. 131. propriam harum arborum ac fructuum Patriam dicit esse duodecimam & maxime Australem Sinensium Provinciam *Quantong*, ibi *Yeucu* dictam, Portugallis vero *Jamboam*, quæ eadem est cum *Zamboa*. Horum fructuum magnitudo hominis caput excedit, intus vero eorum caro est rubra, succosa, atque acidula instar uvarum semi-maturarum, sique in domo suspendantur, per annum servari possunt. Junioris arboris folia inter manus contrita gratissimum spirant odorem, qui fere convenit cum illo *Unguis odorati.*

meeren: Zynde 't hert van zommige drie vingers breet, en weder van andere maar schaars een vinger.

De vrucht is wat kleinder, niet ront, maar peersgewys, gelyk de groote winter-peeren, en de rype wert by den steel wat dikker, en krygt hier of daar eenige bobbelen: Zy is omtrent een halve-voet hoog, en vyf duimen dik, de onrype is gras-groen, maar de rype Citroen-verwig: Het binnenste merg is rooder, dan aan de gemeene, van binnen met een kleine holligheit, en weinig korrels: Ja zommige ook zonder korrels, als mede wynachtig van smaak: En deze zoorte wert in Amboina weinig gezien, maar men heeftze overvloedig in Banda: Waaromze by zommige ook Bandasche Pompelmoes worden genaamt.

3. *Men heeft ook een zoorte van deze boomen, die vruchten draagt, zo groot als een kloot, daar men mede kegelt, by den steel een weinig bultig, hebbende geen zeer dikke schel, en die ook niet bitter is, maar bykans eetbaar: Het binnenste merg is wit, en zeer zappig van smaak, ryns, en de rype een weinig zoeter, als* Lemon Martinjo.

De bladeren zyn kleinder, als aan de voorgaande, en bykans als die van gemelde Lemon Martinjo, *maar styver, en gladder, en het hert zo groot als van* Lemon Itam, *hier en daar met weinige korte doornen, by den oorspronk der bladeren. De stam schiet hoger op, dan de gemeene, meest met regte takken, en almede als die van* Lemon Martinjo *voornoemt: doch met een breeder kruin: Men heeftze weinig in Ambon, en men hietze daar Japansche Pompelmoezen, om datze eerst van daar zouden overgebragt zyn: Werdende ook weinig geacht, om datze nog zuur, nog zoet zyn, en meest gebruikt worden tot Boere Pons, een drank gemaakt van water, Arack, Lemoenzap, zuiker, en nog eenige speceryen onder malkander gemengt.*

4. *De vierde zoorte is wel de zeldzaamste, hebbende bladeren, die van de eerste zoorte gelyk, doch wel zoeffen, en aan de kanten ongezaagt, van vooren lopenze ront toe, en aldaar hebben zommige een kort spitsje, en andere zyn geklooft, van onderen niet wolachtig, gelyk de gemeene. De vrucht is van grootte, als de grootste Pompoenen, niet ront, maar wat hoog, ongeschikt, en bultig, hangende ook vier en vyf by malkander aan een steel, van buiten met merkelyke kuiltjes, doch van verwe, als de andere. De schelle is ruim een duim dik, bitter, en zwavelachtig: anders van dezelve reuk en smaak als de voorige: Het vlees is wit, zappiger, en zoeter, dan van de gemeene, en bykans zonder korrels, en omtrent deze zoorte gebeurt het dikwils; dat van binnen in de vrucht noch een ander klein Pompelmoesje of Appeltje gevonden wert, van grootte een geschelde Oranje-appel, en van 't omleggend vlees des grooten vruchts met een dun wolachtig vliesken afgescheiden zynde: Ja zommige hebben aan 't bovenste einde ook wel een stuk van een nieuwe schil, anderfints is deze inwendige vrucht of appeltje van substantie, koleur en smaak, het andere vlees gelyk, doch, als gezegt, men vint het niet in alle die groote vruchten, maar alleen in weinige aan de zelfste boom, en dat noch meest in Banda, van waar dezelve met korrels in Amboina gebragt zynde, aldaar ook wel groot en vol werden, maar die dubbelde vrucht zeer zelden komen te vertoonen.*

Op Batavia heeft men mede witte Pompelmoesen, werdende de roode voorgetrokken, of boven dezelve geestimeert, maar zy dragen aldaar insgelyks geen dubbelde vruchten, ofte zy moesten voortgekomen zyn van korrels uit Banda, alwaar de schoonste op Plo-Ay *vallen, zynde zeer moeyelyk om voort te teelen, nadien men daar in zelden korrels komt te vinden.*

Naam. *Men noemtze* Limo Prægnans; *Op 't Malleyts* Lemon Bonting, *en ook* Lemon Banda.

Den Sineezen Atlas, pag. 131. *stelt het eygentlyke Vaderlandt van deze Pompelmoes-boomen en vruchten de 12de en zuidelykste Sineese Provincie* Quantong, *aldaar* Yeucu *genaamt wordende, doch by de Portugeesen* Jamboa, *'t welk het zelfste is met* Zamboa. *Zy is ruim zoo groot als een menschen hooft, en van binnen root van vlees, ook zappig en ryns, als half-rype druiven, en kan in huis opgehangen zynde, een jaar lang goet gehouden werden: De bladeren van een jong Pompelmoes-boompje wat tusschen de handen gevreven wordende, geven van haar een zeer aangenaame reuk, bynaa overeenkomende met die van* Unguis Odoratus.

OBSERVATIO.

Arbores hæ, illarumque fructus a *Rumphio* memorati, varietates potius sunt, quam peculiares species, unde etiam vario crescendi modo, solo, ac cultura differentes, pro unica tantum habendæ sunt specie, vocaturque hæc arbor *Malus aurantia* Indica, fructu omnium maximo *Pumpelmus* dicto, medulla pallescente ut & ruffescente ab *Herm. in H. L. Bat. pag.* 405. hujus autem arboris ramus cum fructu eleganter delineatus atque icone expressus invenitur a *Merian. insect. Surinam.* ad *pag.* 9. ubi vide *notas*, ut & *Thesaur. nostrum Zeyl. pag.* 39. ubi varia ejus Synonyma & auctores collegi.

Hæcque est illa arbor, quæ a Botanicis pro arbore scientiæ habetur, cujus fructus in Paradiso terrestri primis parentibus erat interdictus, unde & POMUM ADAMI a *Casp. & Joh. Bauhino* vocatur, uti ulterius id patet ex *Pluknetii Mantissa & Amaltheo* l. c. in *Thesauro Zeyl.* &c. Arbor hæc a *Valent.* in *Amboinæ descript. pag.* 188. quoque commemoratur.

AANMERKINGE.

Deze boomen, en derzelver vruchten alhier vervolgens van *Rumphius* vermelt, zyn meer veranderingen, als wel byzondere zoorten door de verscheide manier van aanqueking, gront, en lugt verschillende, waarom ze ook voor geen byzondere zoorten gehouden werden, en wert deze boom genaamt van *Herman.* in de *Hortus Lugd. Batav. p.* 405. Indische *Oranjeboom*, met de grootste vrucht *Pumpelmoes* genaamt, met een bleek vlees: en van deze boom wert mede een Tak met de vrucht fraay verbeeldt en vertoont van *Merian* over de Surinaamse Insecten op *pag.* 19. alwaar verders de aantekeninge zie, en onze *Thesaur. Zeylan. pag.* 39. alwaar ik de verscheide benamingen en Schryvers aangehaalt heb.

Dit is verders die boom, die van de Kruydkenners gehouden wert voor de boom der kennis welkers vrucht in het aardsche Paradys aan onze eerste Voor-ouders verboden was; waarom ze ook *Adams appel* van *Casparus* en *Joannes Bauhinus* genaamt wert zo als dit verders blykt uit *Pluknet* in zyn *Mantissa* en *Amaltheum*, volgens de aangehaalde plaatzen in onze *Thesaurus Zeylanicus* &c. De Pompelmoes-boom wert mede van *Valent.* in de *beschryving* van *Ambon. pag.* 188 beschreven.

CAPUT TRIGESIMUM QUINTUM.

Malum Citrium: Lemon Sussu.

MAla Citria in India non ita in arboribus, quam quidem in frutice crescunt, qui variis surgit stipitibus, & longos flaccidosque gerit ramulos, acsi flagella essent, ita ut aliis incumbant adstantibus herbis; folia quoque ab omnibus cæteris differunt Limonum speciebus, quum non sint cordata, magisque Lauri folia referant, quum sint oblonga, ab utraque parte subrotunda, orasque gerant maxime serratas, lætius quoque virent quam aliorum Limonum folia, suntque quatuor vel quinque pollices longa, binos lata, antrorsum inclinantia.

Ad foliorum ortum arbores juniores, spinas gerunt breves, adultiores vero longas & acutas. Flores sunt albi, majoresque quam in ulla alia specie, ex quinque oblongis & crassiusculis constantes petalis, extrorsum reflexis, quorum vero odor est debilis, stamina in centro locantur plurima antheris flavescentibus. Fructus duplicem habet formam, quem distinctionis gratia in silvestrem & domesticum dividam. Silvestris vulgatissimus est, forma cum Limonibus Hispanicis conveniens, sed paulo major est, oblongus, inferiore parte seu ad basin latus, in papillam quasi desinens; ejus cortex externe hinc inde tubercula gerit, cæterum glaber est, & flavescens; Malum vero ipsum quinque circiter pollices longum est, quatuor autem latum seu crassum, prope petiolum est tuberculosum & inæquale. Cortex ejus exterior vix digitum crassus est, fungosus, sine ullo sulphureo odore instar reliquorum Limonum, sed insipidus nec fere edulis: Medulla ejus interior paucissima est, ac vix dimidiam mali constituit partem, alba porro est, succosa, & acida, uti in aliis, sed non ita grata, unde & defectu meliorum in condimentis adhibetur.

Domestica fructum gerit duplo majorem, instar Melonis nempe, pedem circiter longum, sexque pollices crassum, quidam vero sunt paulo minores, magisque gibbi quam præcedentes, in papillam quoque desinentes: Color externus non est citrinus, sed pallidus, magisque ad viridem accedens: Ejus cortex pollicem crassus est, caro autem seu medulla uti in præcedente, sapor vero est magis vinosus, ejusque cortex succosior quoque est & durior quam in aliis, optimeque condiri potest.

Nomen. Latine *Malum Citrium.* Malaice *Lemon Sussu*, h. e. *Limo Mammosus* a figura papillæ: Belgice *Citroenen.* Portugallice *Cidra.* Amboinice in Hitoëa *Ussi-Wale*, id est Limo repens instar funis ob flaccida ac longa flagella: In Banda vocatur *Usse Ala*, h. e. *Lemon Bras*, sive *Limo Orizarius.*

Placet hic annotare discursum Philologicum de origine

XXXV. HOOFTSTUK.

Citroen-Boom.

DE Citroenen in Indien wassen eygentlyk aan geen boom, maar wel aan een struik, die met verscheyde stammetjes opschiet, en lange slappe takken voortbrengt, als of het ranken waaren, dies zy ook op de naaste ruigte moeten rusten, en het bladt verschilt ook van alle andere Lemoenen zoorten, om dat het geen hertje of tweede bladt en heeft, en beter een Laurier-bladt gelykende, als zynde lankwerpig, van agter en vooren schier effen, rond, en de kanten merkelyk gezaagt, ook lichter-groen dan die van andere Lemoenen, 4 en 5 duimen lank, 2 breet, en meest voorwaarts staande.

By den oorspronk hebben de jonge bomen ook korte, maar de oude en aan de meeste takken lange en styve doornen: De bloemen of het bloeizel is wit, en ook grooter als dat van eenige Limoenen, en gemaakt uit vyf lankagtige en vette blaadjes, dewelke wat naa buiten overgebogen en van een slappen reuk zyn. Van binnen staan witte draatjes met geele noppen: De vrucht is ook tweederley van gedaante, en die ik tot onderscheidt in de Wilde en Tamme verdeelen zal. De Wilde is de gemeynste, en van gedaante als de Spaansche Lemoenen, doch wat grooter, lankwerpig, van agteren breet, en van vooren in een tepel eyndigende: De buitenste schel heeft hier en daar kleine bultjes, anders is dezelve effen en bleek-geel, en de vrucht omtrent vyf duimen lank, en vier vingers dik, meest wat scheef of bultig by den steel. De buitenste schel is schaars een vinger dik, voos, en zonder swaveligheidt gelyk andere Lemoenen, maar onsmaakelyk, en bykans niet eetbaar. Het binnenste merg is zeer weinig, en pas de helft van de dikte uitmaakende, voorts wit, zappig, en zuur, gelyk andere Lemoenen, doch zoo aangenaam niet, en waarom het ook maar by gebrek van beter tot souffen, en indooping wert gebruikt.

De Tamme zoorte heeft een vrucht, die wel tweemaal zoo groot is: namentlyk als Meloenen, bykans een voet lank, en zes duimen dik, doch zommige wat kleinder, meer gebult dan de voorgaande, en mede in een teepel eindigende. De koleur van buiten is niet regt geel, maar wat bleek, en meer na den groenen trekkende: De schel is een duim dik, en het vlees als aan de voorgaande, doch van smaak wynachtiger, zynde deze schorsse ook zappiger, en massiver dan die van andere Lemoenen, en zeer bequaam om te confyten.

Naam. *In 't Latyn* Malum Citrium: *Op Malleyts* Lemon Sussu, *dat is* Limo Mammosus, *of tepel-Lemoen: In 't Duitsch* Citroenen. *Op Portugees* Cidra. *In 't Amboins op Hitoe*, Ussi Wale, *dat is kruipende Lemoen wegens zyne lange en slappe ranken. Op Banda* Usse Ala, *dat is* Lemon Bras, *of ryst-Lemoen.*

Ik moet hier bybrengen een Philologische uitweiding over

gine vocis Citri ex *Baubino. libr.* 1. *cap.* 25. ubi judicat hunc fructum in Sacra Scriptura innui per *Etzadar*, i. e. ramum arboris speciosæ, quem Israëlitæ adhibere debebant in festo Tabernaculorum. Unde & Chaldaicum nomen hujus fructus *Extrogin* in singulari *Etog* & *Etrog*, & inde Arabicum *Atrog*, a quibus nominibus Græci forsitan fecere κίτρος.

Judæi autem Germani circa octavam Septembris in festo Tabernaculorum adhuc coguntur ea petere e Marsilia, quia nullum pulchriorem norunt fructum hoc Citro. Estque igitur Malum Medicum *Dioscoridis*. Medicum & Persicum *Theophrasti*, κίτρος, sive aureum Malum *Græcorum*; Assyricum *Athenæi*. Hesperium *Plinii* & Veterum: differt autem a Citro Antiquorum. De qua re vide *libr.* 3. *cap.* de *Lingoo* & in fine hujus.

Locus. In hisce insulis non frequenter occurrit, quum rarus sit ejus usus, atque hinc inde unus tantum alterve frutex in areis prope ædes crescat. In Banda vero majori copia observavi partim in silvis, partim in relictis hortis, ubi loco sepium plantatæ fuerant hæ arbusculæ. Major autem ejus species ibi colitur in hortis, unde quoque in Amboinam translata fuit, sed ibi non tantos profert fructus, quantos in Banda: In Java frequentiores sunt, ac plurimum in silvis, uti quoque in Brasilia, sed ubique frutex est, non vero arbor.

Usus. Crassiores utriusque speciei cortices, sed plurimum domesticæ in usu sunt, ut condiantur saccharo, quod fit, si exterior viridis pars abradatur, aliquot dein per dies in aqua macerentur, ac denuo saccharo incoquantur cortices; quidam vero saccharo christallino obducuntur, ut inserviant tragematibus. Hoc vero plurimum fit per Sinenses & Europæos, quum Indi hujus artis sint ignari, nullumque alium præterea inde habent usum, nisi quod succus acidus ad intinctum adhibeatur: Quibusdam vero Javanica lingua vocatur *Lemon Java*, id est *Limo Javanus*, quum ibi habeatur fructus indigenus: Altera silvestris speciei occurrit varietas, quæ paulo altius præcedenti excrescit, sed ejus folia huic sunt simillima, licet paulo sint majora, acutiora, & ad oras tenuius serrata, & ubique longis & acutis obsita spinis, ita ut vix tangi possint: Flores quoque sunt minores quam in præcedenti, fructus oblongo-rotundi, forma & magnitudine Limonum Hispanicorum, superius autem papilla quoque ornati, externe glabri; horum cortex est tenuissimus, caro autem copiosa, succosior, & acidior quam in cæteris. Hæc vero species in Amboina raro occurrit, ibique ex Banda translata est, neque in alio usu est, quam quod acida medulla usurpetur ad intinctum, uti aliorum Limonum; superioris vero speciei per culturam dulcis propagatus est fructus adeo gratus, ut æque medulla interior, quam cortex exterior sit edulis, elegantem autem habet luteum colorem hic fructus, maturus si sit.

Omnes hæ arbores, (uti alii quoque id monent auctores) ab antiquorum Citro differunt, quod in Mauritania prope montem, Atlas dictum, crescit, ac species est Oxycedri, quæ folia, fructus, odoremque Cupresso simillimum gerit, ex testimonio *Plinii libr.* 3. *cap.* 15. ex cujus ligno antiquioribus temporibus pretiosæ fabricabantur mensæ, *Mensæ Citreæ* & *Citrinæ* dictæ, quæ juxta varias figuras maculasque dividebantur in *Tigrinas*, *Panterinas*, & *Apiatas*.

over het woort Citrum, *volgens* J. Bauhinus eerste boek capit. 25. *alwaar by meent, dat deze vrucht in de H. Schriftuur uitgedrukt wert door* Etzadar, *dat is een Tak van een cierlyke boom, welke de Israëliten moesten gebruiken in het feest der Loofhutten: Waarom* ook *de Chaldeeuwsche naam van deze vrucht is* Etrogin, *in het eenvoudig of Singularis* Etog *en* Etrog, *en daar van het Arabische* Atrog, *van welke naamen de Grieken mogelyk gemaakt hebben* Kitros.

De Duitsche Jooden moeten omtrent den achtsten September op het feest der Loofhutten, daarom ook uit Marzelie deze vrucht haalen, om dat ze geen schoonder vrucht kennen als deze Citroen: Derhalven is deze het Malum Medicum *van* Dioscorides, Medicum *en* Persicum *van* Theophrastus, Kitros *ofte het* Malum Aureum *der Grieken, het* Assyricum *van* Athenæus, Hespericum *van* Plinius *en der Ouden: Doch het verschilt van het* Citrum *der Ouden. Waar over zie het derde boek over de* Lingoum.

Plaats. *In deze Eilanden vint menze niet veel, om datze weinig in gebruik zyn, en hier en daar slegts een struik op de erven by de huizen: Dan in Banda heb ikze in meerder menigte gevonden, ten deele in het wilt, en eenige verlatene thuinen, alwaarze die in plaats van een hegge geplant hadden. Het groote geslagte zettenze in de boven, van waarze ook naar Amboina zyn overgebragt, doch willen aldaar zoo groote vruchten niet dragen als in Banda; op Java vint menze overvloediger, en dat meest in 't wilt, gelyk mede in* Brasilie, *doch over al een struik, en geen boom zynde.*

Gebruik. *De dikke schelle van beide zoorten, doch meest van de tamme, zyn in gebruik om te confyten, en 't welk geschiet, als men de buitenste groenigheidt daar afschrapt, eenige daagen in water weekt, en daar na met zuiker opkookt, zommige ook met zuiker candiseert om onder banket-werk opgezet te worden: En dit geschiet meest door de Sineezen en Europianen, want de Indianen weten daar mede niet om te gaan, geen ander gebruik daar van hebbende als het zuure zap tot indooping: zommige noemenze ook in 't Maleyts* Lemon Java, *dat is Javaansche Lemoen, om dat zy aldaar voor een Inlants gewas gehouden wert: Men heeft nog een tweede zoorte van de wilde Citroenen, een weinig hoger opschietende dan de voorige, doch de bladeren zyn de vorige meest gelyk, hoewel wat grooter, spitzer, en aan de kanten fynder gezaagt, over al met felle en lange doorens bezet, zo dat menze qualyk aantasten kan. De bloemen zyn ook kleinder als de voorige, de vruchten lankwerpig-ront van gedaante en grootte als de rechte Spaansche Lemoenen, van vooren ook met een tepel, en glat van buiten, van schelle zeer dun, en daar en tegen het binnenste vlees zeer veel, ook zappiger, en zuurder als in andere Lemoenen. Dan van deze zoorte vint men weinig in Ambon, zynde derwaarts overgebragt uit Banda, en in geen ander gebruik als dat men 't zuure merg gebruikt tot indoopingen, gelyk dat van andere zuure Lemoenen; doch van 't bovenstaande geslacht heeft men een zoorte bekomen, die door aanqueeking zo zoet is geworden, dat men zoo wel het binnenste merg kan eeten als de schel, die ook fraay geel wort, als de vrucht geheel ryp is.*

Alle deze boomen (gelyk andere Autheuren ook waarschouwen) verschillen van de Citrus Antiquorum, *dewelke in* Mauritanien *by den berg* Atlas *wast, en een zoort is van de* Oxycedrus, *van bladeren, vruchten, en reuk, de Cipressen gelyk, naar het getuigen van* Plinius lib. 3. cap. 15. *en waar van men in oude tyden de kostelyke Tafelen maakte, die men* Mensas Citreas *en* Citrinas *noemde, en naar de verscheidentheidt van Schilderyen en Plekken, verdeelde in* Tigrinas, Panterinas, *en* Apiatas.

EXPLICATIO

Tabulæ Vigesimæ Quintæ.

Quæ exhibet *Citrum* petiolis linearibus, uti vocatur in *H. Cliffort. pag.* 379. ubi reliquos vide auctores, ac præsertim in *Sloan. Catal. pl. Jamaic. pag.* 208. qui innumerum auctorum habet numerum.

UYTLEGGING

Van de Vyfentwintigste Plaat.

Dewelke vertoont de *Citroen-boom* met eenvoudige regte steeltjes aan de blaaden, zo als ze genaamt wert in de *Hortus Cliffort. pag.* 379. alwaar de verdere Schryvers aangehaalt werden: Doch voornamentlyk in de *Cataloge* van *Sloane* over de *Jamaisse gewassen pag.* 208. die een ontelbaar getal van Schryvers aan de hant geeft.



CAPUT TRIGESIMUM SEXTUM.

Limo Tuberosus. Lemon Martin.

INter Limonum acidorum species, qui per totam Indiam majori occurrunt copia, quam dulces, magnitudine excellunt illi, qui plurimis gaudent tuberculis, quorum maximi vulgo *Lemon Martin* vocantur. Arbor hæc, si ad justam perveneril altitudinem, est instar Mali vulgaris, ejus autem rami sunt admodum incurvi, uti & ipse quoque truncus. Folia Citrii foliis sunt simillima, sed breviora sunt, nec multum cordata, ita ut alata modo appareant, in junioribus vero foliis cordata hæc figura magis apparet; ad oras autem parum sunt serrata; fortemque, si fricentur, spirant odorem, haud tamen ingratum, nec amarum dant saporem. Suntque tres quatuorve pollices longa, in junioribus ramis prope folia breves ac molles propullulant spinæ, sed ad inferiorem magis partem, ubi folia deciderunt, longiores sunt & acutiores spinæ, quæ adeo dense ramum obsident & ambiunt, ut vix tangi possit, hæ autem in vetustioribus ramis sensim decidunt, ita ut tantum in ramulis rariores conspiciantur spinæ; Omnes Limonum flores primum capita formant alba, atque ex iis flosculi formantur plurimum ex quinque, raro ex quatuor albis, crassis, & oblongis constantes petalis, qui intus gerunt stamina quædam erecta, & albicantia cum antheris luteis, inque horum centro embryo locatur, pistillum sustinens, ex quo fructus formatur & excrescit, illorum vero odor est debilis, sed gratus, ad Lilia alba accedens. Flores autem in hac specie vulgaribus majores sunt, & ex quinque compositi petalis, externa parte purpurascentibus.

Fructus ejus non sunt uniformes, quidam enim binos pugnos magni, pyriformes quodammodo sunt, vel instar Pyri Cydonei, & ad petiolum tantum tuberculis majoribus obsessi, cætera illorum pars depressis tuberculis instar verrucarum obducitur, alii autem sunt oblongi, Oviformes, seu ab utraque parte acuminati, per totam superficiem tuberculis depressis seu majoribus verrucis obsessi. Maturi hi Limones ex viridi flavescunt, ac tandem luteum vel citrinum magis gerunt colorem fere instar Limonum Hispanicorum. Horum cortex est satis crassus, sique decorticetur, sulphureos emittit radios, qui oleosi videntur, sed gratum ac citrinum penitus habent odorem saporemque, simulque amarum, & linguam vellicantem. Medulla interior est instar Europæorum Limonum, saporis acidi, sed debilioris quam in ulla alia specie, unde & crudus quoque editur, sed si cum condimentis coquatur, nimis debilis est, unde alii acidiores Limones hunc in finem sunt eligendi.

Anni tempus. Arbor hæc toto fere anno suos profert fructus, simul enim flores, semi-perfectos, & adultos penitus dat Limones: diligenter autem amputanda est, quum alias nimis plures, erectos, ac spinosos emittat surculos, qui illam emaciant, quod de aliis quoque observandum est speciebus.

Nomen. Latine *Limo Tuberosus*, *Martinicus*: notandum vero est, omnes Indicas Limonum species generali nomine Malaicensi vocari *Lemoen*, quod in Europa vero unicæ tantum tribuitur speciei. Hæc autem arbor *Lemon Martin* Malaice dicitur, unde vero cognomen hoc ipsi fit datum, penitus me latet, sed verosimile videtur, quod a certo quodam Portugallo, *Martin* dicto, primum in notitiam venerit, ac inde denominata fuerit.

Quum autem hi fructus veteribus non distincte fuerint noti, hinc omnes horum species generali nomine *Mali Citrii*, *Medici*, vel *Hesperici* denominarunt, subsequentibus vero temporibus accuratius illorum indagarunt species, unamque Latina dixerunt lingua *Limonium*, & in Pharmacopæis Limonem, quod ultimum etiam nomen retinebimus, quum Limonium proprie sit herba.

De-

XXXVI. HOOFTSTUK.

Buik-Lemoen.

O*Nder de geslagten van de zuure Lemoenen, die door gantsch Indiën in meerder meenigte zyn, dan de zoete, munten in grootheit uit die gene, die met veel bulten bezet zyn, en daar onder men de grootste in 't gemeen Lemon Martin noemt. Dezen boom heeft zyne volkomen hoogte, als een gemeenen Appel-boom, en de takken staan vry wat krom, gelyk den stam ook dikwils zelfs doet. De bladeren komen de Citroen-bladeren wel 't naast, doch zyn wat korter, en zonder merkelyk hertje, zynde wel deszelfs plaats te zien, maar het hertje zelfs zo smal, dat men 't pas bekennen kan, doch in de jonge bladeren is het vry kennelyker, aan de kanten zynze een weinig gezaagt, van reuk sterk, als menze vryft, doch niet onlieffelyk, of bitter van smaak, 3. en 4. duim lank, aan de jonge takken staan by de bladeren korte en weeke doornen, maar meer achterwaarts, daar de bladeren afgevallen zyn, staan lange en felle doorens, zo digt, en rondom de takken, dat menze qualyk handelen kan, doch deze vallen aan de oude takken ook allenkskens af, zodat men alsdan, maar alleen aan de ryskens, weinig doornen meer ziet; al het Lemoen-bloeizel heeft eerst witte knoppen, en daar uit werden, of komen voort de bloempjes, meest van 5. en zelden van 4. witte, vette, en lankachtige blaadjes gemaakt, hebbende van binnen zommige witte en regte draatjes met geele noppen, en in de midden een groen heuveltje (daar een pylaartje op staat) daar de vrucht uit geformeert werdt, zynde voorts van een slappen, doch lieflyken reuk, en wat na de Lelyen trekkende: Doch in 't byzonder is het bloeizel van Lemoen Martin grooter dan de andere, en, als gezegt, van vyf blaatjes gemaakt, die aan haar buitenste zyde wat rootachtig of paars zyn.*

De vruchten zyn niet van eenderley gedaante, want zommige zyn twee vuisten groot, eenigsints peers-gewys, of als een que-peere, en alleen by den steel met zommige groote bobbelen bezet, de rest is meest vol laage vratten en bultjes, andere weder zyn lankwerpig, eys-gewys, of van agter en vooren wat spits, en over 't geheele lyf met laage bobbelen of groote vratten bezet: Ryp zynde, werdenze uit den groenen geel, en ten laatsten ook wel wat hooger van koleur, by na als de Spaansche Lemoenen. De schorsse is redelyk dik, en als menze afbreekt of buigt, swavelachtige straaltjes van zich gevende, die olyachtig schynen, doch lieflyk en regt Citroen-achtig van reuk en smaak zyn, ook met eenen wat bitter en scherp op de tonge. Het binnenste merg is gelyk als dat van onze Europische Lemoenen, van smaak zuur, doch slapper dan eenige anderen, weshalven menze ook raauw eeten kan, maar in 't kooken en by de sausse, vallenze te slap, dies men daar toe andere scherpe Lemoenen verkiezen moet.

Sayzoen. *Deze boom draagt meest het geheele jaar door, te gelyk bloeyende, halve, en volwassene vruchten vertoonende: maar men moet hem naarstig besnoeyen, anders krygt hy te veel jonge, regte, en doornachtige scheutjes, die hem uitmageren, en 't welk men van andere Lemoenen mede zal believen te verstaan.*

Naam. *In 't Latyn* Limo Tuberosus, Martinicus, *waar by noch te weten staat, dat men in Indiën alle de zoorten van deze boomen met een gemeene naam in 't Maleyts* Lemoen *noemt, doch dewelke in Europa alleen maar een zeekere zoorte gegeven wort. Op 't Maleyts* Lemoen Martin, *doch waar van ze deze bynaam gekregen hebben, kan ik tot nog toe niet raaden, maar wel met schyn van waarheidt gissen, datze van de een of de ander Portugees, wiens naam* Martin *was, eerst in kennisse gebragt, en na hem genaamt zal zyn.*

En dewyl nu deze vruchten de ouden niet ten vollen zyn bekent geweest, zoo hebbenze alle die zoorten onder een gemeene naam van Malum Citrium, Medicum, *en* Hespericum *begreepen; maar de navolgende eeuwen de zoorten naauwer onderscheidende, hebben een zoorte daar van in 't Latyn* Limonium, *en in de Apotheeken* Limonem *genaamt, en welke laatste naam men ook alleen zal gebruiken, om dat Limonium eygentlyk een kruidt is.*

Den

Derivationem nominis fruſtra aliquis quæret in Europæis linguis, Arabica autem vox eſt *Leytun*, & Perſica *Limum*, qua omne malum Medicum minus indigitant. Sicut *Torung* & *Toronga* Arabibus eſt idem majus, quod Arabes etiam ſcribunt *Altrung* & Ottrog, *Torong* vero proprie Perſicum eſt, unde Hiſpanicum *Toronja*, quo intelligitur Citrium illud majus, quod cortice dulciore eſt, & magnitudine Melonem æquat, quale eſt præcedenti capite deſcriptum, quamvis & huic noſtro Martinico aliquatenus coveniat. Apud Amboinenſes & circumjacentes populos nullum peculiare gerit nomen, quum ipſis plurimum ſit ignotum, generaliter vero omnes Limones ipſis dicuntur *Auſſi* & *Uſſi*, uti Malaicenſibus *Lemon*, Ternatenſibus *Djodji*, Macaſſarenſibus *Lemo*, Javanis *Jeroc*, Baleyenſibus *Djohoc*, Bandenſibus *Uſſe*, Sinenſibus *Cam.*

Locus. In hiſce Orientalibus inſulis ubique quidem occurrit *Limo Martin*, ſed nullibi ſponte vel apud Amboinenſes, ſed tantummodo apud Europæos, unde puto aliunde eſſe tranſlatum, ac præſertim per Portugallos, qui illum forte ex Occidentalibus inſulis in Orientalem deduxerunt Indiam.

Uſus. Dum ejus caro interna inter omnes acidorum Limonum ſpecies maxime ſit vinoſa, hinc in taleolos diſſecta, & ſaccharo adſperſa, cruda comeditur, quæ optimum dat refrigerium & recrementum in itineribus marinis. Si tali vero edatur modo, alba exterioris corticis caro non penitus eſt abſcindenda, ſed ejus pars relinquenda, quum iſtius fatua ſubſtantia aciditatem alterius temperet. Iſte enim cortex, ſi externa ejus pars fuerit abraſa, edulis eſt, ſuccus autem hujus Limonis in primis conducit ad potum, *Boerepons* dictum, inde præparandum, eſtque melior quam aliorum Limonum, quum minus acidus ſit, nec tormina cauſſet abdominis; Hujus etiam cortex ſpiritum aromaticum continet, ſed hiſce in terris parum adhibetur, excepto quod ſæpe carni vel piſcibus adcoquatur, quum gratum iis conciliet ſaporem; Ad caput lavandum quoque adhibetur, ſed plurimum defectu aliorum; Cruda ejus Medulla cum ſaccharo comeſta incidit, & detergit tenacia ac lenta ſputa, quæ pectori bronchiiſque pulmonalibus inhærent, atque anxium Aſthma & tuſſim convulſivam ſæpius cauſſant.

Hæc porro arbor non admodum ſeneſcit, niſi diligenter amputetur, & attente colatur, cæterum coſſos facile contrahit, unde multas emittit lachrymas, ac copioſum exſudat gummi, unde contabeſcit ac perit, ita ut dimidia ſæpe trunci ac comæ pars ſit mortua, altera autem macilentos hactenus dat fructus.

Deſcripto ſupra *Limoni Martinico* affines quoque ſunt aliæ quædam tuberoſæ ſpecies, quas ſucceſſive deſcribemus, quarum primo occurrit *Limo Ventricoſus*, Malaice *Lemon Purrut*: Hujus arbor præcedentis habet magnitudinem, ſed comam gerit denſiorem & anguſtiorem, ejusque rami plurimum eriguntur. Folia quoque multum differunt, licet enim hæc quatuor circiter pollices longa ſint, inferior ejus pars cordata tanta & tam ampla eſt, ut fere dimidiam totius folii conſtituat partem, itaque erecta, acſi bina ſibi eſſent inpoſita folia, ad oras vero tenuiter ſerrata ſunt, craſſiora, & magis obſcure viridia quam in præcedenti. Ejus flos omnium minimus eſt, ex quatuor albis conſtans petalis, ac licet ſit apertus, vix unguem minoris digiti magnus eſt. Ejus fructus dimidio minor eſt *Limone Martinico*, vix pugnum adæquans, ac pyriformis, ſed ita tuberculis obſitus, ut vix eam habeat formam, ejus autem tubercula ſeparatim obſervata, glabriora ſunt illis *Limonis Martinici*: Plurimum autem eſt viridis, ac penitus maturus parum flaveſcit; Ejus cortex ſolidior eſt & ſuccoſior quam præcedentis, ejus odor jucundior eſt quam in ullis aliis Limonibus Indicis, atque optimis Hiſpanicis Limonibus melior vel iis accedens; Caro interior vireſcit, granuloſa eſt, & acidiſſima cum acore quodam, quaſi corroſivo, nec multum ſuccoſa eſt, ſed plurima continet officula ſeminalia. Rami raris obſidentur minoribus ſpinis, frequentioribus vero quam in Limone Martinico, longæ vero ſpinæ in illa arbore rarius occurrunt, unde meliorem præbet adſcenſum, quam antecedes arbor.

Nomen. Latine *Limo Ventricoſus*: Malaice *Lemon Purrut*, ob plurima ejus tubercula; quæ inſtar verrucarum

Den afkomſt van deszelfs naam zal iemant te vergeefs zoeken in de Europiſche taalen; doch het Arabiſche woort is Leytun, *en het Perſiſche* Limum, *waar mede zy alle kleine zoorten van Limoenen beduiden: Gelyk* Torung *en* Toronga *by de Arabiers de groote zoort hiet, het geen de Arabiers ook ſchryven* Altrung *en* Ottrong, *dog.* Torong *is eigentlyk Perſiſch, waar van het Spaanſche* Toronja, *waar door zy verſtaan die groote zoort van Citroen, die met een zoetere ſchil is, en de grootte van een Meloen heeft, dewelke in het voorgaande Kapittel beſchreven is, ſchoon het ook aan deze onze Martiniekſe eenigſints toekomt. By de Amboineezen en omleggende Eilanden heeftze geen byzondere naam, om datze dezelve meeſt onbekent is, maar in 't generaal alle Lemoenen* Auſſi *en* Uſſi, *gelyk de Maleyers ze* Lemon, *Ternataanen* Djodji, *Macaſſers* Lemo, *Javaanen* Jeroc, *Ballyers* Djohoc, *Bandaaſe* Uſſe, *en Sineezen* Cam *noemen.*

Plaats. *In deze Ooſterſche Eilanden vint men wel over al de Lemoen Martin, doch nergens van zelfs, of by de Amboineezen groeyende, maar alleen by de Europianen, en daarom oordeele ik, datze elders van buiten ingebragt zyn, en inzonderheidt door de Portugeezen, dieze miſſchien uit de Weſterſche Eilanden in Ooſt-Indiën gebragt hebben.*

Gebruik. *Dewyl het binnenſte vlees onder alle zuure Lemoenen het wynachtigſte is, zo kan men het in ſchyfjes geſneeden, en met wat zuiker beſtrooyt, raauw eeten, en 't welk een goede ververſching is op Zee-reyzen: Maar als menze zoo wil nuttigen, dan moet men het witte vlees van de buiten-ſchaal niet geheel en al afſnyden, maar ten deele daar aan laaten, om dat haar laffe droogte de zuurte van 't ander wat kome te bedwingen: Want de ſchaale zelfs, als het buitenſte afgeſchrapt is, kan men eeten, en voor al is het zap van deze Lemoenen bequaam, om den drank* Boerepons *daar van te maaken, daarze beter toe dient dan eenige andere Lemoenen, om datze min zuur is, en geen ſnyding in de buik verwekt. De ſchellen ſteeken vol ſpeceryachtige geeſt, maar werden hier te Lande weinig gebruikt, behalven datze zomtyts by vlees en viſſchen gekookt werden, om daar een aangenaame geur aan te geven. Men gebruiktze ook tot het waſſchen van het hooft, doch meeſt by gebrek van andere. Het raauwe merg met zuiker gegeten, doorſnyt en veegt af de taaye fluymen, die in de borſt en longe-pypen ſteeken, en den moeyelyken kinkhoeſt veroorzaaken.*

Voorts komt dezen boom tot geen grooten ouderdom, het zy dan dat men hem naarſtig beſnoeye en havene, anderſints komt 'er den worm in, waar van hy traant, en veel gom uitſweet, daar op allenxkens uitgaat, zo dat men de eene helft dikwils van ſtam en kruin gants doot ziet, en de andere helft nog magere vruchten dragende.

Met de bovenſtaande Lemon Martin *hebben ook gemeenſchap noch eenige andere knobbelachtige zoorten, die wy hier na malkander zullen verhandelen of optellen, als voor eerſt* Limo Ventricoſus, *in 't Maleyts* Lemon Purrut: *De boom is van een grootte als de voorgaande, maar heeft een digter en ſmalder kruin, en de takken ſtaan meeſt overeynt. De bladeren verſchillen mede daar van vry veel: want ſchoon zy mede wel ſchaars vier duimen lank zyn, zoo is haar agterſte hert-bladt zo groot en breet, dat het ten naaſtenby de helft van 't geheele bladt uitmaakt, regt, als of 'er twee bladeren op malkanderen gezet waren, zynde aan de kanten fyn gezaagt, dikker dan de voorige, en ook ſwarter-groen: De bloem is de kleinſte van alle, beſtaande uit vier witte blaatjes, en geheel geopent zynde, qualyk de breete van een nagel aan een kleine vinger beſlaande. De vruchten zyn maar half zo groot, als de Lemon Martin, te weten kleinder als een vuiſt, als een peere geformeert, maar met zo veel bobbelen of builen bezet, datze qualyk die gedaante behouden kan; doch deze builen in 't byzonder beſchouwt, zyn gladder dan die van Lemon Martin, zy blyven meeſt groen: De geheel rype werden ſlegts een weinig geel; de ſchelle is digter en zappiger dan de voorige, van reuk lieflyker dan aan alle zoorten van de Indiaanſche Lemoenen, de beſte Spaanſche Citroenen, of gelyk, of beter: Het binnenſte vlees is groenachtig, klein-korlig, en zeer zuur, met eenige ſcherpigheyt, hoewel niet zeer zappig, maar veele zaat-korrels hebbende. De takken hebben maar weinige kleine doorns, doch wat meer dan Lemon Martin, maar de lange doorns ziet men weinig aan dien boom, dies by ook beter te beklimmen is, dan de voorgaande.*

Naam. *In 't Latyn* Limo Ventricoſus, *na 't Maleyts* Lemon Purrut, *van de veele bobbelen, die als builen*

Fig. 1.
Fig. 2.
Fig. 3.

carum illum undique ambiunt, quidam etiam illum vocant *Lemon Papua* h. e. *Limo Crispus*, ex forma crisporum crinium, quibus Papoënses gaudent; alii autem *Lemon tay Ayam* h. e. fimum gallinaceum referens Limo, ex forma, quam æmulatur, acsi gleba foret concreta ex fimo gallinaceo: Ternatensibus dicitur *Djuru purrut*.

Locus. In Celebe occurrit, ac fere in omnibus Amboinæ insulis, uti quoque in Banda, ubique vero non frequenter, sed raro.

Usus. Horum Limonum cortices plurimum sunt in usu, qui raduntur, ac cum pauxillo aquæ commixti inserviunt capitis frictioni, quum antea alia quacunque re fuerit ablutum & depuratum, ad sordes porro detergendum, atque capillitio bonum conciliandum odorem: Succus ejus acidus raro in cibis, sed plurimum ad tingendum adhibetur, quem in finem acerrimi eliguntur Limones: Quidam etiam hoc succo caput & corpus suum lavant, sed his male cedit, quum acrimonia sua cutim arrodat, præsertim si Sol radiis suis illam tangat, pilorumque radices inde vacillant, ac destruuntur. Recens ejus cortex carnium juri itidem incoquitur, ac saccharo etiam condiri potest, uti & iste Limonis Martinici, sed hoc raro fit.

Tertia tuberosorum Limonum species est *Limo Curamas*, qui folia gerit minora, quam in præcedente, cæterum ipsius foliis similia, & ex duabus inprimis constructa partibus, atque fere conveniunt cum illis *Limonis Maas* dicti, sed eorum pars cordata major est, fructus autem Limonem Martinicum æmulantur tam magnitudine, quam forma, hi autem ita irregulariter rotundi sunt & difformes, cum tuberculis & fissuris adeo obsessi, ut nulla ipsis vera tribui possit forma, plurimum vero longiores sunt quam lati, prope pedunculum coarctati. Plerumque colorem gerunt obscure viridem, inelegantem, vel ex fusco viridem, tandem vero quædam in ipsis apparent maculæ flavescentes, suntque porro rugosi, tuberculis undique obsessi, sed tubercula hæc non ita protuberant quam in *Limone Purrut*: Caro interna est alba & sicca, ex variis minoribus granulis constans instar pediculorum, nec ita succosa est ac Limo Martinicus, licet enim penitus sit matura, sicca tamen est, ac paucum dat succum penitus acidum; Corticis odor est fortis, nec ita jucundus, quam in Limone purrut, immo quasi hircinus, talem & folia spirant odorem.

Ossicula seminalia sunt oblonga, tenuia, gracilia, & rugosa, ab una vero parte gerunt quasi caudam, quæ ex plurimis venulis componitur, quibus adhærent intermediis pelliculis: Rami spinis undique obsidentur, quæ in majoribus brevissimæ evadunt ramis.

Nomen. Latine *Limo Unguentarius* dictus juxta Malaicense *Lemo Curamas*, ab odorato unguento, quo corpus illinitur, quod contritus hujus cortex quoque ingreditur.

Locus. In Amboinæ hortis silvestribus crescunt, variisque in pagis plantantur, sed parum notæ sunt hæ arbores.

Usus. Hujus speciei nil nisi cortex in usu est, qui isto miscetur unguento contritus, quidam autem hoc caput fricant post ejus lotionem, uti de præcedenti Limone Purrut fuit dictum, hujus autem odor nationi nostræ minus placet, quum sit ingratus, unde & etiam non multum ab incolis æstimatur, alii autem præferunt, & majori cum effectu utuntur ejus carne sicca in aqua macerata, qua caput lavant, quæque optime sordes & mucum detergit.

ken rondom haar hangen, zommige noemenze Lemon Papua, *dat is*, Limo Crispus, *na de gedaante van de gekrulde hairen der* Papoeen: *Andere* Lemon tay ayam, *dat is hoender drek-Lemoenen, van de gelykenisse van een klomp hoender drek op malkander gepakt:* Op *'t Ternaats* Djuru Purrut.

Plaats. *Men vindze op Celebes, en bykans in alle de Amboinsche eilanden, als mede in Banda, voorders over al niet veel, maar weinig.*

Gebruik. *De schellen van deze Lemoenen zyn meest in gebruik, dewelke men raspt, en met een weinig water gemengt, het hooft daar mede vryft, als men het te vooren met eenig ander goet gewassen heeft, en het welk de vuilgheit dan afneemt, en vervolgens de hairen een goeden reuk geeft: Het zuure zap werd niet veel in de kost, maar meest tot verwen gebruikt, waar toe men ook de scherpste Lemoenen opzoekt. Zommige wasschen het hooft en lyf ook met dit zap, doch die varen gemeenelyk qualyk daar door, om dat het door zyn scherpte de huit opbyt, (inzonderheit als 'er de Zonne opschynt) en de wortelen des hairs los maken. De versche schel werd ook by vlees-zop gekookt, en men kanze met zuiker confyten, als mede die van Lemon Martyn, doch dit geschied zelden.*

3. *De derde zoorte van de bultige Lemoenen is de* Lemon Curamas, *wiens bladeren kleinder zyn, dan de voorgaande, anderzints dezelve gelyk, en van twee deelen gemaakt, komende met die van* Lemon Maas *bykans overeen, doch het hert is grooter, de vruchten zyn de Lemon Martyn gelyk, zo aan grootte als gedaante, doch deze zyn zo ongelyk ront, en ongeschikt, met bulten en klooven bezet, dat men haar geen regt fatzoen kan toeschryven. Zy zyn gemeenelyk langer, dan breet, by den steel wat toesmallende, of smal toelopende. Zy blyven meest lelyk, donker-groen, of graauw-groen, doch ten laatsten werdenze op eenige plekken of plaatzen wat geel, voorts gants rimpelig, en over al met pukkeltjes bezet, maar die bulten builen zo niet uit, als die van* Lemon Purrut, *het binnenste merg is wit en droog, bestaande uit enkelde kleine korrels, als luizen, zo zappig niet, als de Lemon Martyn, want al werdenze geheel ryp, zo blyvenze evenwel meest droog, weinig zap gevende, en dat ook geheel zuur is, de reuk van de schelle is sterk, en zo lieffelyk niet, als die van Lemon Purrut, ja wat bockachtig, gelyk ook de bladeren.*

De zaat-korrels zyn lankwerpig, dun, mager, en gerimpelt, hebbende aan 't eene einde een staartje of adertjes, waar mede zy aan de middelste vlieskens vasthangen, de takken zyn vol doorens, die aan de oude zeer kort zyn.

Naam. *In 't Latyn* Limo Unguentarius, *na 't Maleytsche* Lemo Curamas, *van een welriekende zalve, waar mede men 't lichaam bestrykt, waar onder deze gevreeve schelle mede wort gebruikt.*

Plaats. *Zy wasschen op Amboina in de Boschthuinen, en werden in de Negoryen geplant, doch zyn weinig bekent.*

Gebruik. *Van deze zoorte gebruikt men niets, dan de schelle, om onder de voornoemde zalve te vryven, dan zommige gebruikenze ook, om het hooft daar mede te vryven na 't wasschen, gelyk de voornoemde Lemon Purrut, doch deze reuk is voor onze Natie moeyelyk, en onaangenaam, gelykze ook zelfs by de Inlanders niet veel geacht werd, andere doen beter, wanneer zy het drooge vlees van de Lemoenen een weinig in 't water weeken, en daar het hooft mede wasschen, nadien het de vuiligheit en 't smeer zeer wel afneemt.*

EXPLICATIO

Tabulæ Vigesimæ Sextæ,

Cujus *Fig.* 1. exhibet ramum *Limonis tuberosi* seu *Lemon Martyn Rumphio* dicti.

Figura 2. ramum *Limonis ventricosi*, seu *Lemon Purrut*.

Figura 3. ramum *Limonis Feri*, seu *Lemon Swangy*.

UYTLEGGING

Van de zes en twintigste Plaat,

Waar van de *eerste Figuur* aanwyst een Tak van de *Limo tuberosus*, of *Lemoen Martyn* van *Rumphius* genaamt.

De *tweede Figuur* een Tak van de *Limo ventricosus* of *Lemoen Purrut* of *Buik-Lemoen*.

De *derde Figuur* een Tak van de *Wilde Lemoen*, Lemoen *Swanggi* genaamt.

OBSERVATIO.

Limonum species ab auctore nostro hoc in capite descriptæ, uti reliquæ sunt varietates, luxuriante naturæ lusu & ingeniosa cultura productæ, præsertim illæ, quæ foliatura conveniunt quarum plurimæ ab auctoribus descriptæ vel memoratæ occurrunt in *Sloan. Catal. pl. Jamaic. p.* 209. & *Hort. Cliff. p.* 379. ubi ad *Citrum* referuntur. Limonum hæ varietates a *Valent.* in *Amboinæ descript.* a *pag.* 188 ad 191. enumerantur, & obiter etiam describuntur.

AANMERKINGE.

De zoorten van Limoenen van onzen Schryver in dit capittel beschreven, zyn, zo als de overige, veranderingen meest door de weelderige speeling der natuur, en schrandere aanqueking voortgebragt, voornamentlyk die geene, die met hun bladen overeenkomen: waar van de meeste by de Schryvers vermelt ofte beschreven voorkomen in de *Cataloge* van *Sloan over de Jamaisse gewassen p.* 209. en in de *Hortus Cliffort. p.* 379. alwaarze tot de *Citroenen* gebragt werden. Deze verscheide zoorten van Lemoenen werden by *Valent.* in de *beschryving* van *Ambon* van *pag.* 188 tot 191. ook opgetelt, en ter loops beschreven.

CAPUT TRIGESIMUM SEPTIMUM.

Limo Agrestis. Lemon Papeda.

HÆc proprie indigena hujus insulæ arbor est, magisque vulgaris omnibus præcedentibus, altius quoque iis excrescens, truncum habens obliquum & sinuosum. Rami irregulares & silvestres videntur, ramulique ac foliorum raches spinis undique acutis & firmis cinguntur, ita ut hæc arbor sit magis horrida ac spinosa reliquis omnibus Limonum speciebus, unde & ejus coma adscensum non admittit: Ejus folia ex binis quasi constructa videntur, sed inferior cordata pars multo minor est altera parte seu superiore, at satis ampla, simulque quatuor vel quinque circiter pollices longa sunt, nec ullum sine spina occurrit folium, ad oras vero parum sunt serrata. Illorumque pori adeo ampli sunt, ut perforata videantur folia, ac per illa aërem intueri possimus.

Ejus fructus magnitudine convenit cum Limone Martinico, sed non ita pyriformis, at magis rotundus est, glabrior, ac solidioris substantiæ, tuberculis autem glabris hinc inde obsessus, ita ut nunquam perfecte sphæricus, sed irregularis & obliquus sit, flavissimi coloris cortex est, & æqualis, nec foveolis inpressus.

Medulla ejus interior penitus alba est & succosa, acidissima & acerrima, unde ejus succus in cibis solus non adhibetur, sed alio mixtus succo: Corticis odor est citrinus, sed non ita gratus ac in præcedentibus. Arbor lignum gerit solidum ac durum, flavescens, instar Buxi: Vetustorum truncorum radices magis flavescunt, simulque striatæ sunt.

Hortos amant silvestres, naturamque habent magis silvestrem reliquis Limonum arboribus. Amboinenses nullam gerunt curam, ut eam colant vel amputent, licet ab ipsis magis quam a nostra natione æstimetur, atque prope omnes ipsorum pagos occurrat.

Nomen. Latine *Limo Agrestis*, quum agros amet & silvestrem magis habeat naturam reliquis omnibus, alias *Limo Pultarius* vocandus est a Malaicensi *Lemon Papeda:* Macassarensibus dicitur *Paralli.* Amboinensibus *Ussi Lapia*, Ternatensibus *Lemo Jabba* h. e. Limones Amboinenses.

Locus In omnibus fere occurrit Orientalibus insulis a Celebe usque in Amboinam, in Saleyera optimi & maximi sunt fructus, in Java vero & Baleya sunt ignoti.

Usus. Horum Limonum cortices in nullo sunt usu, sed eorum medulla, cujus succo Amboinenses quotidie utuntur pro condimentis & intinctu, ad pultem Papeda ipsis dictam, cujus unumquodque frustum hoc intingitur succo, & sic comeditur, hinc & hi fructus nomen suum sortiti sunt, semper autem aliquid juris piscium vel carnis addendum est, quum alias tormina abdominis causset, unde nostra natio illum non multum adhibet succum, præfertque alios mitiores Limones; Succus hic porro utilis est atque inservit præparationi pretiosissimi pigmenti *Cassombo* dicti, quod conficitur ex siccis Carthami vel Cnici floribus, ad cujus præparationem acerrimi semper requiruntur Limones, uti ex ejus descriptione patet. Hunc in finem Saleyeræ incolæ hosce fructus magna copia venales

XXXVII. HOOFDSTUK.

Wilde Pap-Lemoen.

Dit is eigentlyk een Inlandsch gewasch, en hier veel gemeender dan de voorgaande. De boom wast ook hoger, dan dezelve, met een scheve en boekige stam: De takken staan wat onordentelyk en wilt, de ryskens, en zyn jonge takken zyn over al met scherpe, en styve doornen bezet, zo dat deze boom doornachtiger is, dan eenige andere Lemoen geslagten, en dierhalven is de kruin onbeklimmelyk. De bladeren gelyken ook als van twee op malkanderen gezet, doch het achterste hertje is merkelyk kleinder, dan de andere helft of het voorste deel, maar redelyk breet, en t'zamen vier, of schaars vyf duimen lang, en daar is niet een blaadje zonder doornen, aan de kanten weinig gezaagt. De sweet-gaatjes zyn zo ruim, dat men daar door de lucht kan zien.

De vrucht is van grootte de Lemoen Martin gelyk, doch niet peere-vormig, maar ronder, gladder, en dichter van substantie, doch al mede met gladde bulten, hier en daar bezet, zo dat hy nooit koogel-ront, maar scheef, en ongeschikt werd, anderzints is de schelle effen, en zonder kuiltjes, zeer bleek-geel.

Het binnenste merg is heel wit en zappig, zeer zuur en snydent, en waarom dit zap alleen niet in de kost te gebruiken is, maar wel met ander zap gemengt, de reuk van de schelle is mede Citroenachtig, doch zo lieflyk niet als aan de voorgaande. Den boom heeft een dicht, en hart hout, bleek-geel, als Buksboom; de wortelen aan de oude stammen zyn wat geelder, en daar by ook geadert.

Zy wasschen gaarn in de Bosch-thuinen, en zyn wilder van aart dan andere Lemoenen, de Amboineezen doen ook geen moeite, om hem te snoeyen, of te havenen, hoewel hy van hun meer dan van onze Natie geacht, en ook by alle haer dorpen gevonden werd.

Naam. *In 't Latyn* Limo Agrestis, *om dat hy wilder van aard en aanzien is, dan andere Lemoenen, ofte men moesteze noemen* Limo Pultarius, *naar het Maleytze* Lemon Papeda, *Op Macassers* Paralli, *Op Amboins* Ussi Lapia, *op Ternaats* Lemo Jabba, *dat is Amboinsche Lemoenen.*

Plaats. *Men heeftze meest in alle Oosterze Eilanden van Celebes aan tot in Amboina toe, op Saleyer vallende grootste en schoonste van alle, doch op Java, en Baly zynze onbekent.*

Gebruik. *De schelle van deze Lemoenen is in geen gebruik, maar wel het vlees, welkers zap de Amboineezen dagelyks gebruiken tot sauze, en indopingen, by haar bry padeda, waar van men ieder klontertje in dit zap moet dopen, en dan zo inswelgen, waar van deze vruchten den naam hebben, doch men moet 'er altyd wat vis-sop, of diergelyken by doen, anders maakt het snyding in den buik, en waarom het onze Natie niet veel gebruiken, verkiezende daar toe liever andere sagtere Lemoenen. Voorts is dit sap dienstig en nodig tot het bereyden van de kostelyke purper verwe,* Cassombo *genaamt, dewelke gemaakt werd van droge bloemen des Carthamus of Cincus, waar toe men altyd de scherpste Lemoenen moet hebben, gelyk men in deszelfs beschryving kan zien: En tot dezen einde brengen de Inlanders van Saleyers deze vruchten* in

 Tab. XXVII.

nales adferunt Macassaram, dum ibi magna Cassombæ pars conficitur atque consumitur. Vetustorum truncorum radices a Macassarensibus multum expetuntur ad manubria magnorum cultrorum, & ansas telorum Krissen dictorum, ex iis fabricanda, dum lignum hoc sit solidum atque striatum: Quidam Amboinensium expressum horum fructuum sumunt succum, & supra ignem in testa excoquunt, donec dimidia ejus pars fuerit consumpta, ac reliqua nigrescat, qua Amboinensium variolas illiniunt, si ad suppurationem pervenerint, ad illas citius exsiccandas, hanc autem curam pauci tolerare possunt, quum nimis vellicet.

Hujus speciei alia varietas est *Lemon Carbu* dicta, cujus fructus inter acidos Limones maximus est, ejusque arbor altior est reliquis, multos gerens ramos & amplam comam: Folia cum præcedentis conveniunt foliis, sed plerumque majora sunt, quinque pollices longa, & ultra, in superiore parte magis serrata; inferior eorum seu cordata pars minor est altera dimidia parte, sed admodum lata est, unde hæc folia duplicia itidem apparent, minores gerit spinas quam antecedens, flores sunt iidem. Fructus magnitudinem capitis infantis habent, quidam etiam majores sunt instar capitis viri, non vere rotundi seu sphærici, sed pyriformes, irregulares quodammodo, ac majoribus tuberculis obsiti instar Limonis Papeda, cæterum externe glaber est hic fructus, nec foveolas gerit, atque maturus undique flavescit: Ejus cortex non crassus est, sed solidus, & gravis odoris, sed ingrati, aquam fortem æmulantis, caro interna est alba, acidissima, & corrosiva, unde ob acrimoniam non valet ad cibos, gravique suo odore capiti adversatur ac nocet.

Nomen. Latine *Limo Taurinus* juxta Malaicense *Limon Carbou*, Malaicenses enim omnibus majoribus rebus cognomen tribuunt Tauri vel Elephantis, sicut Græci solent per præpositionem voculæ *Bu*, unde non inepte quis hunc fructum *Bulimonem* dixerit: Macassarensibus dicitur *Lemon Cambar*, id est Limo tumidus. Amboinensibus *Usse Ela Bal*, *Djohoe Carboo*. Ternatensibus *Lemo-Cabi* h. e. Limo hircinus ob gravem ejus odorem.

Locus. Raro in Amboina occurrit, sed frequentior est in Macassara, ac plurimum ibi in plateis plantatur circa ædes ob umbram.

Usus. Horum Limonum succus plurimum est in usu ad arma depuranda, quum rubiginem arrodit tam ferri quam æris, unde quidam hunc fructum *Lemon Padangh* h. e. armorum Limonem vocant. Sique Malaicenses & Macassarenses suos gladios & tela (Krissen) depuraverunt sive hujus succo, sive alia quavis re, dein illa solent cœruleo obducere colore, quod itidem fit horum Limonum succo vel Limonis Nipis, si sublimatus Mercurius fuerit additus, qui ipsis *Warangau* dicitur, unde arma ab ærugine præservantur, sed simul illa venenata reddit. Limones vero optime inserviunt ad machinas ex Cupro confectas depurandas & nitidas reddendas, sive illorum succus solus, sive cum carbonibus fuerit mixtus, quæ dein pura abluuntur aqua, atque ad solem siccantur. Adhiberi quoque potest ad pigmentum Cassomba, licet alios præferant Limones, quum hi meliorem tinctis vestimentis concilient odorem, quam taurina hæc mala. Utrique autem hi memorati fructus molli & mucoso obducuntur gummi, hique & alii acidi Limones a Macassarensibus usurpantur ad suas vestes lavandas, quem in finem majorem succi quam aquæ sumunt partem, hoc autem Regum vestimentis potissimum fit, quum hæc ita lavata melius odorem Moschi, Zibethi, similiumque attrahant atque retineant.

in menigte te koop naar Macassar, dewyl men aldaar veel Cajumba bavent, en bezigt: De wortelen van de oude stammen werden by de Macassaren zeer gezogt, om stelen van bou-messen, en begten tot krissen van te maken, dewyl het een vast bout is, en ook wat gevlamt, zommige Amboineezen nemen het uitgedrukte zap van de vruchten, en kooken het in een pot-scherf over een kool vuur, tot dat de helft geconsumeert is, en 't overige swart wert, waar mede zy dan de Amboinze pokken bestryken, alsze ter degen uitgeslaagen zyn, om te spoediger op te drogen, maar deze kure kan een ider niet verdragen, om dat het te zeer byt.

Van de vorige aart is nog een ander Lemoen, die onder de zuure wel de grootste is, genaamt Lemon Carbou, *en wiens boom grooter werd, dan de andere, met veele takken, en een breede kruin: de bladeren zyn, als aan de voorgaande, maar doorgaans wat grooter, vyf duimen lang, en ook meer, naar vooren toe meer gezaagt, en het achterste hert is wat minder dan de helft, en zeer breet: Weshalven deze bladeren ook dubbelt schynen, by heeft minder doorns, als de voorgaande, en 't bloeizel is als de rest, de vrucht is van grootte als een kints hooft, en zommige ook van een volwassen man, niet regt-ront, maar peers gewyze, wat scheef, en met eenige groote bulten bezet, gelyk de Lemoen Papeda, anders van buiten glat, en zonder kuiltjes, en ryp zynde over al bleek-geel. De schel is niet dik, maar vast, en sterk van reuk, doch niet lieflyk, maar wat na sterk waater trekkende, het binnenste vlees is wit, zeer zuur en scherp, en zulks wegens zyne scherpigheit onbequaan om in de kost te gebruiken, en met haaren onlieflyken reuk vallende ook het hooft beswaarlyk.*

Naam. *In 't Latyn* Limo Taurinus, *Na 't Maleytsche* Limo Carbou, *want de Maleyers plegen alle de grootste dingen in haar geslacht den toenaam van een Osse, ofte Olipbant te geven, gelyk de Grieken gewoon zyn, door de voorzetting* Bu, *waarom ze niet qualyk* Bulimo *genaamt zoude kunnen werden. Op Macassar* Lemon Cambar, *dat is opgeswolle Lemoen: Op 't Amboins* Usse Ela Bal, Djohoe Carboo: *Op 't Ternaats* Lemo Cabi, *dat is Bokke Lemoenen van haare sterke reuk.*

Plaats. *Men vint hem weinig op Amboina, doch meerder op Macassar, en zy werden meest geplant ontrent de huizen op de straaten, om der schaduwe halven.*

Gebruik. *Het zap van deze Lemoenen is meest in gebruik, om de wapenen daar mede schoon te maaken, om dat by 't roest afbyt, zo van yser, als van koper, daarom zommige deze vrucht* Lemon Padangh, *dat is swaart Lemoenen noemen. Item als de Maleyers en Macassaren hare swaarden en krissen schoon gemaakt hebben, het zy met dit zap, of iets anders, zo plegenze dezelve daar na te blaauwen, 't welk insgelyks geschiet met het zap van deze Lemoenen, of Lemoen Nipis, daar wat sublimaat onder gevreven zy, het welk zy lieden* Warangau *noemen, en dat de wapenen voor 't roesten bewaart, maar daar by ook venynig maakt. En inzonderheid zyn de Lemoenen dienstig, om het koper-werk daar mede te schueren, het zy alleen, ofte met houtskolen gemengt, 't welk men daar naar met zuiver water weder afspoelt, en in de Zonne droogt. Men kanze ook gebruiken by 't verwen van de Cassomba, hoewelze andere Lemoenen liever hebben, om dat die een beter geur geven aan de geverfde kleetjes, dan deze Ossen-koppen. Zynde beide de voorgaande vruchten behangen met een weeke en kleverige Gom, en deze, en andere zuure Lemoenen werden by de Macassaren gebruikt om hunne klederen daar mede te wasschen, daar toe meer zap, dan water nemende, doch 't welk meest de Koningen doen, om dat de klederen aldus gewasschen, de perfume beter aannemen.*

EXPLICATIO

Tabulæ Vigesimæ Septimæ,

Quæ exhibet ramum Limonis agrestis, qui *Lemon Papeda*, & *Lemon Carbou* a Rumphio in textu vocatur.

UYTLEGGING

Van de zeven-en-twintigste Plaat,

Dewelke vertoont een tak van de *Velt-Lemoen*, die *Lemon Papeda*, en *Lemon Carbou* van *Rumphius* in de text genaamt werd.

OBSERVATIO.

Lemon Papeda & *Lemon Carbou*, seu *Limo Bubalinus* a *Valent.* in *Amboinæ descript. pag.* 189. quoque commemoratur.

AANMERKINGE.

De *Lemoen Papeda*, en *Lemon Carbou* of *Buffels* Lemoen wert mede by *Valent.* in de *beschryving* van *Amboina pag.* 189. vermeldt.

CAPUT TRIGESIMUM OCTAVUM.

Limo Ferus, Lemon Swangi.

HÆc Limonis species indigena quoque seu Indica est, ac silvestris naturæ. Arbor non admodum crassa est, & humilior proxime antecedente, coma angusta, ramisque rectis, ejus folia sunt similia illis Limonis Papeda, sed paulo longiora & acutiora, sex nempe pollices longa & ultra, anterius parum serrata, in medio autem inter cordatam & superiorem folii partem geniculum est, parumque inflexa sunt; Ejus fructus minor est omnibus præcedentibus Limonibus, Hispanicis similis, sed minor, ab utraque parte acuminatus, quidam pyriformes, alii instar majoris pruni, oviformes, undique verrucis quasi obsiti, obscure virentes & tarde lutescentes, qui color plurimum in iis observatur, qui prope ædes crescunt, ibique coluntur. Caro ejus interna est pauca & granulosa, sed succosa & acidissima, tormina excitans, odor non est ingratus, citrinus, sed debilis, & quasi silvestris. Surculi longas quoque gerunt spinas, sed rami ad folia parvas.

Nomen. Latine *Limo Ferus*; juxta Malaicense *Limoen Swangi*, ob irregularem & deformem ejus figuram. Malaicenses enim cognomen *Swangi* talibus tribuunt rebus, quæ silvestris, feræ, & irregularis sunt formæ, uti plerumque sunt Magi ac Domini, quos *Swangi* proprie vocant; Amboinice *Usse Malumëit*, & *Aussi Wolu* dicitur; Ternatensibus vero *Limo Titigela*.

Locus. In Amboina plurimum invenitur in Amboinensium hortis silvestribus, ut & prope eorum ædes.

Usus. Raro ejus succus usurpatur, excepto quod Amboinenses illum adhibeant ad pultem Papeda, sed plurimum ad pigmentum Cassomba: cum aliis porro medicamentis hic fructus, ejusque cortex & succus coquitur, ut eorum exaltetur vis, præsertim vero amaris inservit potionibus, quæ propinantur ad corpus depurandum, corruptosque corrigendos humores: Cum ejus cortice caput fricatur post lavamen, uti id fit cum *Limone Purrut*, sed cavendum est, ne ejus succus cutim tangat, vel in corpus depluat.

XXXVIII. HOOFTSTUK.

Wilde Lemoen-Boom.

Dit geslagte van Lemoenen is ook regt Inlands of Indiaansch, en wat wild van aart: Den boom is niet zeer dik, en ook lager dan de naast voorgaande, met een smalle kruin, en regte takken, de bladeren zyn als die van Lemon Papeda, doch wat langer, en spitzer, te weten, zes duimen lank, of wat meer, na voren toe mede wat gezaagt, in de midden tusschen het hertje, en het bladt hebbenze een knietje, en staan wat gebogen. De vrucht is kleinder dan alle voorgaande, en de Spaansche Lemoenen wat gelyk, doch veel kleinder, van achter en voren toegespitst, of spits toelopende: Zommige peersgewys, of als een groote eyer-pruime, rondom met vratten bezet, swart-groen van buiten, en langzaam geel werdende, welke coleur men ook wel meest ziet aan die gene, die by de huizen staan, en aldaar wat gebavent werden. Het binnenste merg is klein en korlig, doch sappig, zeer zuur, en snydende, de reuk van de schelle is niet onlieflyk, Citroenachtig, doch wat slap en wild: De jonge scheuten hebben mede lange doorns, maar de takken by de bladeren kleine.

Naam. *In 't Latyn* Limo Ferus, *na 't Maleytsche* Limoen Swangi, *van zyne ongedane figuur: Want de Maleyers de toenaam van Swangi aan zodanige dingen geven, dewelke wild, stuurs, en onsteld, of wanschikkelyk van gedaante zyn, gelyk haar ordinaris vertoonen de Tovenaars en Hexen, die zy eigentlyk Swangiers noemen: Op Amboin* Usse Malumëit, *en* Aussi Wolu, *Op Ternaats* Limo Titigela.

Plaats. *Men vindze in Amboina meest by de Amboineezen in de Bosch-thuinen, en ook by haar huizen.*

Gebruik. *Men gebruikt het sap weinig, behalven de Amboineezen, tot nuttigen van de Papeda, doch wel meest tot het verwen van hun Cassomba-verwe: voorts werd deze vrucht ook gebruikt, zo wel de schelle, als het zap, om by andere Medicamenten te kooken, en hare werking daar door op te wekken, en inzonderheit dientze by bittere Medicamenten, die ingegeven werden om te zuiveren, en de bedorven humeuren te verbeteren: Met de schelle vryft men mede het hooft na 't wassen, gelyk met de* Lemon Purrut, *doch insgelyks toeziende, dat het zap niet op 't lyf en komt.*

EXPLICATIO

Tabulæ Vigesimæ Octavæ,

Quæ exhibet ramum *Limonis Feri*, seu *Lemon Swangi* dicti, qui sub nomine *Lemon Sowangi* in *Valent. Amboinæ descript. pag.* 190 occurrit.

UYTLEGGING

Van de acht-en-twintigste Plaat,

Vertoonende een Tak van de Wilde Lemoen *Lemon Swangi* genaamt, dewelke ook onder de naam van *Lemoen Sowangi* by *Valent.* in de *beschryving* van *Ambon pag.* 190 voorkomt.

CAPUT XXXIX.

CAPUT TRIGESIMUM NONUM.

Limonellus. Limon Nipis.

INter omnes acidos Limones hic vulgatissimus & usitatissimus est, ejus truncus humilior est quam præcedentium, vix ultra crus est crassus, plurimum incurvus, & inflexus, paucis gaudens ramis incurvis & extensis, quique plurimas brevissimas ac spinosas gerunt raches, comamque efformant amplam sed irregularem. Ejus folium minus est quam in ullis antecedentibus, tres circiter pollices longum, parva, sed notabili cordata parte, ad oras leviter serratum, lætiusque viret reliquis Limonum foliis, cuique folio spina jungitur firma, quæ in junioribus surculis longa & gracilis est. Flores sunt prioribus similes, ex quinque albicantibus oblongis petalis, extrorsum reflexis, constructi matutino tempore gratum præbentes ac spargentes odorem, instar illorum *Limonis Martinici.*

Ejus fructus multo minores sunt quam antecedentium, magnitudine Mali Armeniaci, sphærici, sine tuberculis, sed horum loco quidam sulcum gerunt protuberantem, ac plurimum prope pedunculum, seu in inferiore ejus parte, cum paucis quibusdam tuberculis instar verrucarum, primo virides sunt, ac dein Citrini coloris. Ejus cortex tenuissimus est, nec crassitiem culmo majorem habet, interna pars repleta est medulla alba vel virescente, admodum succosa, grate acida, quæ jucundum habet odorem & saporem, ejusque caro atque cortex sapore fere convenit cum Limonibus Hispanicis: Officula seminalia sunt albicantia, rotunda, & oblonga, facileque propullulantia, si terram tangant, vel ei committantur, quidam etiam horum fructuum in tantam excrescunt magnitudinem, quanta est pomorum species, quæ Europæis dicitur *Malum Orthomasticum*, quod gratum spirat odorem, si manibus fricetur vel teneatur. Sin vero illæ arbores non rite colantur, parvos dant fructus ac tuberosos, qui tarde lutescunt, & mucoso quasi gummi obducti sunt: Hæc arbor non amat solum pingue ac fertile, sed quo durius est, lapillis ac ruderibus mistum, eo vegetior & lætior crescit, eoque magis, quo loca Soli sunt melius exposita.

Nomen. Latine *Limonellus* seu *Limo tenuis*, juxta Malaicense *Lemon Nipis* ob tenuem ejus corticem, Ternatense *Lemo Java.* Amboinice *Aussi Pipis.* Macassarice *Lemo Capas*, quum non multo major sit vasculis Gossypii. Bandaice *Usse-Crawo.* Baleyice *Djohoc.* Sinaice *Suyn Cam*, quod nomen generale est cunctorum acidorum Limonum.

Locus. A Java usque in omnes Orientales insulas occurrit, non in silvis, sed ubique prope domos plantata ac diligenter culta. Fructus autem per totum fert annum, sed uno tempore frequentiores altero.

Usus. Horum Limonum succus quotidiano est in usu, quo omne ciborum genus fit acidum, quum omnes Indiæ populi multo magis Limonum succum in cibis suis expetant quam acetum, excepta Lactuca, quibusque hic succus admistus optime sapit & jucundissimus est: Viridem ejus corticem saccharo quoque condire solebant, totumque muria condire fructum, ut omni anni tempore ad manus esset, quod sequenti fit modo. Recentes Limones parum fricantur, donec exterior viridis crusta decidat, dein acutissimo ligni apice punguntur, ut undique foraminulis sint pertusi, tum per tres quatuorve dies in aqua pura macerantur, ut eorum amarities dispareat, dein parum ad solem exsiccantur, ac tandem muria condiuntur, quod in aqua fit marina, quæ sale ita inprægnatur, donec ovum supernatet, sique tali modo in bene obturatis ollis inponantur, per annos integri servari possunt, per mensem autem in muria depositos esse oportet, antequam usui adhiberi possint; Muria hi conditi Limones cum contrito sulphure mixti depurant & exsiccant omne Scabiei genus, ut & prorepentia ulcera, sique sit scabies sicca, loco sulphuris pulvis pyrius sumitur, sique sit nimis acris, admiscetur pauca calcis quan-

XXXIX. HOOFDSTUK.

Liemis-Boom.

ONder alle de zuure Lemoenen is deze de gemeenste en gebruikelykste, de stam is laager dan de voorgaande, niet boven een dye dik, meest krom en gebogen, met weinige kromme en uitgebreide takken, en die vol korte en doornachtige ryskens, makende zo een brede, doch ongeschikte kruin: Het blad is kleinder dan van alle de voorgaande, ongeveer drie duimen lank, met een klein, doch kennelyk hertje, aan de kanten donker gezaagt, en lichter-groen, dan de andere Lemoen-bladeren, staande by ieder bladt een styve, doch aan de jonge scheuten een lange en ranke doorn: Het bloeizel is gelyk aan alle andere, en uit vyf lankachtige witte blaadjes gemaakt, allegaar uitwaarts overgebogen, en in de morgenstonden wat liefelyk riekende, gelyk ook die van Limon Martyn.

De vruchten zyn mede kleinder dan alle de voorgaande, van grootte als de Apricosen, regt kogel-rond, en zonder knobbels, maar in plaats van dezelve hebben zommige een stuk van een uitstekende naad, meest, of by den steel, of aan 't onderste met eenige lage bobbeltjes, als vratten: Eerst groen, en daar na regt Citroen-geel. Deze schelle is zeer dun, en van dikte niet meer als een stroo-balm, het binnenste is uitgevult, of opgevult met een wit, of groenachtig, en zeer zappig merg, aangenaam zuur, en van een goeden geur, komende het vlees en de schelle ten naasten by in smaak, met de Spaansche overeen: De zaatkorrels van binnen zyn wit, rond, en langwerpig, ook licht opschietende, alsze op de aarde raken, en zommige dezer vruchten werden zo groot, als een slag van ronde Appelen, in Europa Malum Orthomasticum *genaamt, een goede reuk van zig gevende, als menze wat in de hande wryft of draait: Maar als de bomen niet wel gehavent werden, dan dragenze kleine knobbelige vruchten, die langzaam geel werden, en met een kleverige Gom behangen zyn. Dezen boom vraagt na geen goede vette grond, maar hoe harder die is, met steen en puin gemengt, hoe weeldriger hy wast, en dat noch beter in plaatzen, die wel ter Zonne staan.*

Naam. *In 't Latyn* Limonellus, *of* Limo Tenuis, *naar 't Malytze* Lemon Nipis, *van wegens hare dunne schelle: Op Ternaats* Lemo Java; *Op Amboins* Aussi Pipis, *op Macassar* Lemo Capas, *om datze niet veel grooter is, als de bollen van Cattoen; Op Banda* Usse Crawo: *Op Baleys* Djohoe: *Op Sinees* Suyn-cam, *zynde een generale naam van alle zuure Lemoenen.*

Plaats. *Men vindze van Java af, in en door alle de Ooster Eilanden niet in 't wild, maar over al by de huizen geplant, en naarstig gehavend wordende: En men heeft de vruchten meest het geheele jaar door, doch de eene tyd meer, en de andere minder.*

Gebruik. *Het zap van deze Lemoenen is in een dagelyks gebruik, om alderhande kost daar mede zuur te maken, vermits alle Indische Natiën veel liever Lemoenzap over hun kost hebben, dan eenige Azyn (behalven op Salade) en waar onder dit zap het smakelykste is: de groene schelle plagt men ook in zuiker te confyten, om dat menze ten allen tyden in huis zoude konnen hebben, en 't welk aldus geschiet. De versche Lemoenen vryft men eerst een weinig, tot dat 'er even de buitenste groenigheit afgaat, daar na pikkeert menze met een spits houtje vol gaten, en weektze drie of vier dagen in versch water, op dat de bitterheit daar uit kome te trekken, dan droogt menze weder in de Zon, en legtze ten laatsten in peekel, nemende daar toe Zee-water, dat men met zout zo dik maakt, tot dat 'er een Ey op dryve, en aldus in wel gesloten potten gedaan, kan menze jaar en dagen goet houden, doch zy moeten een maant in peekel gelegen hebben, eer menze besigen kan. Deze gepekelde Lemoenen met gevreven Swavel gemengt, zuiveren en droogen op alderhande schurft, en voortkruipende zweeren, en als het een droge schurft is, neemt men in plaats van Swavel, Buskruit, en als zulks te scherp valt, zo doet men wat kalk daar onder, want twee scherpe dingen verdoven malkander*

quantitas, bina enim acria sese mitigant, uti in calcis & Siri masticatione id experimur.

Ad obducenda arma cœruleo colore, uti tela Krissen dicta, & gladios, nulli meliores sunt Limones hisce, suntque meliores Limone Papeda & Lemone Carbou, quibus non utuntur nisi illorum defectu, in istorum enim succo mucosum aliquid observatur, quod Mercurius sublimatus vel Varinga admistus melius retinet, ipsique adhæret. Si arma hæc aliis quibusdam rebus sint depurata & polita, tum obliniuntur, uti *cap.* 37. indicatum fuit, præparato hocce succo, unde statim ex cœruleo nigrescunt, quæque siccata panno oleo intincto leniter detergentur, atque deponuntur.

Depurata arma obliniunt simplici quoque succo Limonum acidorum, quum inde cœrulescant, sed panno tali oleoso sæpius detergenda sunt: Et licet in Europa docetur, Citros ibi omni resistere veneno, contrarium nos docent Indi, plurima nempe, non autem omnia, venena Limonum succo excitari, uti id constat ex armis istis cœruleo colore obductis, & quam maxime vetant hujus succi usum illis, qui aliquod assumserunt venenum, præsertim quum hocce succo in actum deducatur.

Sin octo decemve horum Limonum dissecentur, horumque succus in pura exprimatur sartagine, & per noctem vel octo horas cum dimidia aquæ parte digeratur, optimum acquirimus Collyrium, quo tenebricosi lavandi sunt oculi, si externe obducti sint mucosa nubecula, quæ visum inpedit vel infestat: Si hi Limones maturi manibus decerpantur, funiculis alligati suspendantur, vel tali deponantur modo, ut se invicem non tangant, diutissime in itineribus marinis servari possunt integri.

Mense Decembri anni 1677 mihi ostendebatur Limonis Nipis junior ramus, cujus binæ inferiores spinæ in apice capitula gerebant florum, quos hæ arbores gerunt, horum unus jam erat apertus, quum vero amputatus hic ramus per noctem aquæ fuisset inpositus, utraque decidebant capitula, acsi fuissent modo adnexa.

Cum foliis manus fricantur, si pinguedo aliqua vel pisces illas conspurcaverint, ut illorum odor ingratus tollatur, hæc enim folia contrita præ aliis Citrinum spargunt odorem, qui in aliis Limonum foliis sulphureus magis est.

Usus. Cruda tantum comeduntur & cum tragematibus mensis inponuntur, quum cortex exterior cultro sit abscissus, ejus caro non transversaliter, sed oblique in fragmenta dissecanda est, internaque gleba in totum servatur, quantum fieri potest, quum plurimum constet ex variis simplicibus & majoribus officulis, arctissime sibi inpositis: Chinenses hæc concedunt aurantia plurimis ægris ad ventriculum refocillandum & appetitum excitandum, quum nullam habeant vinosam acrimoniam ac præcedentia, ac non ita sudores excitent. Monendum tamen hic est, hæc mala post prandium, si ventriculus vario ciborum genere, ac præsertim lacte fuerit repletus, non nimis avide esse devoranda, hæc enim tum assumpta, cholericum fluxum sæpe caussarent, uti expertus hoc fui in tota familia nobilissimæ domus, quæ solebat post lactis usum hæc comedere mala.

XLIII. HOOFDSTUK.

Zoete Oranje-Appelboom.

ONder alle Lemoenen geslagten is dezen boom wel de boogste van stam en kruin, doch de takken staan zo regt niet als aan de voorgaande: De jonge boomen hebben weinige doorns, en aan de oude ziet men 'er geen of slegts eenige overblyfzels aan de ryskens; doch die niet en steken: De bladeren zyn de vorige gelyk, of ook wel wat grooter, ruim 5. duimen lank, en drie vingers breet, van vooren met een spits, en aldaar weinig getand. Het hertje is mede klein, en pas kennelyk, inzonderheit aan de volwassene bomen; want aan de jonge is het wel lang en smal; doch evenwel kennelyker: De reuk is wat slapper dan aan de voorige, en het bloeizel bestaat mede uit vyf lankachtige witte blaadjes, achterwaarts overgebogen wat groter dan de voorgaande, behalven die van de Pompelmoes, dewelke zy in lieffelykheit van reuk ook wel het naaste komen.

De vruchten zyn ook grooter dan de voorgaande Aurantia, en bykans twee vuisten uitmakende, regt rond, doch met verscheiden grote, en harde vratten: als bloet-vinnen bezet, zo swart-groen niet als de vorige, maar wat lichter; De schelle die ook zo swaar en swavelig niet is als de vorige, hangt of zit zo vast aan 't binnenste vlees, dat menze daar niet aftrekken, maar met een mes afschellen moet: Het vlees is ook wel met verscheide, doch enkelde velletjes van malkander gescheiden, maar men kan het geensints in sneetjes of deeltjes van malkander trekken, gelyk de Oranje-Appels, voorts is het ook zo rood-geel niet als dat van de voorige, maar ligt-geel, half doorschynend, ook zoeter, en zappiger dan de vorigen, en waaromze by veele dezelve voorgetrokken of beter geacht worden: want deze zoetigheit is met geen merkelyke wynachtigheit gemengt, maar wat laffer, en meer na den smaak van de zoete kerssen trekkende.

De Zaad-korrels zyn vele en grooter dan de vorige, makende in 't binnenste van de vrucht geen holligheit. De Amboineezen havenen of cultiveren deze vrucht gantsch niet, om datze het koude gebergte niet wel verdragen konnen, maar willen een mulle, en swarte grond hebben, met wat zant gemengt, en wel ter Zonne staan, gelyk men in de Negoryen omtrent de Huizen hebben kan: Hy werd van de Europiaanen meer geplant, dan de vorige, om dat hy haastiger opschiet, en vroeg draagt, ook doorgaans vruchtbaarder is, dan de voorgaande.

Naam. *In 't Latyn* Aurantium Verrucosum, *in 't Duits Zoete Appelen, na 't Maleyts* Lemoen Manis Besaar, *doch sommige Amboineezen noemenze* Lemon Tsjina, *om datze van de Sineezen, alhier woonachtig, meest gehavend werden, op Ternaats* Siricaya: *in Sina zynze tweederlei.* 1. *De gemeene en hier te Land bekende hieten* Bit Cam, *dat is Honing-Lemoen.* 2. Seng-Cam, *en deze zyn tweemaal grooter dan de gemeene, doch niet zo zoet.*

Plaats. *Men vind deze zoorte zo gemeen niet dan de voorgaande; wantze zyn door de Sineezen, en andere vreemdelingen van elders eerst op deze Eilanden overgebragt.*

Gebruik. *Zy werden mede alleenlyk rauw gegeten, en onder het banket-werk opgezet, de buitenste schelle met een mes afgeschelt zynde, zoo moet men het vleys niet dwers, maar in schuinze stukken snyden, latende de binnenste klomp zoo veel geheel, als men kan, om dat hy meest bestaat uit enkelde groote korrels, digt op malkander gepakt: De Chinezen laten deeze Limoenen toe in meest alle ziekten, om de mage te ververschen, en appetyt te verwekken, om datze geen wynachtige scherpigheidt by hun hebben als de vorige, en minder het sweeten veroorzaken. Echter moet ik hier nog een waarschouwing byvoegen, namentlyk dat men deze Appelen na den eeten, als men 't lyf met veelderley lekkere kost, inzonderheit met melk-spyze opgevult heeft, niet te gulzig moet inswelgen, want deze Lemoenen daar op komende, zomtyds wel het bord veroorzaken, gelyk ik ervaaren heb aan een geheele Familie van een voornaam huis, die het in gewoonte hadden, na de melk deze Appelen te eeten.*

In *Banda* alia reperitur species, quæ dulciores gerit fructus quam præcedens, ejusque mala ubique talibus obsita sunt verrucis, & caro ejus interna est alba, & penitus dulcis, quum sit matura, immo dulcior Batavicis, ibique vocatur *Limon Pouleron*, licet quoque in *Plo Ay* occurrat.

In *Madura* quoque dulcium Limonum species invenitur, quæ omnium minima est, immo minor Limone Nipis cortice tenui, nec amaro, ejusque caro interna plurimis constat granulis mollibus, optimeque inservit condito, quem in finem usurpatur a Chinensibus *Griesseckam* inhabitantibus, quæ e regione Maduræ est sita.

Nomen. Latine *Aurantium Pumilum Madurense.* Malaice *Lemon Suassi* & *Lemon Colte.*

Ut rami omnium Limonum specierum tali modo deponantur & transplantentur, ut intra paucos menses fructus gerant, eligendi sunt vetustarum arborum tales rami, qui flores fere vel gemmas emittunt, hi lapide feriendi sunt per palmæ latitudinem a trunco, donec cortex leniter sit contusus, ubi pingui ac prægnanti terra obducendi sunt, quæ, ne decidat, Bambosæ folio fisso vel alia textura est obvolvenda, talis autem ramus per quinque vel sex septimanas sibi relinquendus est, donec putes contusum hunc corticem radiculas in terram emisisse: Dein dissecetur sub fisso Bambosæ folio vel integumento, & transplantetur tali modo in cista bona & prægnanti terra repleta, eodem adhuc mense completos dabit fructus, sed non pluries nisi semel vel bis, dein enim perit, si vero fertili committatur solo, in perfectam excrescit arborem, qui vulgaris, sed simul proficuus est mos Cinensibus Bataviam inhabitantibus, qui certos sibi locant hortos, vel aliquam terræ partem pro quadam annorum serie, & hac arte efficiunt, ut mox fructus conquirant; cæterum ut vetustæ arbores sint fertiles, plurimi ipsarum rami amputantur, clavusque ingens per truncum transfigitur, quod idem fieri potest & conducit arboribus *Nanca* & *Bonga Tanjong.*

EXPLICATIO

Tabulæ Trigesimæ Quintæ,

Quæ exhibet ramum *Aurantii dulcis* verrucosi, Litt. A.

B. Ejus *fructum* denotat.
C. *Ramum* sistit, qui *uno* ex *pedunculo duodecim* simul *maturos* produxit *fructus* quasi racemosos, atque hic ramus ex Laricque transmissus fuit.

OBSERVATIO.

Videtur hæc illa species esse, seu saltem ejus varietas, quæ a *Ferrar. in Hesper.* 395. *Aurantium stellatum & roseum* vocatur.

In Banda *heeft men noch een ander slag en zoeter Appels dan de vorige, overal met diergelyke vratten bezet, het vleys van binnen is wit, en geheel zoet, als 't ryp is, ja zoeter als de Batavische, men noemtze aldaar* Limon Pouleron, *alhoewel menze ook op* Plo Ay *vint.*

Op Madura *valt mede een zoort van zoete Lemoenen, zynde wel de alderkleinste van alle, ja kleinder dan een Lemoen Nipis, met een dunne schelle, die ook niet zeer bitter is, en het binnenste vlees steekt vol kleine en weeke korreltjes, zeer gebruikelyk tot confyten, te weten by de Sinezen woonende op* Griesseeck, *het welk tegen Madura overleit.*

Naam. *In 't Latyn* Aurantium Pumilum Madurense, *op 't Maleyts* Lemon Suassi, *en* Lemon Colte.

Om nu de takken van alderbande Lemoen-bomen zodanig af te zetten en te verplanten, datze in weinig maanden vruchten dragen, zo verkiest aan de oude bomen eenige takken, die ten naasten by botten, ofte bloeizel willen dragen, klopt die met een steen, omtrent een hand breet van den stam, tot dat de schorsse sagtjes gekneust werde, en beslaat of omvangt hem aldaar met goede vette aarde, dezelve dan bezorgende met een gespleeten Bamboes, of eenig baairig goet, op dat de aarde daar niet afvalle, en laat dezen tak aldus 5. of 6. weken staan, tot dat gy gist dat de gekneusde schorsse worteltjes in de aarde geschoten heeft: Zaagt hem als dan af, kort achter de gespleten Bamboes of het bewindzel, en plant hem zo in een kist vol goede aarde, zo zal hy in dezelve maand volkomen vruchten dragen, doch niet meer als een of tweemaal: Want daar na gaat hy uit, maar als menze op een goet land plant, zo wordenze volkomene bomen, een gemeene en profytelyke konst voor de Sineezen op Batavia woonachtig, dewelke eenige landeryen of thuynen maar voor eenige jaren hueren, en door deze kunst maken, datze straks vruchten daar van hebben konnen, anderśints om de oude boomen vruchtbaar te maken, zo kapt men zomtyds de meeste takken daar uit, en slaat een groote yzere spyker in den stam, het welk men ook doen kan, aan de Nanca, *en* Bonga Tanjong-*bomen.*

UYTLEGGING

Van de vyf-en-dertigste Plaat,

Dewelke vertoont een *Tak* van een zoete *Oranje*-of *Lemoen-Boom* met Lett. A.

B. Wyst aan *dezelfs vrucht.*
C. Verbeeldt een *Tak* van deze boom, die in een Tros *twaalf volkome rype vruchten* gedraagen heeft, en van *Laricque* gezonden is.

AANMERKINGE.

Deze schynt die zoort of ten minsten die verandering te zyn, die van *Ferrar.* in zyn *Hesperid.* 395. genaamt wert de *Aurantium stellatum & roseum.*

C
B
A

CAPUT QUADRAGESIMUM QUARTUM.

Malum Indicum. Vidara.

HÆc arbuscula in Amboina est exotica, & ante paucos modo annos ibi deducta, fructusque jam incipit optime producere, non tam alte vero excrescit ac in Occidentalibus regionibus, arbuscula enim hic tantum est, incurvo & obliquo stipite, non ultra crus crasso, qui in plurimos dividitur ramos, comamque format densam.

Ramorum cortex est glaber, ex flavo ruffescens, in stipite vero scaber est & fissus, digitum crassus: Lignum est durum & nodosum. Folia cum mali foliis conveniunt, sed minora sunt & rotundiora, binos vel binos cum dimidio pollices longa, paulo minus lata, superius obtusa, apice quasi confracto, acsi hic abscissus vel abrasus foret, tribus obliquis nervis pertexta, qui prope petiolum concurrunt, & quasdam laterales costas habent, ad oras vero tenuiter serrata sunt, inferius mollia & albicantia instar Salviæ, saporis mucosi cum levi amaritie, fere instar Althææ, cum qua odor etiam convenit; Ore manducata vel manibus in aqua contrita spumam dant instar Saponis, sed sine acrimonia, solitaria autem in rotundis & firmis locantur ramulis, & ad singulorum ortum una alterave brevis conspicitur spinula, nunc recta, plurimum incurva instar Rosæ Caninæ retroflexa, quæ in inferioribus etiam ramis apparet, ubi folia jam fuere prolapsa. In junioribus arbusculis longitudinem Limonum spirarum obtinent, in adultioribus vero breviores sunt hæ spinæ, ac plurimum decidunt.

Flores ex foliorum alis progerminant plures simul brevibus insidentes petiolis, qui primo grisea exhibent capitula, quæ dein sese aperiunt in flores stellatos seu rosaceos, ex quinque albicantibus petalis constantes cum brevibus quibusdam staminibus, inodori; Fructus bini ternive simul dependent forma Ovorum Columbinorum vel paulo majores, inferius plani & foveola inpressi, in qua pedunculus infigitur, ipsique adhæret, inmaturi optime referunt semi-completas Olivas, quidam vero sunt oblongi, alii subrotundi instar parvorum prunorum, externe viridis coloris instar pomorum, tandem vero flavescunt, tenui pellicula obducti sunt, instar nostrorum Europæorum Malorum. Sub hac duriuscula, sed succosa reconditur caro, quæ in Amboina nunquam satis dulcis est, sed austera instar Prunellorum, odoremque habet oleosum, in ejus centro officulum durum invenitur non striatum, sed granulatum vel rugosum, quodque plerumque liberum est, nec circumjectæ carni adhæret: Hi fructus aliis in regionibus multo sunt elegantiores & majores quam in Amboina, immo in ipsi vicinis Celebe & Baleya, ubi arbor magnitudinem Limonii acquirit, fructus vero est tam magnus & rotundus ac minor Limo Nipis, si maturus, flavescit, saporem habens dulciorem & succosiorem Amboinensi, cum parva tamen adstrictione. Optimus censetur Bengalensis, Aracensis, & qui in provincia Patina, in superiore Ganges fluvii parte sita, crescit; licet Portugallici scriptores optimos dicant Balaguattenses, quique circa Malaccam crescunt, ibi enim tam magni sunt acsi mediocre esset pomum, succosi ibi quoque sunt, vinosi, ac dulcis saporis. Hic in Amboina lente suos producunt fructus, ac binas habui arbores semper florentes, nunquam vero fructus gerentes usque in octavum annum, quum cædebantur, postea vero ab aliis hominibus per nova & exotica semina aliæ propagatæ fuere arbores, quæ quarto jam anno copiosos dabant fructus, sed multo viliores ac minores quam in illis regionibus, in quibus indigenæ sunt, mense Decembri florentes, fructusque maturos Martio & Aprili mensibus exhibentes.

Christoph. a Costa Cap. 51. scribit, hasce arbores istis in regionibus calidissimis mensibus continuo per volantes formicas quasi inhabitari, quæ in ipsarum ramis Gummi Laccam præparant, quo gummi hi rami penitus sunt obducti.

Nomen. Latine *Malum Indicum* juxta Portugallicum *Man-*

XLIV. HOOFTSTUK.

Indische Appel-Boom.

DIt boompje is in Amboina uitlands, en eerst voor weinige jaaren aldaar aangebragt, doch begint nu wel te dragen, maar is in lang zo groot niet als in de Westersche Landen; want het blyft maar een klein boompje, met een kromme scheve stam, niet boven een dye dik, en die zig echter in vele takken verdeelt, midsgaders daar mede een digte kruin maakt.

De schorsse van de takken is effen, en uit den gelen ros, maar aan de stam isze zeer ruig gespleten, en wel een vinger dik: Het hout is hart en quastig. De bladeren gelyk die van den Appel-boom, doch eenigsints kleinder, en ronder, 2. en 2½. duimen lank, en wat minder breet, van voren met een stompe en gebrokene spits, als ofze afgesneden of afgevreeten waren, met drie schuinse senuwen doortrokken, die achter by den steel t'zamen stoten, en noch eenige ribbetjes, aan de kanten klein en fyn gezaagt, van onderen zagt, en witachtig als Salie, van smaak smerig, met een kleine bitterheit, bykans als Althæa, *waar mede den reuk ook overeenkomt, in den mond gekaaut, of met de handen in water gevreven zynde zo schuimenze als Zeep, doch zonder scherpigheit, zy staan enkel aan ronde en styve takjes, en by ieder oorspronk een of twee korte en styve doorentjes, zommige regt, doch de meeste krom, en als de Rosa Canina achterwaarts gebogen, dewelke men nog ziet aan 't achterste der takken, daar de bladeren al afgevallen zyn: Aan de jonge boompjes zynze zo lang als Lemoen-doornen, maar aan de oude werdenze korter, en vallen meest af.*

Het bloeizel komt voort uit den schoot der bladeren, vele by malkanderen, op korte steeltjes, zynde eerst gryze knopjes, die daar na kleine gesternde bloempjes werden, uit vyf witte blaadjes bestaande, met eenige korte draatjes, zonder reuk, de vruchten hangen twee of drie by malkander, in de gedaante van Duiven eyren: of een weinig grooter: van achteren wat plat, en met een kuiltje, daar den steel in staat of aan vast is, onryp zynde, gelykenze zeer wel halfwassen Olyven, zommige blyven lankwerpig, en zommige werden wat rond, als kleine pruimen, van buiten Appel-groen, en ten laatsten lichtgeel, met een dun velletje bekleet, gelyk onze Europiesse Appelen: Daar onder leid een hardachtig doch zappig vlees, hier in Amboina noit volkomen zoet, maar wrang, gelyk sleen, daar by wat Olyachtig van reuk, van binnen in leid een harden steen, gelyk een Olyven steen, niet gestreept, maar gegranuleert of gerimpelt, en die van 't omleggende vlees gemenelyk los is, deze vruchten vallen in andere Landen veel schoonder en groter; dan in Amboina, ja, zelfs op het naburige Celebes en Baly, daar den boom zo groot werd als een Lemoen-boom, en de vrucht by na zo groot en rond als een kleine Lemoen Nipis, licht-geel in de rypheit, van smaak veel zoeter en zappiger, dan de Amboinse, doch noch al met een kleine zamentrekking: De alderbeste acht men te groeyen in Bengale, Aracan, *en in de Provincie* Patna, *boven aan de Riviere* Ganges *gelegen, hoewel de Portugeese Schryvers den prys geven aan die van* Balaguatte, *en die ontrent Malacca wassen, want zy werden aldaar zo groot, als een middelmatig appeltje, ook zappig en wynachtig zoet; Hier in Amboina dragenze langzaam, en wy hebben alhier 2. bomen gehad, wat kleinder dan de voorgaande, en altyd bloeyende, maar geen vruchten dragende, tot in 't achtste jaar toe, wanneerze omgekapt wierden, daar na zynder door andere luiden, van vreemt zaat weder aangequeekt, die in 't derde jaar overvloedig vruchten droegen, doch veel slegter en kleinder dan in de Landen, daarze van daan quamen, bloeiende in de mand December, en rypende in Maart en April.*

Christoph. a Costa, Cap. 51. *schryft dat men in die voornoemde Landen dezen boom in de hete Mousson gedurig ziet beladen met een slag van vliegende Mieren, die op deszelfs takken het* Gummilacca *prepareren, en dat men het zelve daar ziet omhangen.*

Naam. *In 't Latyn* Malum Indicum: *Na 't Portugeesche*

Manſana vel *Maſſana da India* Acoſtæ, uti & in India quoque dicitur *Veteri*, & juxta illum ſcriptorem *Ber* & *Bor*. Malaice *Vidara*, vocaturque in Macaſſara ac porro in hiſce adjacentibus inſulis *Balis Buckol*.

Locus. Plurimum occurrit hæc arbuſcula per totam veterem Indiam, ac porro in Bengala, Aracana, & Malacca usque in Javam & Baleyam, unde tranſlata eſt in Celebem & Moluccos, hic vero & in Banda raro reperitur multumque degenerata.

Uſus. Fructus hi crudi comeduntur, magno cum appetitu in iis regionibus, in quibus indigeni ſunt, proximeque accedunt Europæorum malis tam odore quam ſapore, hic autem loci parum æſtimantur ob eorum acerbitatem, & ab omnibus ſcriptoribus pro Jujubæ ſpecie ſeu Zizyphi habentur, plurimum ob formam, ſed viribus maxime differunt: Hi enim auſteri fructus non proſunt pectori ad illud depurandum & liberius reddendum, ſic neque exſiccari poſſunt, vel in alias transmitti regiones, uti iſtæ Jujubæ: nihilominus tamen quidam nos docent Malaicenſes Amboinam inhabitantes, ſemi-maturos hos fructus comeſtos conducere pectori ad depurationem ejusque Aſthma, ut & ad ventriculum corroborandum, ſitimque ſedandam, quod ulterius indagari poteſt ab iis, qui hoc deſiderant: Ego aliique mecum comperti ſumus pectoris oppreſſionem cauſſare, & ſtomachum aggravare, quod tamen ſine præjudicio de Orientali Vidara dictum eſt. Folia in aqua contrita ſpumam excitant, qua caput lavatur & corpus in febribus ardentibus & Cephalalgia.

Hujus arboris radix, quæ externe ex ruffo flaveſcit, quam maxime convenit cum Ligno Colubrino, unde & quidam putarunt ejusdem eſſe generis, licet in hac radice parva tantum obſervetur amarities, & maxime in ejus cortice, cum notabili adſtrictione, quæ in Colubrino ligno non obſervatur: Radices ſupra memoratarum ſterilium arborum amaritiem inſuper præbebant notabilem, quæ in frugiferis hodiernis non detegitur.

Hujus radicis cortex cum pauxillo *Putsjock*, *Pulæſari*, & toſta Cepa contritus & hauſtus doloriſicum curat ſanguinis mictum; Baleyenſes duro utuntur ligno ad manubria *Parrangs* ſeu majorum cultrorum, ſecurium, ſimiliumque inſtrumentorum.

Anno 1673 Vidaræ ſemen ex Batavia in Amboinam fuit transmiſſum, quod ſexto demum anno excreverat in arborem craſſitiei & magnitudinis Limonii, quæ corticem habebat profunde fiſſum, quo Baleyenſes in decocto utuntur ad omnes Diarrhæas.

Ejus fructus paulo majores erant vulgaribus hujus regionis, minusque auſteri, ac melioris ſaporis: Foliorum ſuccum cum pauxillo aquæ contritum & expreſſum propinant quoque in febribus ad ardorem ſitimque exſtinguendam.

Iis in regionibus, in quibus hæ arbores ſunt copioſæ, ſolebant folia hæc cum aqua contrita adhibere ad cadavera abluenda.

In Timora, aliisque locis duplex hujus Vidaræ occurrit ſpecies, cujus una ſpecies majores & dulces præbet fructus, altera vero minores & auſteros, uti Amboinenſes, utrique in mediocribus creſcunt arboribus inſtar Limonum, quæque truncos gerunt incurvos.

In Java altera quoque occurrit ſpecies, quæ ibi *Vidara Puti* vocatur, plurimum ſilveſtris, & circa litus creſcens, ſed raro fructus gerens, cujus folia ſubtus magis albicant, quam vulgaris; optimi vero habentur hujus arboris fructus, qui in Malacca creſcunt. Craſſæ ejus radices multum ad uſum Medicum expetuntur, quæ notabilem habent amaritiem, ita ut pro Ligno Colubrino debiliori haberentur, cum quadam tamen adſtrictione Vidaræ propria. Multum aſſumuntur contritæ ad febrium ardorem reſtinguendum, ventriculum corroborandum, ac bilioſos vomitus ſiſtendos.

In vulgaris Vidaræ foliis quibusdam in annis ac plurimum menſe Februario talia obſervantur crania, qualia ſupra deſcripta ſunt *Capite* 33 de Granato.

geeſche Manſana *of* Maſſana da India, *uit gemelde* a Coſta, *gelykze ook mede in India hiet* Veteri, *en na dezelve Schryver* Ber, *en* Bor: *Op 't Maleyts* Vidaro, *werdende ook op Macaſſar, en voorts door deze omleggende Eilanden genaamt* Balis Buckol.

Plaats, *Men vindze meeſt door gants oud-Indiën, en voorts door Bengalen, Aracan, en Malacca, tot op Java en Baly, van waar hy gebragt is na Celebes, en de Moluccos, maar weinig vind men hem alhier, of in Banda, en als gezegt, van de originele veel ontaardende.*

Gebruik. *Deze vruchten werden raauw gegeten, en dat met groten luſt, ter plaatzen, daar zy origineel zyn; komende de Europiſche Appelen in reuk en ſmaak naaſt by: Maar hier te Lande werdenze weinig geacht, om hare vrangigheit: En van alle de Schryvers voor een aart van de* Jujuben, *In 't Latyn* Zizyphus *gehouden: Meeſt wegens haare gedaante, maar in kragt merkelyk daar van verſchillende: Want in deze vrange vruchten vind men geen bate voor de borſt, om die te zuiveren en ruim te maken, zo kan menze ook niet drogen en verzenden, gelyk dezelve Jujuben, doch niet te min, zo leeren ons zommige Maleyers hier in Amboina, dat de half-rype vruchten gegeten goet zouden zyn, om de borſt te zuiveren, en ook voor een korten aaſſem, als mede datze de mage zouden verſterken, en den dorſt verſlaan, 't welk onderzoeken mag die gene, die het luſt. Ik, en andere met my, hebben bevonden, datze de borſt benauwen, en de mage drukken, het welk nogtans zonder vooroordeel van de Ooſterſe* Vidara *geſproken zy: De bladeren in water gevreven, doen het zelve ſchuimen, en daar mede waſcht men het hooft en lyf, als men koortzen en brand heeft.*

De wortel van deze boom, zynde van buiten ros-geel, heeft groote gelykeniſſe met het ſlangen-hout; en waarom men ook geſuſtineert heeft, datze van eenderley geſlagt waren, hoewel men aan deze wortel maar een kleine bitterheit gevoelt, en die meeſt in de ſchorſſe met een merkelyke zamentrekking, die in 't ſlangen-hout niet is. De wortelen van de bovengemelde onvruchtbare boomen hadden nog een merkelyker bitterheit, maar in de vruchtdragende, die men nu heeft, kan menze qualyk proeven.

De ſchorſſe dezer wortel met een weinig Putſiock, Pulæſari, *en een gebraden Ajuin gevreven, en gedronken, geneeſt het pynlykſte en bloedige piſſen. De Baleyers gebruiken het harde hout tot ſtelen van hun Parrangs, of houmeſſen en beitels, en ander timmer gereetſchap.*

Ao. 1673. *Is van Batavia het Zaad van* Vidara *in Amboina gebragt, 't welk in 't 6de jaar een boom was, zo groot en dik als een Lemoen-boom, met een groote geſpletene ſchorſſe, die de Baleyers gebruiken tot decoctie tegens alderhande buikloop.*

De vruchten waren een weinig grooter dan de gemeene hier te Lande, minder vrang, en wat beter van ſmaak: Het zap van de bladeren met een weinig water gevreven, en uitgeperſt, gevenze ook binnens lyfs te drinken, om den brand van de koortzen te verminderen.

In de Landen, daar deze boomkens veel zyn, plagt men deze bladeren in water gevreven te gebruiken, om daar mede de doode lichaamen te waſſen.

Op Timor, en andere plaatzen heeft men tweederlei Vidara, *de eerſte en grootſte is zoet, de tweede is kleinder en vrang, gelyk de Amboinſche, beide groeiende aan middelbare boomen, gelyk Lemoen-boomen, en die krom van ſtam zyn.*

Nog heeft men op Java een zoorte, die men aldaar Vidara Puti *noemt, meeſt in 't wild, en omtrent het ſtrand groeyende, doch weinig vruchten dragende, en welkers bladeren van onderen witter zyn, dan van de gemeene, werdende voor de beſte gehouden de gene, die op Malacca waſſen, de dikke wortelen worden veel gezogt tot de Medicyne, want ze hebben een merkelyke bitterheit, zo dat menze voor ſlangen-hout zoude achten of aanzien, dog met een zamentrekking, de Vidara eigen. Zy werden veel gevreven, en ingenomen, om den brand van de koortze te verminderen, de mage te ſterken, en het galachtige braaken te beletten.*

Op de gemeene Vidara *hare bladeren werden in zommige jaren en meeſt in February diergelyke doods-hoofden gevonden, als hier boven,* Cap. 33. *van de Granaten is gezegt.*

EXPLI- UYT-

A
A
B

EXPLICATIO

Tabulæ Trigesimæ Sextæ,

Quæ exhibet ramum *Jujubæ* Indicæ, quæ *Vidara Rumphio* vocatur.
A. Ejus *fructum* denotat.
B. *Fructus Ossiculum.*

OBSERVATIO.

Arbores hasce ad *Jujubas* seu *Zizyphos* pertinere non tantum ex floribus & fructibus, sed ex toto ejus habitu spinoso ac foliatura solitaria & alterna facile constat, estque Jujuba Indica rotundifolia spinosa, foliis majoribus subtus lanuginosis & incanis *Breyn. Prodr.* 2. *p.* 60. & in nova filii editione *p.* 74. ubi recte in notis adnotatur, quod non sit eadem planta, quam in *Thes. Zeyl. Tab.* 61. exhibui, ut ibi *p.* 131. etiam monueram. quodque figura *H. Malab.* neutiquam cum nostra, sed descriptio melius cum ipsa conveniat ejusque varietas seu altera species sit habenda, quæque confunditur vulgo cum Zizypho Indica argentea Caryophylli aromatici flore *Hermanni*, quam in *eodem Thes. Tab.* 39. exhibui, uti latius id ibi *p.* 92 notavi, & in *Commel. Flor. Malab.* ut & in *H. Malab.* notis, & ab aliis male conjunguntur. Cæterum hæc arbor hic descripta a *Dale in Pharmac. p.* 946. vocatur arbor, cujus succus exstillans est Gummi Lacca, quæ in nova editione in 4to *p.* 33. ad Jujubam Indicam *Ray. Hist. tom.* 2. *p.* 153. refertur, ubi & Malus Malaicensis non nihil spinosa vocatur, ubi reliqua vide synonyma & varias de hujus Gummi Laccæ generatione opiniones: *Perim. Toddal. H. Malab. Tom.* 4. *Tab.* 41. cum nostra optime convenit, sed foliorum nervi non ita exacte sunt notati ac in *Rumphii figura*, quam hic subjungimus: Genus hoc a *Linnæo* ad *Rhamnos* refertur *Gen. pl.* 165. cujus species in *H. Cliff. p.* 69, 70. enumerantur.

UYTLEGGING

Van de zes-en-dertigste Plaat,

Dewelke vertoont een Tak van de Indische *Jujube*, welke *Vidara* van *Rumphius* genaamt wert.
A. Verbeelt deszelfs *Vrucht.*
B. De *kern* van de *Vrucht.*

AANMERKING.

Dat deze boomen tot de *Jujube* ofte *Zizyphi* behooren, blykt niet alleen uit de bloemen en vruchten, maar ook uit derzelver gansch doornachtige gedaante, nevens de plaatsing hunner bladen, die over en weer is; en dit is de Indische doornachtige *Jujube* met ronde bladen, van onderen ruig en grys, zo als ze van *Breynius* in zyn tweede *Prodr. pag.* 60, en in de nieuwe Editie *pag* 74 genaamt wert, alwaar deszelfs Zoon zeer wel aanmerkt, dat hy verschilt van die plant, dewelke ik in myn *Thesaur. Zeyl. pag.* 61 vertoont heb, gelyk ik zulks op *pag.* 131 aldaar aangehaalt heb, dat namentlyk de Figuur van de *Hortus Malabar.* niet met de onze, maar de beschryving beter met die overeen quam, en daarom voor een mede-zoorte, ofte een verandering daar van te houden was, en welke doorgaansch vermengt wert met de Indische Zizyphus met zilvere bladen, en de bloem aan de kruidnagels gelyk van Hermannus, welke ik in dezelve *Thes. Zeyl.* op *Tab.* 39. vertoont heb, zo als ik dit ook breeder aangemerkt heb aldaar op *p.* 92. en in de *Flora Malabar.* van *Casp. Commel.* en in de aantekening op de *Hortus Malab.* qualyk by elkaar gevoegt werden. Verders werd deze boom hier boven beschreven van *Sam. Dale*, in zyn *Pharmac. p.* 446, genaamt een Boom, wiens uitdruipende zap is het *Gummi Laccæ*, ofte het *Gomlak*, die in de nieuwe uitgaaf *p* 335 gebragt wert tot de Jujuba Indica van *Ray* in zyn *Histor. p.* 159. alwaarze Malaccische doornachtige Appel-boom genaamt wert, alwaar de verdere benamingen zie, en de verscheide gevoelens over het *Gom-lak*: De *Perim Toddali* van de *Hortus Malab.* 4de deel *Tab.* 41. komt met onze boom wel overeen, doch de zenuwen der bladen zyn zo wel niet aangewezen als in de Figuur van *Rumphius*, welke wy hier byvoegen: Dit geslagt wert van *Linnæus* tot de *Rhamnus* gebragt in zyn *Gen. pl. p.* 165. welkers zoorte in de *Hortus Cliffort. p.* 69, en 70. opgetelt werden.

CAPUT QUADRAGESIMUM QUINTUM.

Vidara Littorea. Vidara Laut.

Vidara Littorea verus est frutex, variis tenuibus & arcuatis stipitibus sese attollens vix crus crassis, cujus folia ex nodosis rachibus plura simul proveniunt, brevibus insidentia petiolis, prope quos spinulæ quædam etiam apparent, sed rariores & breviores quam in priori, ita ut quidam majores rami nullas penitus gerant.

Trunci cortex est glabrior quam præcedentis, tenuior, & magis fuscus: Folia multo sunt minora, duplicis formæ, superiora enim Limonis Nipis foliis sunt similia, inferiora vero sunt obtusa, & fere bisulcata instar cordis, ad oras integra nec serrata, inferius non incana neque mollia, uti præcedentis, sed glabra & æqualia, paucis ac valde obliquis costis distincta: Juniores rami sunt angulosi & striati, in quibus foliola solitaria locantur, Limonis Nipis foliis simillima, & in superiore itidem parte paululum serrata, sed minora, glabriora, & flaccidiora, binos pollices longa, vixque unum lata. Ad singuli folii latus longa oritur spinula, atque in illa hinc inde sæpe talia apparent foliola: Quorum sapor est adstringens, Prunorum vel Cerasorum nucleis similis, quæ ad Sayor adhibentur; prope foliorum petiolos parvi florum racemi propullulant, primo forma viridium capitulorum, qualia prima sunt Caryophyllorum rudimenta, quæ sese in flosculos aperiunt paulo majores præcedentis, ex quatuor albis & oblongis petalis constantes extrorsum reflexis, interne molli lanugine obvolutis

XLV. HOOFTSTUK.

De strant Jujube-Boom.

Vidara Littorea is een formele struik, met verscheide dunne en bochtige stammen opschietende, qualyk een been dik, de blaadjes staan aan knoestige ryskens, met bosjes by malkander, op korte steeltjes, by dewelke men ook eenige doornen vind, doch weiniger en korter, dan aan de vorige, zo dat sommige oude takken ook geen en hebben.

De schorsse van den stam is effender dan die van de vorige, als mede dunder, en rosser. De bladeren zyn veel kleinder, en van tweederlei gedaante, want de voorste zyn die van de Lemoen Nipis gelyk, de achterste zyn van voren breet, en bykans in tween geklooft, als een hert, beide aan de kanten ongezaagt, doch van onderen niet witachtig, en zagt, gelyk de vorige, maar glad, en effen, met weinig en zeer schuinze ribben: De jonge takken zyn hoekig, en zeer gestreept, daar aan de blaadjes enkeld staan, die van de Lemoen Nipis zeer gelyk, en ook omtrent de spitze een weinig gezaagt, doch kleinder, gladder, en slapper, twee duimen lank, midsgaders schaars en breedt: Yder blad heeft ter zyden uit een lang doorntje, en aan 't zelve ziet men hier en daar diergelyke blaadjes, doch kleinder: De smaak is zamentrekkender, en de korls van pruimen of kerssen zeer nakomende, en werden wel tot Sayor gebruikt, by de steelen der bladeren komen ook kleine trosjes, gelyk de eerste schepzelen van de Garioffel-nagelen, en dewelke haar openen in bloempjes, wat grooter dan de vorige, en van 4. witte lankachtige blaadjes gemaakt, wat uitwaarts omgekromt, en aan haar bin-

lutis instar serici, stamina quædam in centro gerentes.

Fructus bini ternive simul dependent instar Olivarum, ab inferiore parte latiores, quamdiu sunt immaturi, maturi vero ex oblongo-rotundi sunt instar Prunorum vel Lansiorum, prope petiolum semper angustiores, ibique foveola inpressi, majores sunt vera Vidara hic loci, & maturi fulvum præbent colorem, viridibus maculis externe variegati. Paucam gerunt carnem, & saporem dant acidorum pomorum, includentes nucleum magnum oviformem, in lignoso, qui fragili putamine continetur, estque albus, & cinerea pellicula obductus, sapore & substantia Corylorum, hic grati est saporis, si crudus edatur, sed quod periculosum est, si enim plures tribus comedantur, vertiginem capitis caussant, ventrisque commotionem, unde & nautæ nostri illos *Schyt-pruimkens* seu *Nootjens* vocant, quum inprudenti ingurgitatione ipsorum experiantur effectum: Caro exterior innoxie cruda potest edi ad sitim sedandam, vel quod melius est, si muria fuerit condita, & instar aliorum Salgamatum usurpetur.

Inmaturi fructus non sunt acidi, sed fere insipidi cum quadam adstrictione; Arboris lignum est durum, solidum, & durabile, radices vero sunt crassæ, & in arena prorepentes: Nullibi lætius crescit hæc arbor quam in litore, ad fines & limites silvarum, vel in terra sabulosa, quæ plana est, arenosa, & lapillis mixta.

Nomen. Latine *Vidara Littorea*: Malaice *Vidara Laut*: *Pyrard* Maldivensi, Amboinensi vero, Baleya, & Bucola lingua vocatur *Hitton Ussi Layn*, h.e. *Limonellus Littoreus*, quum spinis suis & acido sapore quodammodo ex Limonum genere videatur.

Locus. In omnibus occurrit Amboinensibus insulis, sed non in omni littore, plurimæ vero in *Hitoes* & *Loeboes* ora crescunt, ut & in *Celebe* & *Baleya*, ac forte in pluribus aliis insulis.

Usus. In Amboina raro ejus fructus usurpantur & tantum a plebe inter pisces vel alios cibos crudi eduntur ad appetitum excitandum, & in itineribus ad sitim sedandam, primo autem decorticandi sunt, addito pauxillo Salis, a quibusdam etiam muria condiuntur: Interni nuclei sunt satis sapidi, si crudi edantur, sed uti supra indicatum fuit, vertiginem caussant, & alvum commovent, in uno vero magis quam in altero: Vidi enim sex septemve tales nucleos bonum præbere purgans servo, quum alii e nostro populo dicebant decem quidem sese comedisse, pluresque desiderabant, nec quidquam aliud experiebantur nisi levem vertiginem, & paucam ventris commotionem. Iidem hi nuclei innoxie quoque edi possunt aqua incocti, & dein contusi, si per unam alteramve noctem in aqua macerentur pura, talique præparati modo, Sagumantæ miscentur, & ex illis Sagu-panis coquitur, qui ab *Assa Hudi* incolis editur.

Radices cum aqua contritæ & propinatæ morbum curant, Malaicensibus *Upas Purrut Banca* dictum, qui est *Colica flatulenta*: Lignum vero ob duritiem usurpatur uti Lignum *Sappan* dictum, ad ligneos nempe clavos in navibus.

Ridicula quorundam ars & opinio est, qui hujus arboris fructus colligunt, si sponte fuerint delapsi, ita ut eorum apex terræ sit infixus, & inferior prope petiolum pars sit elevata; eos aliis mixtos cibis objiciunt felibus, unde putant horum appetitum excitari, quo melius mures capiant.

Hæ arbores seu frutices in binas dividi possunt species, in spinosas & mites, quarum prima proprie est *Vidara Laut*, quæ plurimas gerit breves spinas in rachibus; hujus folia maxime quoque *Limonis Nipis* folia referunt, & cortex trunci atque radicum notabilem habet amaritiem: Altera species oblonga & glabriora gerit folia, & raras vel fere nullas spinas in rachi: Primæ speciei radix in usum Medicum adhibetur, quæ detruncata conteritur & cum aqua propinatur. Ad ardorem vero exstinguendum in febribus ardentibus, & contra abdominis & artuum lancinationes ramorum cortex est demordendus, & cum Pinanga masticandus, & ipsi quoque rami sine ferro sunt ab-

binnenste zyde met een zagte wolligheid als fulp, en van binnen met eenige draadjes.

De vruchten hangen ook twee en drie by malkander, als Olyven, aan 't voorste of onderste eind wat breder, zo lang zy onryp zyn, maar de rype werden langwerpig-rond als pruimen, of Lanzen hier te lande, altyd by den steel op 't smalste, en aldaar een kuiltje hebbende, zy zyn wat grooter dan de regte Vidara *hier te Lande, en ryp zynde hoog-geel, ook met eenige groene plekken, van buiten gespikkeld: Zy hebben maar weinig vlees, en smaken als zuure Appelen, van binnen een groote Eivormige korrel of nootjen hebbende, het welk in een houtachtige doch brossche schaal verbergt een witte heest, met een grauwe vliesken bekleed, van smaak en substantie, als de Hasel-nooten, zynde wel lieflyk om raauw te eeten, doch niet zonder gevaar, want als men meer dan drie daar van nuttigt, zo krygt men eenige duizeligheit in 't hooft, en ontroering in de buik, waaromze onze Matrosen ook Schyt-pruimkens of nootjens noemen, om datze by onvoorzigtige inswelging der zelver kragt gewaar geworden zyn: Het buitenste vlees kan men zonder zorg raauw eeten, om den dorst te verslaan, ofte ('t welk nog beter is) inpeekelen, en even als andere Adsjar gebruiken.*

De onrype vruchten hebben geene zuurte, maar zyn bykans onsmakelyk met eenige zamentrekking, het hout is hard, massyf, en durabel, de wortelen dik, en in 't zand kruipende. Het wast nieuwers liever dan op strand, aan de randen of boorden van 't Bosch, of op droog land, alwaar het ook vlak en zandig is, met wat kleine stenen vermengt.

Naam. *In 't Latyn* Vidara Littorea*: Na 't Maleyts* Vidara Laut: Pyrard *noemenze het in Maldivees, op Amboins, Baleis en Bucols* Hitton Ussi Layn, *dat is* Limonellus Littoreus, *om datze met haare doorns en zuuren smaak eenigsints van 't Lemoenen maagschap willen zyn.*

Plaats. *Men heeftze in alle de Amboinze Eilanden, doch niet op alle stranden, dan de meeste vind men op het* Land van Hitoe, *en* Loehoe, *op Celebes en Baley groeiende mede, en misschien op andere Eilanden meer.*

Gebruik. *Zy werden in Amboina weinig gebruikt, en maar van slegte lieden tot visschen, en onder de kost raauw gegeten, om appetyt te verwekken, en in 't reizen om den dorst te verslaan, doch men moetze eerst schellen, en wat zout daar by doen, ook werdenze by zommige wel ingepekelt. De binnenste heesten zyn wel smakelyk om raauw te eeten, doch maken, als boven is gezegt, een kleine duizeling in 't hooft, en ontroeren den buik, hoewel by de eene meer dan by de andere: Want ik heb gezien, dat 'er 6. a 7. stuks een goede purgatie waren voor een slaaf, daar andere van ons volk verklaarden, datze wel tien stuks hadden opgegeten, en zogten 'er nog meer, zonder iets te gevoelen, dan een kleine duizeling, en rommeling in 't lyf. Dezelfste korrels konnen ook bequamelyk en zonder schade of nadeel gegeten worden, als menze in water kookt, en daar na klein stampt, midsgaders een nagt of twee in vers water laat weken, en aldus zynde toebereidt, zo mengt menze onder* Sagumanta, *en bakt daar van* Sagu-broot, *het welk by die van* Assa Hudi *ook wert gebruikt.*

De wortel met water gevreven en gedronken, geneest de ziekte, by de Maleyers Upas Purrut Banca *genaamt, 't welk is een winderige kolyk, en het hout wert vegens zyn hardigheit ook gebruikt, als het Sappan-hout, tot houte nagelen in en aan de vaartuigen.*

Een belaggelyke kunst is het van zommige, die de vruchten van dezen boom opzoeken, alsze van zelfs afgevallen zyn, zodanig dat de spitze in de aarde zit, en het achterste by den steel opwaarts staat: gevenze dezelve onder andere kost de katten te eeten, waar vanze geloven, dat dezelve graag werden om muizen te vangen.

Men kan deze boomen of struiken, in twee zoorten verdelen, te weten, in doornachtige, en in gladde, zynde de eerste het eigentlyke Vidara Laut, en vol korte doornen aan de ryskens, de bladeren gelyken ook meer na Lemoen Nipis, en de schorsse van den stam en wortel heeft een merkelyke bitterheid. De andere zoorte heeft lankwerpige en gladder bladeren, en weinige of gene doornen aan de ryskens: De wortel van de eerste zoorte is tot de Medicyne gebruikelyk, men kaptze met een Parring af, vryftze en drinktze zo met water in: maar om den brand te verdryven in heete koortzen, en tegens groote steeken in 't lyf, en in de leden, moet men de schorsse van de takken afbyten, en met Pinang kauwen, ook moet men de

abrumpendi: Altera vero species, quæ rarioribus armatur spinis, & pauciores dat fructus, non ita bona nec amara est.

Superstitiosa quoque ars apud incolas prævalet, & tanquam arcanum habetur ad Swangis seu Magos detegendos: Radicem sumunt optimæ seu spinosæ speciei, quam cum aqua & calce conterunt, illamque suspectis propinant hominibus, vel cum Pinanga offerunt, si inde ægre sese habeant, pro Swangis & Magis habentur, e contra eadem hæc radix cum aqua contrita est antidotum illis, qui putant sese esse incantatos.

de takken afbreken zonder yser: De andere zoorte, die niet veele doornen heeft, en minder vruchten draagt, is zo goet, nog bitter niet.

Daar is nog een superstitieus konstje, by den Inlander voor een secreet gebouden, om de swangis of Tovenaars te leeren kennen. Zy neemen de wortel van de beste, of doornachtige zoorte, wryvenze met water, en een weinig kalk, geven zulks de suspecte perzoonen te drinken of in Pinang te eeten, indienze baar qualyk daar van gevoelen, zo werdenze voor Swangis gebouden, daar en tegen dezelfste wortel in water gewreven, is een tegenbaat, wanneer iemant meent betovert te zyn.

Tabula Trigesima Septima

Ramum exhibet *Jujubæ litoreæ*, quæ *Vidara Littorea* a *Rumphio* vocatur.

De zeven-en-dertigste Plaat

Vertoont een Tak van de Strant *Jujube*, welke *Vidara Littorea* by *Rumphius* genaamt wert.

OBSERVATIO.

Hæc convenit cum *Jujuba Indica* spinosa folio & fructu longiore *Plukn. Almag. p.* 199. & *Ray. tom.* 3. *Dendr. p.* 44. quæ est Prunus Zeylanica, spinosa, folio longiore *Herm. Par. Bat. Pr. pag.* 367. & *Prunus* Zeylanica, spinosa, longiore folio viridi, fructus officulo orbiculari scrobiculis referto *Plukn. Phyt. Tab.* 216. *Fig.* 6. quæ foliorum hirsutie & officulo irregulari variat. Vide in *Thes. Zeyl. pag.* 131 & 132 alias hujus species & varietates.

Ambæ hæ arbores nomine *Bidaræ arboris*, & *Bidaræ litoreæ* a *Valent. in Amboinæ descript. pag.* 191 occurrunt.

AANMERKING.

Deze komt over een met de Indische doornachtige Jujuba, met langer bladt en vruchten, zo als ze by *Pluknet.* in zyn *Almag. p.* 199. en by *Ray* in het *derde deel* in de *Dendr. p.* 44 genaamt wert, welke is de *Prunus Zeylanica, spinosa, longiore folio* van *Herman* in zyn *Parad. Bat. Pr. p.* 367. en *Prunus* Zeylanica, spinosa, longiore folio viridi, fructus officulo orbiculari scrobiculis referto van *Plukn.* in zyn *Phytogr. Tab.* 216. *Fig.* 6. dewelke van de voorgaande verschilt door ruige bladen, en zyn irreguliere Zaa-ern: de andere zoorten en veranderingen hier van zie in myn *Thes. Zeylan. p.* 131 en 132.

Deze twee boomen werden onder de naam van *Bidara-boom*, en *Strand-Bidara* by *Valent. pag.* 191 beschreven.

CAPUT QUADRAGESIMUM SEXTUM.

Lignum Colubrinum: Caju-Ular.

IN India Orientali varia hujus nominis ligna occurrunt, uti a *Garzia libr.* 1. *Arom. cap.* 44. tres ejus enumerantur species: omnes in Zeylana crescentes, tres itidem a *Christ. a Costa cap.* 33. commemorantur cum aliis quibusdam a *Carolo Clusio* in suis adnotationibus ad illa capita additis, quæ omnes a sese invicem differunt, quarum vero nullas species in hisce Orientalibus regionibus reperire potui, unde earum loco hic illam describam, quæ hodie pro unico & vero adhibetur *Ligno Colubrino*, vel hoc saltem nomine nota est, neque crescit in Zeylana, neque in Amboina, sed in Rotta, Timora, ac vicinis insulis, unde mihi quoque rami, foliis fructibusque onusti, ut & lignum transmissa sunt auxilio & cura generosi *D. Antonii Hurdt*, Indiæ Senatoris Ordinarii, & *Jacobi van Wyckersloot* supremi Capitis Timoræ (uti supra in capite Sandali fuit memoratum) unde & subjuncta figura delineata est.

Arbor hæc vulgo altitudinem & crassitiem habet *Limonii Nipis*, in quibusdam vero locis instar *Limonii Itam*, quæ truncum nempe gerit crassitiei hominis, vulgares vero non ultra crus sunt crassæ, harumque truncus non est rotundus, sed angulosus, & foveis inaratus instar Limoniorum, illarumque lignum est quoque durum, solidum, & flavescens, quod in inferiore trunci parte ac radicibus magis flavescit; Cortex vero est glaber, tenuis, & cinereus, lignoque adeo firmiter adhæret, ut decorticari nequeat, in radicibus vero est tenuis, & ruffus, plurimis tenuibus circulis obductus, & variegatus.

Rami in minores & firmos dividuntur laterales ramulos, qui folia sustinent, bina semper opposita, quæ cum subsequenti pari cruciformia sunt, uti in Limone Nipis, sed sunt breviora nec cordata, binos pollices longa, unum lata, cum apice obtuso & oris æqualibus seu integris: Ad petiolum vero tres concurrunt nervi, uti in vera *Vidara*, ab utraque parte folia sunt viridia & firma, inferiora autem sunt minora, ac plurimum con-

XLVI. HOOFDSTUK.

Slangenhout.

M*En heeft in Oost-Indien verscheide houten van dien naam, als by* Garzias, lib. 1. Arom. cap. 44., *drie zoorten, alle op Ceylon wasschende: Ook drie zoorten by* Christ. a Costa Cap. 33., *met nog eenige andere, die* Carol. Clus., *in zyne aantekening op dezelfste Kapittelen, daar by doet: alle van malkanderen verschillende, en waar van ik nog gene in deze Oosterze gewesten hebbe kunnen vinden, en zal daarom in derzelver plaatze alhier alleen beschryven het gene men hedensdaags voor het eenigste en opregtste Slangenhout gebruikt, of met dien naam meest bekend is, niet vallende of groeyende op Ceylon, nog in Amboina: Maar op* Totte, Timor, *en de bygelegene Eilanden, en van waar aan my ook de takken, met hare bladeren, vruchten, en blokken door de hulpe en gunstige bezorging van de Heer* Antoni Hurdt *Raad Ordinaris van Indiën, en* Jacob van Wyckersloot, *Opperhoofdt op Timor, (gelyk boven in 't* Cap. *van Sandel-hout vermelt staat) zyn toegekomen; en waar na ook de nevenstaande figuur is opgemaakt.*

Dezen boom is in 't gemeen zo hoog en dik, als een Lemoen Nipis-boom, doch op zommige plaatzen, als een Lemoen Itam, namentlyk met een stam zo dik als een man, daar de gemeene niet boven een dye dik zyn, niet rond, maar hoekig, en met kuilen, als de Lemoen-boom, hebbende ook een diergelyke hard, vast, en bleek-geel-hout, 't welk aan de onderste stam, en de wortelen wat meer na den gelen is trekkende: Zynde de schorsse effen, dun, en graauw, en zo digt aan 't hout vast leggende, dat menze daar niet afschellen kan, voorts aan de wortelen dun en ros, met veele fyne circulen omvangen of omlopen.

De takken verdelen hun weder in styve zyde-takjes, daar de bladeren aan staan, twee en twee tegens malkander over, en in een schuin kruis zynde, gelyk die van de Lemoen Nipis, of wel wat korter, en zonder hertje, twee duimen lank, en een breet, met een stompe spits, en effene kanten: By den steel lopen drie zenuwen t'zamen, gelyk die van de regte Vidara, *aan weder zyden groen en styf, maar de achterste zyn noch kleinder,* en

conveniunt cum illis *Vidaræ Littoreæ*; omnes porro ramuli sunt duri, undique foliis obsessi sine ullis spinis, uti & tota arbor mitis est.

Flores forte ob convenientiam ex alis foliorum ramulorumque progerminant, nec multum sine dubio different a floribus *Vidaræ*, quum fructus eodem crescant modo bini, terni, & ad summum quaterni simul propullulantes, brevissimis pedunculis erecti insidentes, formamque referunt pomulorum, quidam perfecte sphærici, alii vero oblongi instar *Vidaræ*, ejusdemque magnitudinis, omnes vero sunt glabri, attamen completi, sed punctulis notati instar Limonelli, superius vero brevi & duro apice instructi. Juniorum fructuum color est viridis, vetustiorum vero obscure luteus, sensim quoque fuscus & obscurus; sub exteriore putamine humida reconditur medulla, quæ in maturis plurimum exsucca est, inque hac una, bina, ternave ossicula seminalia, quorum solitaria instar nummi sunt plana, sed crassiora, alia vero sinuosa, sibique opposita: Omnia vero molli ac cinerea lanugine obducuntur instar serici, horum interna substantia est alba, & lenta instar Ossiculorum Limonum, quæque in bina dividi potest segmenta. Cunctæ arboris partes amarum dant saporem, Limonum ossiculis magis accedentem quam Absynthio, plurima vero amarities in fructibus & radicibus apparet, ac præsertim in eorum corticibus, dein in inferiore trunci parte ac demum in foliis.

Radices, quæ non sunt crassiores brachio infantis, optimæ censentur, inque iis apparent verrucæ instar obtusarum spinarum, quæ proprie extremitates vel vestigia sunt fibrillarum vel minorum radicum, quæ ex majori detruncatæ sunt radice.

Natura quasi demonstrare voluit, quænam optima hujus arboris esset pars, & ante omnia radices creavit, quæ latissime sub terra prorepunt, & ex parvo illarum frustulo in terra remanente demum excrescit arbor priori similis: Hæ autem radices dissecantur in frusta longitudinis pedis vel ulnæ, talesque in peregrinas mittuntur oras, illarum vero cortex non est separandus, quum in illo maxima sit amarities.

Nomen. Latine *Lignum Colubrinum*, & ad aliorum distinctionem *Timorense*, Belgice *Slangen-hout:* Malaice *Caju Ular* quod nomen, ut puto, accepit ex Zeylonensi ligno, cum quo Timorense hoc amaritie, colore, & circulis, qui in tenuibus observantur radicibus, & quodammodo serpentis ventrem exhibent, convenit; In Timora & Rotthe proprie vocatur *Caju Nassi:* Portugalli illud vocant *Pao de Cobra*, uti Zeylonense.

Locus. Hæc arbor silvestris est, & crescit æque in planis campis, ac in anteriore montium parte, in insula *Rotthe*, quod optimum habetur lignum, dein Timorense, Wetterense, quod nostratibus Etter vocatur, dein Lethense, ac porro in vicinis reperitur insulis.

Naam. *In 't Latyn* Radix Deiparæ Spuria: *Op Javaans* Warran: *Op Celebes* Lowarra, *en welke namen deze baſtaart zoorten eigentlyker toekomen, en gegeven mogen worden dan de Malacze* Bulangan, *of de opregte Radix Deiparæ. Men mogtze ook billyker Ooſt-Indiſche hagedoorn noemen, dan* Cudrang, *gelyk op Batavia geſchiet, immers de bladeren gelyken beſt daar na, maar niet de doornen, bloemen, noch vruchten.*

Plaats. *Dezen boom of ſtruik waſt op Java, en ook op Celebes, in 't Boegiſe en Loeboſe gebied, als mede veel in 't gebied van Tambucco. In Amboina isze onbekent, ofze mede op Baley groeit, kan ik niet wel weten, hoewel de Baleyers zeggen, datze in haar landt mede diergelyke doorns hebben, en dezelve* Banghian *noemen.*

Gebruik. *Deze wortel, voor zo veel my bekend is, heeft buiten Malacca by geen Natie in de Medicyn eenig gebruik, maar wort daar en tegen voor een ſchadelyke doorn gehouden, daarze zeer bang voor zyn: Want als iemand zig aan deze doornen beſeert, zo ſwelt het op met groote pyn, en daarom hebben het veele Natien voor een gebruik levende hagen of heggen van deze doornen, rondom hare huizen en erven te maken, niet alleen tot bevrydinge voor de beeſten, maar ook voor dieven, dewelke, ſchoonze zo ſtout waren datze ook door gewapende mannen dorſten heen dringen, echter voor deze doornen moeſten ſtaan blyven.*

In 't land van Boegis makenze ook veel heggen daar van, de jonge ſpruitjes op een ryge plantende, of 't welk noch lichter is, de vruchten zayende; en deze ſtruiken wat hoog opſchietende, verwerren haar boven wel vry digt in malkander, maar laten beneden nog eenige opening, daar wel een Menſch of Varken doorkruipen kan, en welke gaten dan ook werden toegeplant met Ligularia Lactea, *of* Daun Sudoe Sudu, *'t welk mede doornachtig is, of daar men 't niet planten kan, kappenze de doornachtige takken af, en beſteken daar mede de andere paggers, gelyk men anders ook wel met Lemoen-doorns doet.*

Het hout is redelyk durabel, en word tot ſtylen van huizen gebruikt, als men daar regte ſtukken van krygen kan, doch aan de oude ſtammen is 't zeer hard, en van binnen ſwartachtig. De vruchten zyn niet bruikbaar, doch op Java werdenze nog gezoden en gegeten; en zynde onder de aſſche gebraden, en 't zap daar van in de ooren

See note 40 in Tom. 1 interchange –

ejus ligno in Java aliisque locis boum juga formantur, quibuscum aratra trahunt.

Frutex hic proprie in Baleya *Bangbian* vocatur, qui silvam exhibet spinosam & noxiam, dum ejus spinæ vehementissime urant, si quem lædant: ibi duplex quoque invenitur ejus species, una latifolia, altera angustifolia, sed utræque silvestres, nec ullius usus.

ren gedruipt, zo geneest het de doofheit. Uit het hout maakt men op Java en andere plaatzen jokken voor de Ossen, waar mede men ploegt.

Deze struik word eigentlyk op Baly Banghian *genaamt, zynde een baggelyk en ondeugend doorn-Bosch, dewyl zyne doornen zeer fel branden, als men zig daar aan quetst, men vint ook aldaar tweederlei zoort, 't eene groot- en 't ander kleinbladig, doch beide ondeugent, en in 't wild wasschende.*

EXPLICATIO

Tabulæ Quadragesimæ,

Quæ exhibet ramum arboris, quæ *Radix Deiparæ spuria Rumphio* vocatur, quæque, ut mihi apparet, ad nullum huc usque cognitum genus referri potest.

A. Ejus *folium* naturali denotat magnitudine.
B. *Florem* sistit.
C. *Fructum*.

UYTLEGGING

Van de veertigste Plaat,

Dewelke vertoont een tak van de *Radix Deiparæ spuria* van *Rumphius* genaamt, dewelke, zo 't my voorkomt, tot geen zeker bekent geslagt van planten gebragt kan worden.

A. Wyst aan deszelfs *bladt* in zyn *grootte*.
B. Deszelfs *bloem*.
C. De *vrucht*.

CAPUT QUADRAGESIMUM NONUM.

Rex Amaroris. Caju Soulamoe.

DUm versamur in descriptione plantarum amararum, quæ contra venena valent, ordine etiam subsequitur Amboinensium Rex amaroris, qui nostro judicio tam virtute quam viribus nulla præcedentium minor est, aliquando autem frutex, aliquando arbor, prout uno alterove locetur loco; si enim ad litus crescit in locis apertis, plurimum frutescit, sed ulterius in continenti crescens & sub umbra aliarum arborum progerminans arborescit trunco incurvo & inclinante, cujus cortex est glaber, vel verruculis obsitus coloris cinerei seu albicantis, interne flavescentis, siccus & fragilis, in ramulis vero glabrior est, & magis albescit.

Rami sunt pauci & fragiles, inque iis folia locantur irregulari ordine ingentia & longa, vulgaris formæ, duodecim vel tredecim pollices longa, tres cum dimidio lata, superius ampla, in obtusum apicem desinentia, foliisque *Goelong Tsjoetsjoe* adeo similia, ut vix dignosci possint, excepto lacteo sapore, qui in posteriore abundat, in illis vero *Soulame* non reperitur: Hæc quoque folia sunt flaccidiora aliis, mollia, plurimis & subtus protuberantibus parallelis costis pertexta, quæ prope oras in arcus desinunt; Ex horum foliorum alis breves progerminant petioli, ex quibus flores racemosi proveniunt, qui parvi sunt, Vitis floribus quodammodo similes, ex parvis albicantibus, & vix conspicuis constantes petalis, in centro suo gerentes germen viride, quod in fructum excrescit, magnitudinis stuveri, qui planus est, ad oras tenuis, & in centro elevatus, formam cordis referens, sed loco fissuræ semi-rotundum exhibet arcum, cujus apex petiolo nexus est, coloris pallide viridis, fructus hic siccus penitus est, & sutura in bina divisus segmenta, in quibus bina locantur alba officula, Cucumeris semina æmulantia sed minora, graciliora, ac quodvis in peculiari reconditur cellula, sensim vero rugosa sunt, & cariosa. Fructus hi diu ex arbore dependent, sed sensim nigrescunt, qui vero in terram prolabuntur, gilvi sunt coloris, & sæpe hinc inde arbusculas emittunt.

Radices hujus arboris sunt crassæ, raræ, nec longæ, fere sine fibrillis, externe luteo & sicco cortice obductæ, interne lignum gerentes flavescens, quod siccum levissimum est, ac recens odorem fere habet *Unguis Odorati*, immo in quibusdam siccis hic quoque observatur odor, si supra porphyritim nempe conterantur, immo tota arbor sicca admodum est per omnes suas partes, & valde amaricat, præcipue vero fructus

XLIX. HOOFTSTUK.

De Hart-vrucht-Boom.

D*Ewyle wy nu bezig zyn met de bittere planten, die tegens 't fenyn konnen dienen, zo zullen wy daar omtrent mede in- of opvoeren onzen Amboinschen Koning der bitterheit, die onzes oordeels zo in deugt als krachten, geen der voorgaande behoeft te wyken. Het is zomtyds een struik, en zomtyds ook een boom, na dat hy staat, want als hy voor aan strand groeid op een opene plaats, zo blyft hy meest een struik, maar een weinig landwaart in en onder de schaduwe van andere boomen voortkomende, dan wort het een boompje, met een bochtige en overhangende stam, welkers schorsse is effen, of met kleine vratjes bezet, van coleur licht-graauw of witachtig, naar binnen geel, droog, en bryzelig, doch aan de takjes is hy wat witter, en effender.*

De takken zyn weinig en bros, en rondom dezelve staan de bladeren zonder ordre, zynde groot en lank, van gemeene gedaante, namentlyk 12. en 13. duimen lank, 3½. breet, van vooren met een stompe spits, en de bladeren van de bloemen Goelong Tsjoetsjoe *zo gelyk, dat menze qualyk onderscheiden kan, behalven in 't melkachtig zap, dat in de laatste overvloedig, maar in die van de* Soulamoe *niet en is: En deze bladeren zyn ook slapper dan de andere, zagt in 't aantasten, met veele en beneden, of van onder uitstekende evenwydige ribben doorregen, digt aan de kant met bogen te zamen gesloten, en uit de schoot dezer bladeren komen korte steeltjes voort, en daar aan groeit het bloeizel in kleine trosjes, zynde zeer kleine bloempjes, 't wyngaart bloeizel eenigzints gelyk, uit kleine witte en pas zienelyke blaadjes gemaakt, in de midden vertonende een groen schubbetje, waar uit de vrucht voortkomt, dezelve groeit tot de grootte van een stuiver of wat meer, zynde wyders plat, aan de kanten dun, in de midden wat uitpuilende, en hebbende de gedaante van een hartje, doch in plaats van 't kloofje een halfrond bogtje vertonende, met de spits aan de steel staande of vast zynde, en van verwe bleek-groen, dezelve vrucht is gants droog, en met een naad meest in tween gedeelt, waar in men vindt twee witte korrels, de zaden van Komcommers wel gelykende, doch wat kleinder, magerder, en ieder in een byzonder kamertje, dan metter tyd krimpenze in, en vermolsemen; de vrucht blyft lang aan den boom hangen, en werd ten laatsten rookachtig, maar die op de aarde vallen, werden vaal, en brengen hier of daar nieuwe boompjes voort.*

De wortelen zyn dik, weinig, en niet lank, bykans zonder vazelingen of vezelen: Van buiten met een geele en drooge schorsse bedekt, en van binnen hebbenze witachtig of bleek-geel hout, 't welk droog zynde zeer ligt wert, en vers zynde riekt het wat na de Unguis Odoratus, *ja zommige stukken doen dat nog al zynze droog, wel te verstaan als menze op een steen vryft, 't geheele gewas is zeer droog in al zyn deelen, en daar by boven maten* bit-

ctus, qui amarissimi sunt tum & radices, ac dein cortex, folia, & lignum, ita ut omnes hujus arboris seu fruticis partes in re Medica usurpari possint; Amarities in fructibus semper observatur, sed in radicibus perit post decimum circiter annum, quæ nihilominus tamen conducunt pueris & debilibus hominibus: Arbuscula hæc raro occurrit, nec ullibi crescit, nisi in incultis, & saxosis littoribus, ubi rupes plurimæ inveniuntur glabræ & ingentes, quæ separatæ sunt: Mirabile quoque visu est, nec vix comprehendi potest, unde arbuscula hæc suum hauriat nutrimentum, quum ita denudata inter scopulos crescat: quæ vero ulterius a litore remotæ sunt, & in ipsa vegetant terra, solum habent ex comminutis lapillis constans admixta rubræ terræ pauca quantitate: Non in altis crescit saxis, sed in declivibus locis, quæ mari inundantur: Floret in Decembri, fructusque gerit in Januario, uti & in aliis mensibus, ex arbore autem decerpendi sunt, licet virides, si quidam modo nigrescant, vel sint crocei coloris, decidui enim pallescunt, viresque suas amittunt, vel a Cancellis Limacum cochleas inhabitantibus comeduntur, unde raro etiam in arbore inveniuntur.

Nomen. Latine *Rex Amaroris:* ob prædominantem ejus amaritiem; In Malaicensi vel Amboinica lingua, nullum, quantum novi, sortitus fuit nomen, sed Ternatensi nomine *Soulamoe* h. e. *Pharmacum* magnum innotuit, quum Ternatenses illum pro rege quasi medicamentorum habeant, quum vero hi aliam insuper habeant plantam ex genere silvestris Siri, quam eodem denotant nomine, hinc arbusculam nostram vocare solent *Soulamou Caju* vel *Soulamoe Pohon*, & istam silvestrem *Siri Soulamoe Tali*, quam suo describemus loco: Alii vocant nostram *Panawar Pipis*, vel proprie *Pittis* h. e. *Pharmacum Nummularium* a figura fructuum, quorum quidam nummos referunt, ac præcipue illos Sinensium cupreos *Pittis* dictos, fructus vero ipsos istius *Soulamou Caju* seu *Pohon* dicunt *Boabati*, h. e. fructus cordiformes; Amboinenses autem nostri scioli vocant *Oepas Poeti*, quum adhibeatur contra morbum *Cholericam passionem* dictum, alii autem *Oebat Pamali*, quum conducat noxiis piscibus, cancris &c. quæ Amboinenses nominant *Pamali* h. e. infausta: Quosdam Ternatenses nominare quoque audivi *Oepas Massou* h. e. Remedium Cholericum.

Ternatenses bina habent primaria medicamenta, hanc nempe, quam *Panawa Massou* seu *Panawa feminam* vocant, & anticholericam, quæ *libro* 6. describitur, & *Panawa Mas* vocatur, quas in parvis quærunt insulis, in quibus nulli sunt sues, qui transitu in hasce mejunt, conspurcantque salutares hasce radices.

Locus. In Amboina, uti dictum est, raro occurrit, ac tantummodo in littoribus supra memoratis, uti in saxosa ora Mamöa, Capaha, & Tiela, in regione Hitoës, ora Nussanive, in Leytimora, & saxosa Caybobo ora, in Australi ora Omæ, ut & ora Lissatetto in Boerone, tum & in Ternata, & adjacentibus Moluccis, ubi in majori crescit copia, sed in talibus quoque littoribus.

Usus. Multis precibus & donis hujus arboris notitiam accepi ab Æthiopum flamine, qui mihi hanc arborem fide silentii ostendebat, quum tum temporis non nisi in unico Hitoës oræ loco crescebat, isque multas hac instituebat curationes, postea autem cognovi apud Ternatenses in vulgari esse usu, iste flamen hujus arboris quadraginta virtutes in charta notaverat, quas mecum promiserat communicare, sed tam diu illud differebat, ac continuo ita prolongabat tempus, donec discedere coactus essem, plurimus vero ejus usus erat contra *Oepas*, quo intelligunt *passionem Cholericam*, tum & contra Pleuritidem; utrosque periculosos & in India vulgares morbos; Ægro autem dant ejus fructum in minutas conscissum partes, ut cum Pinanga manducet, ejusque devoret succum, qui in subsequentibus morbis simili usurpatur modo, sed difficile est opus, quum horrenda amarities tam diu os inquinet, sæpiusque nau-

bitter, waar in de vruchten wel het meeste uitsteken, en afgryzelyk bitter zyn, daar naast aan de wortelen, voorts de schorsse, bladeren, en het hout, zo dat ook alle deelen van deze bomen of struiken in de Medicynen gebruikelyk zyn; de bitterheit blyft in de vruchten voor altyd, maar in de wortelen vergaatze omtrent of wat na het tiende jaar, doch dewelke niet te min dan noch goet zyn voor kinderen en swakke perzoonen. Dit boompje werd weinig gevonden; en wast nieuwers, dan op onbollige of bolbollige, stenige, en onbewoonde stranden, daar 't vol gladde en groote klippen is, die niet aan malkander vast, maar van malkander gesepareert zyn, en 't is wonder om te zien, midsgaders niet te bezeffen, waar 't boompje zyn voedzel af heeft, zo bloot staat het in de klippen: en degene, die nog al eenige treden landwaart in staan, hebben een grond van enkelde gebryzelde steentjes, met een weinig rode aarde gemengt: 't Wast ook niet op hoge klippen, maar op lage plaatzen, daar de Zee tegen aan spatten kan, men ziet het bloeyen in December, en de vruchten heeft men in January, als mede in andere maanden, en men moetze van den boom afplukken, al zynze noggroen, als 'er maar eenige beginnen geel of swartachtig te werden: Want de afgevallene of verbleekte zyn als dan min kragtig, of werden van de kleine krabbetjes die in de slekkehuizen wonen, opgegeten, daarom men zo weinige van die boomen vind.

Naam. *In 't Latyn* Rex Amaroris, *wegens zyne grouwelyke bitterheit, in 't Maleyts, en Amboins heeft hy noch geen my bekende naam, maar hy is bekent met de Ternataanschen naam* Soulamoe, *dat is, groot tegengift, om dat hem de Ternatanen voor een Koning der Medicamenten achten, doch dewyle dezelve nog een andere plant hebben, uit het geslagte van de wilde Siri, en van die zelfde naam, zo plegenze dit boompje te noemen* Soulamou Caju, *of* Soulamoe Pohon, *en 't gemelde touw-gewas of wilde Siri* Soulamoe Tali, *'t welk wy op zyn plaats ook zullen beschryven: Andere noemen 't* Panawar Pipis, *of eigentlyk* Pittis, *dat is,* Pharmacum Nummularium, *na de gedaante van vruchten, die eenigen na penningen, en voornamentlyk na de Sineeze kopere Pittis gelyken, en de vruchten van de gemelde Soulamou Caju of Pohon noemenze* Boahati, *dat is Hartjes-vrucht, echter onze Amboineezen willen mede wat weten, en noemen 't* Oepas Poeti, *om dat het gebruikt werd tegens de ziekte het Bort genaamt, andere noemen het* Oebat Pamali, *om dat het dient tegens de schadelyke visschen, Crabben &c. en dewelke de Amboineezen* Pamali, *dat is,* Infausta, *noemen: Ik heb het ook zommige Ternatanen horen noemen* Oepas Massou, *dat is Remedie tegens het Bort.*

De Ternatanen hebben twee Kapitainen van alle Medicamenten, te weten deze, dieze Panawa Massou, *ofte* Panawa *het wyfken noemen, en de* Anticholerica *(staande in 't zesde Boek beschreeven) dieze* Panawa *'t manneken noemen, en zoeken die beide op kleine Eilanden, daar geen varkens wonen, die met haar overlopen, en bepissen, deze heilzame wortelen zouden kunnen verontreinigen.*

Plaats. *In Amboina, als gezegt, vint men zeer weinig van deze boompjens, en die nog maar alleenig op zodanige stranden als boven beschreeven zyn, gelyk daar zyn den stenigen hoek Mamöa, Capaha, en Tiel, op 't land van Hitoe, de hoek van Nussanive, op Leitimor, op de stenige hoeken van Caybobo, op Omas Zuid-kust, en den hoek Lissatette op Boero, dan in Ternaten, en de omleggende Moluccos heeft menze in meerder quantiteit, doch al mede op zodanige stranden.*

Gebruik. *Ik heb met veel vleyen en giften de kennisse dezes booms van een Moors Priester moeten leeren, die my den boom, op belofte van stilswygentheid, toonde, om dat hy doenmaals niet meer als op een plaats van Hitoes kust staande was, en hy deet veel kueren daar mede, doch namaals heb ik ervaren, dat hy by de Ternatanen in gemeen gebruik zy: De gemelde Paap had op zyn briefje van dezen boom gescbreven veertig deugden, die hy my beloofde te openbaren, doch maakte daar mede zo veel tyds t'zoek, tot dat wy van malkander raakten, zyn meeste gebruik was tegens 't* Oepas, *waar onder zy verstaan het* Bort, *en daar na ook tegens de Pleuris: Twee gemeene en gevaarlyke ziektens in Indiën, gevende den patient een vrugtje of bertje in kleine stukjens gesneden, met een Pinang te kaauwen, en 't zap in te swelgen, gelykze meest in de volgende ziektens ook doen, 't welk een zeer moeyelyk werk is, om dat de grouwelyke bitterheit zo lang in de mond blyft, en dikwils walging veroorzaakt,* dies

nauseam causset, unde alii præferunt binos tales fructus supra porphyritim cum aqua conterere, atque ægroto una vice propinandos exhibere.

In omni febrium genere ex corruptis humoribus ortum habentium hi quoque in usum vocantur fructus cordiformes, quorum antea bini tresve tantum adhibebantur, postea vero quinque vel septem bono cum successu fuere assumpti, hoc porro medicamentum, nempe tam fructus quam radices cum aqua contritæ propinantur contra Colicam, tussim, ac præcipue illam convulsivam, asthma, omniaque abdominis tormina: debilem corroborat ventriculum, prostratumque restituit appetitum, vi porro penetrante intestinorum resolvit & aperit obstructiones, & contra alios quoque morbos cum successu fuit adhibitum. Incolæ autem tam irregularem applicandi exercent modum, adeoque morbos confundunt, ut fere nil certi inde concludi possit: Dicunt quoque medicamentum hoc esse adeo efficax, ut in ejus usu non opus sit, ut quis sese abstineat ab hoc vel illo ciborum genere, (quod Ternatenses *Fosso* vocant) uti plerumque id observandum est in aliorum medicamentorum usu: Memoratus iste flamen mihi quoque adfirmabat aliquem, si per quinque vel septem dies unum assumeret fructum, immunem fore a multis morbis, præsertim si in tali regione morbus grassetur epidemius: Radix comprobatum est antidotum contra noxios pisces, quos si quis incaute ederit, sique hoc non operetur medicamentum, conclamatum est de ægri salute: Contra omne venenorum genus cum cibo assumptum quoque valet, hoc enim vomitu rejicit, si in ventriculo sit, alias vehementi expellit sudore & urina, si in intestinis niduletur: Folia ejus contrita abdominique inposita aquosos emittunt humores, quem in finem quidam recenti ejus cortice utuntur, quem cum aqua contritum propinant, quo modo assumptum quoque vomitu rejicit venenum, sitaque vi ei resistit. Idem hic cortex aquæ incoctus & propinatus cum pauxillo Nucis Moschatæ exhibetur quoque in morbo *Oepas Ajam*, h. e. Epilepsia & Spasmo, quo in casu Ternatenses binis utuntur fructibus.

Folia aquæ incocta, cum pauxillo Caryophyllorum, Zingiberis, & Corticis Massoy in olla undique obturata tam diu, donec tertia consumpta fuerit pars, suffitui inserviunt illis, qui doloribus ac lancinationibus dorsi vel lumborum laborant, corpusque habent tumidum, immo hæc quoque ipsis propinatur aqua, reliquaque incocta pars cum Bancudu foliis adfectis alligatur partibus.

In Nussalaut & Uliassers certa est venenatorum anguium species, qui lata gerunt capita, & *Munalatu* vocantur, item Chalcidica lacerta Malaice *Pananat* dicta, a quibus homines aliquando mordentur, atque priorum venenum mox cor petit, hominibusque ingentes caussat anxietates & ardorem, ita ut multi inde moriantur, illorum autem multi curabantur radicibus hujus *Soulamoe*, si cum aqua contritæ illis propinentur, sed cavendum est tum temporis a Limonum succo.

Alter flamen *Assa-boedensis* gloriabatur, sese, quum in Java esset, ubi ingens hominum pars subito moriebatur ex Cordis Syncope, tanquam mortuum cecidisse, ita ut in foveam in litore excavatam conjiceretur, ac pauca obtegeretur terra, sed subsequenti nocte iterum expergefactum fuisse & convaluisse, quamprimum forte fortuna hujus arbusculæ radix, quæ ibi crescebat, ejus os adtingeret, cujus penetrantes virtutes mox ita ejus corpus percurrebant & adeo corroborabant, ut denuo surgeret. Miræ sunt res, quæ fieri possunt, sed plurima possibilia concurrant, necesse est.

Arbusculas has spithamam circiter altas sollicite effodi cum adjacentibus lapillis ac terra, atque in hortum transplantavi in usum Medicum, sed tarde excrescebant, ac demum perierunt, quum suum ament solum, radicumque fibrillæ adeo sint raræ ac teneræ, ut facile per effossionem rumpantur.

Inquirendum nobis porro est, num *Accar Lampau* seu *Lampan* in *Succadana* crescens eadem vel similis sit radix, quæ etiam flavescit & amaricat, ac ibi-

dies eenige andere beter doen, die een paar van die hertjes op een steen met water vryven, en die den lyder eens slags te drinken geven.

In alderhande koortzen, die uit verdorvene humeuren voortkomen, gebruikt men mede deze hartjes, en waar van voor dezen maar 2. a 3. stuks wierden ingenomen, maar daar na quam het op 5. en 7. stuks, en dat met goet succes, voorts werd dit Medicament *gebruikt, zo de hertjes als de wortelen, in water gevreven en gedronken, tegens 't colyk, hoest, en inzonderheit de kinkhoest, amborstigheit, en alderhande steeken, die men in 't lyf voelt: Het versterkt de slappe maag, en brengt de verloren appeteyt wederom: Het opent met zyn doordringende kragt alle verstoppinge der ingewanden, en tot veel andere gebreeken meer is het met goet succes gebruikt: Maar de Inlanders hebben zo een ongeschikten manier van appliceren, en confunderen de ziekten zodanig, dat men geen regt bescheit daar van krygen kan: Zy zeggen ook dat dit Medicament zo kragtig is, dat men zig onder het gebruiken, niet behoeft te onthouden van de een of ander spyze ('t welk de Ternatanen* Fosso *noemen) gelyk men by meest alle andere kuren doen moest: De gemelde Paap verzekerde my ook, zo iemand alle 5. of 7. dagen eene van deze hartjes nuttigde, dat hy van veele ziekten zoude bevryd blyven, inzonderheit als 'er eenige ziekte over 't land grasseerde: De wortel is een beweerd of geprobeert tegengift tegens de schadelyke visschen, opblazers genaamt, zo iemand die onvoorzigtig gegeten heeft, en wanneer dit niet helpen wil, datze aan des patients behoudenis desp ereren: Tegens alderhande ander vergift, dat iemand in de kost ingenomen heeft, wordenze ook geprezen, want zy smyten of werpen 't zelve uit door braken, als 't nog in de maag is, of door een geweldig sweeten, en waterlossen, als 't tot in de darmen gezakt is: De bladeren gevreven, en op de buik gebonden, trekken de waterzugtige humeuren uit, waar toe eenige de versche schorsse gebruiken; dezelve in 't water gevreven en gedronken, werpt mede 't ingenomen venyn door braken uit, en wederstaat 't zelve door haar eige kracht. Dezelfste schorsse in water gekookt en gedronken met een weinig Note muscaten, gebruikt men mede in de ziekte* Oepas Ajam, *dat is vallende ziekte, en de kramp, 't zelve doen de Ternatanen met een of twee hertjes in te geven.*

De bladeren in water gekookt met een weinig Nagelen, kleine Gember, en Massoy, wel toegemaakt of gestopt wordende, tot dat 'er een derde verkookt is, daar mede berookt men de gene, die groote pynen en steeken in de rugge en lenden hebben, en daar by geswollen zyn, gevende hun 't zelfde water te drinken, en 't gekookte goet gevreven, werd met de breede bladeren van Bancudu *op de leden gebonden.*

Op Nussalaut, *en* Uliassers, *zyn een zoort van fenynige Adders en Slangen met breede koppen,* Munalatu *genaamt, als mede de koperverwige en fenynige Hagedis in 't Maleyts* Pananat *genaamt, waar van zo nu en dan eenige menschen gebeten werden: en wel meest van de eerste, lopende 't fenyn straks na 't hert, en brengt de menschen groote benauwtheit en brand aan, zo dat 'er veele van komen te sterven, dan deze wierden ook eindelyk genezen met de wortels van dit* Soulamoe, *als men dezelve in water vryft, en hun ingeeft; doch moeten zig wel wagten daar geen Lemoen-zap by te nuttigen.*

Een andere Paap van Assa-hoedi *geboortig beroemde zig, dat hy op Java zynde in een groote sterfte, wanneer de lieden door een hertvang schielyk weg vielen, ook eens voor doot nedergevallen was, dies men hem in een slegte kuil, op strant gemaakt, smeet, en qualyk met wat aarde bedekte, en dat hy de volgende nacht weder tot zig zelven quam, zo haast hem by geval de wortel van deze plante, die daar stont, in de mond raakte, en wiens sterke kragten hem straks in 't lyf drongen, en zo versterkten, dat hy weder opreez: Het zyn wonderlyke dingen, die wel gebeuren kunnen, maar daar moesten eerst veele gebeurlykheden t'zamensloten of overeenkomen.*

Ik heb deze boompjes omtrent een span hoog, ook zorgvuldig uitgegraven, met de omleggende steentjes, aarde en al, en zo in myn Thuin geplant, tot gerief van de Medicynen, maar schooten langzaam op, en gingen ten laasten uit, vermits 't zyn eige grond wil hebben, en de vazelingen of vezelingen aan de wortelen zyn zo weinig en teer, dat men dezelve in 't uitgraven zeer ligt afbreekt.

Voorts staat ons nog te onderzoeken, of de Accar Lampau, *of* Lampan, *op* Succadana *wasschende, niet mede zodanigen of diergelyken wortel is: Als zynde insgelyks* bleek-

ibidem contra plurimos in usu est morbos: Sic mihi videtur, ac quo modo contra haustum venenum assumatur, videndum est in Capite de *Flore Manillano libr. 6. cap. 45.* Crescit quoque in insula *Tampelaen*, quæ sita est in Boerneos ora argestensi.

Fructus supra memorati *Panawa Pipis* contriti exhibentur illis, qui Spasmo laborant, quorum & cor illinitur.

bleek-geel en bitter, en aldaar tegens veele ziekten in groot gebruik: Immers het schynt my toe van ja, en boeze tegen ingenomen fenyn gebruikt werd, kan in 't Cap. van de Flos Manillanus Lib. 6. Cap. 45. *werden gezien: Zy wast mede op 't Eiland* Tampelaen, *gelegen aan Borneos Noort-West hoek.*

De vruchten van de hier boven genoemde Panawa Pipis *werden insgelyks gevreven, en de gene die de klem hebben ingegeven, als mede op 't hert gestreken.*

EXPLICATIO

Tabulæ Quadragesimæ Primæ,

Quæ exhibet ramum arboris, quæ *Radix Amaroris* a *Rumphio* vocatur, quam puto *Ligni Colubrini* esse speciem, uti id infra latius explicatur.

A. Ejus *fructum* denotat.

UYTLEGGINGE

Van de een-en-veertigste Plaat,

Dewelke vertoont een Tak van de *Radix Amaroris* van *Rumphius*, die van my voor een zoort van *Slangenhout* gehouden wert, zo als hier onder te zien is.

A. Wyst aan deszelfs *vrucht*.

OBSERVATIO.

Hæc arbor sine dubio species est illius, quam in *Thesauri nostri Tab.* 64. exhibuimus, quæque ibi *pag.* 141. vocatur *Ligustrum* foliis ad singula internodia ternis, *Lignum Colubrinum* officinis creditum, cujus flores, fructusque cordati cum hujus arboris fructibus penitus conveniunt; sed ibi sunt racemosi, in hac autem spicati. & folia irregulari ordine progerminant, quum in Zeylanensi terna simul oriantur, cæterum viribus ac sapore conveniunt, utriusque enim vires decantatissimæ sunt contra Venena, omnesque venenosos morbos, febresque malignas, uti latius in *Thes. Zeyl. l. c.* id explicatur, variique de *Ligno Colubrino* auctores, horumque opiniones recensentur.

In *Valent. Amboinæ descript. pag.* 193. nomine Boha-Hati occurrit & in *Tab. no.* XXVIII exhibetur.

AANMERKINGE.

Deze Boom is zonder twyffel een zoort van die geene, dewelke op de 64 Plaat van onze *Thesaur. Zeylan.* vertoont is, en aldaar genaamt wert LIGUSTRUM *foliis ad singula internodia ternis* LIGNUM COLUBRINUM *officinis creditum*; welkers bloemen, en hartvormige vruchten met deze zyn bloemen en vruchten zeer overeenkomen, dog aldaar zyn ze in troffen, en alhier in een air verbeelt, en de bladen staan aan deze boom zonder order, daar in de Zeylonsche altoos drie by elkander te voorschyn komen; verders komen zy in smaak en krachten met elkander over een; want beide der krachten zyn zeer beroemt tegens de venynen, en alle vergiftige ofte quaadaardige ziektens en koortzen, zo als dit verders ook op de aangehaalde plaats in myn *Thesaur. Zeylan.* blykt alwaar verscheide Schryvers en gedagten over het Slangenhout aangehaalt werden.

In *Valent. beschryving van Ambon* wert deze Boom op *p.* 193. onder de naam van *Boha-Hati*, dat is *Hart-vrugt-boom* beschreven, en op de *Plaat No.* XXVIII verbeelt.

CAPUT QUINQUAGESIMUM.

Anisum Moluccanum: Camelan.

Hæc est arbuscula magnitudinis circiter Punicæ, sed ejus truncus est crassior, crus crassus, vel etiam femoris crassitiem habens, corticem gerens scabrum, ex viridi cinereum, paucis incurvisque sese extendens ramis instar Limonelli, quibus divisam efformat comam: Rami pluribus gaudent foliorum pinnis brevibus, quæ folia gerunt fere instar Granati, sed minora, scabriora, & ex nigro viridia, opposita bina, terna & quaterna constituentia paria extremum inpari claudente, quod maximum est, Granatique foliis simillimum, reliqua autem sunt breviora, ad oras parum nec profunde dentata, binaque inferiora minima, ac magis in rotundum desinentia; Contrita hæc folia fortem spirant odorem fere instar Limonelli, sed ingratum magis, ac Coriandi foliis accedentem: Rami plurimis gaudent brevibus ac firmis spinis, unde intractabiles fere sunt, præsertim in junioribus arboribus. Ramulorum extremum terminant umbellæ raræ, paucis, sed longis insidentes petiolis, quæ sese aperiunt in flosculos pentapetalos, albicantes, parumque excavatos instar Lilii Convallii, qui in centro viride gerunt pistillum, quod in fructum excrescit, qui bacca est subrotunda minor grano Piperis, gemina sibi opposita, ex nigro viridis, tuberculosa, instar minimorum Limonellorum, quæ flava separatur vena: Maturi vero hi fructus obscure lutei sunt, ac dein nigricantes, qui sub tenui pellicula semen gerunt nigrum instar Coriandri, cujus odor penitus convenit cum illo Anisi Europæorum, sed sapor deficit, qui in initio itidem est dulcis & anisatus, ac cito perit, nec diu in lingua percipitur, sed in lignosum degenerat: Arbusculæ hujus lignum est solidum, durum, & grave, ex albido in russum tendens colorem.

Nomen.

L. HOOFDSTUK.

De Molukze Anysboom.

Dit is een boompje omtrent zo groot als een Granaatboom, doch met een dikker stam, doorgaans een been, en zomtyds ook wel een dye dik, met een ruige, groen-graauwe schorsse, zig uitspreidende met weinige en kromme takken, gelyk de Limonellus, en daar mede een verdeelde kruin makende. De takken staan vol korte ryskens, en aan dezelve de bladeren: Byna van gedaante als de Granaat-bladeren, doch kleinder, styver, en swart-groen, regt tegens over malkander, met 2. 3. a 4. paren aan een rysken, en een voor uit, het welk 't grootste is, en 't Granaate-blad meest gelyk: zynde de andere vervolgens wat korter, aan de kanten een weinig en wydgezaagt, en de twee achterste de kleinste, midsgaders wat rond toelopende: Gevreven zynde gevenze een sterken reuk van haar, bykans als die van Limonellus, doch onlieffelyker, en de Coriander-bladeren naderkomende: De takken staan vol korte en styve doornen, waaromze ook qualyk te handelen zyn, en bezonderlyk aan de jonge boomen: Aan 't uiterste der ryskens komen kleine en ydele dollen voort, van weinige doch lange stelen gemaakt, en daar op kleine vyfbladige witachtige bloempjes, een weinig hol staande, als 't Lilium Convallium, *in de midden een groen heuveltje vertonende, daar de vruchten uit voortkomen: Zynde dezelve ronde bezien, wat kleinder dan de peper, twee en twee tegen malkander staande, swart-groen, met eenige puntjes bezet, als kleine Lemoentjes, en met een geele ader onderscheiden: De geheel rype werden donker-geel, en daar na swartachtig, onder een dunne schelle hebbenze van binnen een zaad of swarte korrel, als Coriander, welkers reuk geheel en al overeenkomt met de Europische Anys, maar de smaak verschilt: Want dezelve is in 't eerste wel zoet, en mede Anysachtig, doch verdwynt haast op de tong, en werd houtachtig: Het hout is massief, hart, en swaar, uit den witten en wat na den rossen trekkende.*

Naam.

A

Tab. XLII.

Nomen. Latine *Aniſum Moluccanum*, neutiquam ob formam, ſed ob odorem Aniſi ſaporemque, licet Ternatenſium vulgus ſpuria denominatione *Aniſum Caſtela* & *Anys Oetan* h. e. ſilveſtre Aniſum vocent: Amboinenſibus noſtris dicitur *Camela*, quod nomen aliis quoque graviter ſpirantibus foliis tribuunt, atque vulgare eſt. In Java circa Griſſeccam nominatur *Carancang*, & Orientalibus Ceramenſibus *Samirin*, Ternatenſibus vero ipſis *Catti Catti Garo.*

Locus. In Amboina, ac præſertim circa caſtellum Victoriam arbuſcula hæc raro occurrit: Rayas Soya in ſuo hanc plantaverant horto, quam vero mulierculæ decerpendis foliis fructibusque adeo vexaverant, ut tandem periret, ita ut ibi jam ſit ignota: Sponte vero creſcit in montibus nudis ſaxoſisque vel rupibus, tam circa maris litora in Leytimora, quam in aliis quoque ejus tractibus, uti in illo *Oerimeſſing* circa maris rupes *Seri*, ut & in ſaxoſo monte *Ema*, quæ ambo loca in Auſtrali Leytimoræ plaga ſunt ſita, unde arbuſculæ hæ cum ſaxoſa terra effoſſæ huc tranſplantantur: In Java quoque reperitur circa Greſeccam, ſed plurimum in Moluccis, ac præſertim in Ternata, circa *Gammalamma* in locis ſaxoſis, haud procul a litore, item in Cerama Orientali in altis nudisque rupibus, æque in litore ac in montibus.

Uſus. Licet hæc arbuſcula tantum ſpiret odorem, ut ejus ſemen totum, in quo depoſitum eſt, repleat locum, uſus tamen ejus eſt rarus, ſaltem apud Amboinenſes; Horum autem mulierculæ aliquando ejus ſumunt baccas, quas unguento Bobori dicto admiſcent, quo poſt corporis lavationem illud inungunt, ipſarum judicio ob dulcem odorem: Javani ſolebant quoque ejus folia fructusque Bocaſſam addere, ut gratum ipſi concilient odorem; Apud Ceramenſes Orientales non eſt peculiari in uſu, niſi quod lignum ad manubria ſecurium adhibeatur, duritiem enim habet Limonii ligni.

In Java circa Bataviam arbor creſcit magnitudine Limonii, quæ ibi vocatur *Boa Balangan*, Javanis *Cabeſtan*, Portugallis *Folbo d'Anis.* Ejus folia forma, odore & ſapore cum antecedenti conveniunt, magisque Aniſi habent ſaporem, & ore maſticata acria ſunt, eorumque pedunculi ſulcati ſunt, qui ab utraque parte oram gerunt extenſam, unde alati ſunt; Ejus fructus multum differt a priori, magnitudinem enim habet *Bilac Tellor*, inferius latus, ac ſuperius collum gerens anguſtatum, acſi olla foret, unde & tale nomen Malaicenſe fuit ſortitum; Putamen ejus eſt ligneum, uti in Bilaco, viridibus tenuiſſimis albicantibus punctis variegatum, odoremque Aniſi ſpirat; Caro ejus eſt dulcis, gratioremque habet ſaporem quam Bilacus, cujus ſeparatam hic ſiſtimus iconem.

Arbuſculam hanc accurate deſcribam in Auctuario, quum fructus floresque mihi exhibuerit examinandos. Arbuſcula autem cum hac foliatura conveniens reperitur in *Hort. Malab. part.* 4. *Fig.* 14. nomine Malabarico *Tſjeria-Katoe-Naregam*, quæ Portugallis dicitur *Limoins da Folba Cruſado.* Belgis vero *Claver-appels.*

Naam. *In 't Latyn* Aniſum Moluccum, *geenzints na de gedaante, maar na den Anysachtigen reuk en ſmaak, hoewel het de gemeene man in Ternaten met een baſtaart woord* Anys Caſtela *en* Anys Oetan, *dat is wilden Anys, noemt: By onze Amboineezen hiet het* Camelan, *zynde een naam, dieze ook aan andere ſterk riekende bladeren geven, en dienvolgende gemeen is: Op Java, omtrent Grieſſek hiet het* Caraneang, *en by de Ooſt Cerammers* Samirin, *en by de Ternatanen zelfs* Catti Catti Garo.

Plaats. *In Amboina, inzonderheit ontrent 't Kaſteel Victoria werd dit boompje weinig gevonden: De rajas van* Soya, *hadden 'er een hier beneden in hare woninge geplant, doch 't welk de vrouwtjes met afrukken en plukken van blaadjes en vruchten zodanig quelden, dat het ten laatſten uitging, zo dat het aldaar nu onbekent is: Doch van zelfs waſt het op kaale en ſtenige bergen of klippen, zo omtrent de Zee-ſtrand van Leytimor, als een weinig daar van af, gelyk in 't diſtrict van* Oerimeſſing, *omtrent de Zee-klippen van* Seri, *en op 't ſtenige voorgebergte van* Ema, *beide op Leitimors Zuid-zyde gelegen, van waar men de boompjes met de ſteenige aarde uitgraven en verplanten kan. Men vindze ook op Java, omtrent Grieſſek, doch aldermeeſt in de Moluccos, en inzonderheit op Ternaten, omtrent* Gammalamma, *op klippige plaatzen, niet verre van ſtrand, als mede op Ooſt Ceram, op hoge kale klippen, zo wel op ſtrand, als in 't gebergte.*

Gebruik. *Hoewel dit gewas een zo merkelyken reuk heeft, dat het zaad daar mede ook de plaats vervult, daar 't leid, zo heeft het echter een zeer klein gebruik, immers by de Amboineezen: Doch de Amboineeze vrouwtjes nemen zomtyds wel de bezien, en mengen die onder haare Bobori-zalven, waar mede zy naar 't waſſen hun lyf beſtryken, (haars oordeels) om den zoeten reuk. De Javanen plegen ook de bladeren en vruchten onder hare Bocaſſam te mengen, om dezelve een goeden geur te geven. By de Ooſt Cerammers heeft het geen zonderlyk gebruik, als dat het hout tot ſteelen van bylen gebruikt wert: Want het is zo hart, als Lemoen hout.*

Op Java, omtrent Batavia, groeit een boom in de grootte van een Lemoen-boom, aldaar genaamt Boa Balangan, *in 't Javaans* Cabeſtan, *by de Portugeezen* Folho d'Anis; *De bladeren in gedaante, reuk, en ſmaak komen met het bovenſtaande over een, doch de blaadjes ſmaaken ſterker naar Anys, zyn ſcherp in de mont, en haare ſteeltjens zyn gegeut, hebbende ter weder zyde een ſcherpe kant als vleugeltjes. De vrucht verſchilt veel van 't voorgaande, want zy is in de grootte van een* Bilac Tellor, *achter breet, en voor met een ſmalle hals gelyk een potje, waar vanze in 't Maleyts den naam heeft. De buitenſte ſchaal is houtachtig, gelyk aan Bilac, groen met fyne witte ſpikkeltjes, en ruikt mede na Anys. Het binnenſte vleeſch is zoet, en aangenaamer tot eeten dan de Bilac, waar van hier nevens een byzondere figuur te zien is.*

Dit boompje neem ik voor uitvoerlyker te beſchryven in myn Auctuario, wanneer het hier zal bloeyen en vruchten dragen. Een boompje in bladeren met het voorgaande overeenkomende, ziet in Hort. Malabaar part. 4. Fig. 14. *onder den Malabaarſen naam* Tſjeria-Katoe-Naregam, *in 't Portugees* Limoins da Folha Cruſado. *In 't Duits* Claver-appels.

Tabula Quadrageſima Secunda

Arbuſculæ ramum exhibet, quæ *Aniſum Moluccanum* a *Rumphio* vocatur, quod facile dignoſcitur eſſe ex plantarum Umbelliferarum familia, & uti mihi apparet, pertinere ad *Oreoſelini* genus, videturque eſſe ſpecies illius plantæ, quæ *Oreoſelinum Africanum Aniſi folio* a *Tournefortio* vocatur, ex qua *Gummi Galbanum* colligi vulgo putatur, unde & *Galbanifera* a plurimis cognominatur auctoribus, uti id ulterius patet ex *Horti Cliffort. pag.* 69. ubi ad genus, *Bubon Linnæo* dictum, refertur.

NB. In *Rumphii Auctuario* nulla *Boa Bolangan* ulterior mihi obvenit deſcriptio, unde L. B. hac brevi contentos eſſe velim, quam ex adjecta adcurata & eleganti icone facile ſupplere poterunt.

De twee-en-veertigſte Plaat

Vertoont een Tak van een Boompje, het geen *Aniſum Moluccanum*, ofte het *Moluccis Anys* van *Rumphius* genaamt wert, het geen men ligt zien kan, dat tot de *plantæ Umbelliferæ* behoort, en zo 't my voorkomt, tot het *Oreoſelinum*, ſchynende het my toe een zoort te zyn van die plant, die het *Oreoſelium Africanum Aniſi folio* van *Tournefort* genaamt, en een plant is, die de *Gom Galbanum* geeft, waarom ze ook *Galbanum*-draagende doorgaans van de Schryvers toegenaamt wert, zo als breder te zien is in de *Hortus Cliffort.* op *p.* 69. alwaar ze onder het geſlagte, *Bubon* genaamt van *Linnæus*, geſtelt wert.

NB. In het *Auctuarium* van *Rumphius* heb ik geen verdere beſchryving van de *Boa Balangan* gevonden, waarom de goetgunſtige Lezer zig met deze korte dient te vergenoegen, welke hy verder uit de naauwkeurige en nette bygevoegde figuur kan opmaken.

Altera *Anisi Indici* species in officinis nostris occurrit, quæ *Anisum stellatum* vulgo vocatur, quodque ex *Fraxinellæ* genere videtur, saltem eo retulit *Sam. Dale* in *Pharmacolog. p.* 194. Ego autem in Horto Medico hujus generis, uti mihi apparuit, alias observavi species, quæ a *Cl. Commelino* ad *Spiræas* Africanas relatæ fuere, harum enim arbuscularum vascula seminalia omnino cum illis *Anisi stellati* conveniunt, quod si de floribus verum sit, ejusdem omnino sunt generis, quod a *Linnæo Diosma* fuit vocatum in *Hort. Cliffort. p.* 71.

Anisum Moluccanum a *Valent.* in *Amboin. descript. pag.* 194. commemoratur, & in *Tab. no.* XXX. exhibetur.

Een tweede zoort van *Indisch Anys* wert in onze Apotheken gevonden, het geen doorgaans *ster-Anys* genaamt wert, het geen tot het geslagt van de *Fraxinella* zoude schynen te behoren, ten minsten *Sam. Dale* heeft het daar onder gestelt in zyn *Pharmacolog. p.* 194. En ik heb van dit geslagt andere zoorten in onze Hortus Medicus ontdekt, dewelke van de beroemde *Casp. Commelin* onder de naam van *Spiræa Africana* beschreven zyn; deze boompjes dragen zaat-huisjes, zeer met het *star-Anys* overeenkomende, met welke indien de bloemen overeenkomen, zekerlyk tot een geslagt behooren, het welke *Diosma* van *Linnæus* genaamt wert in de *Hort. Cliff. p.* 71.

De *Molukze Anysboom* wert mede by *Valent.* in de beschryving van *Ambon. pag.* 194. vermelt, en op de Plaat No. XXX. verbeeldt.

Tabula Quadragesima Tertia

Exhibet Arboris ramum, quæ *Anisi folium* seu *Foelio d'Anis* a Rumphio vocatur, atque Limonelli species videtur, ad quod genus a *Rayo* in *histor. pl. p.* 1658. ut & a *Pluknetio* in *Almag. pag.* 239 refertur illa, quæ in *Hort. Malab. part.* 4. *Tab.* 14. exprimitur, hoc tamen discrimine, quod hæc flores tantum gerat solitarios, quum illa Rumphii plurimos simul collectos producat flores.

Hujus porro arbusculæ Synonyma & auctores collegi in *Thesaur. Zeylan. p.* 143. ubi *Mal-Naregam. H. Malab. Tab.* 12. *Tom. IV.* ad Limones silvestres pertinet.

De drie-en-veertigste Plaat

Vertoont een Tak van een Boompje, het geen *Anys-bladt* of *Foelio d'Anis* by *Rumphius* genaamt wert, het geen wel een zoort van Liemisjes gelykt, zo als het daar toe ook van *Ray* in zyn *historia plantar. pag.* 1658. en van *Pluknet.* in zyn *Almagest. p.* 239 gebragt is, welke in de *Hortus Malabaric. vierde deel Fig.* 14. mede verbeelt en beschreven wert, doch met dat onderscheit, dat daar maar enkelde bloemen, en hier veele by elkander t'zamen te voorschyn komen.

Van deeze boom zyn de benamingen en Schryvers verders aangehaalt in onze *Thesaur. Zeylan. pag.* 143. alwaar de *Mal-Naregam* van de *Hortus Malabaricus* in het *vierde deel Tab.* 12. verbeeldt, tot de wilde *Zeylonse Liemitjes* behoort.

CAPUT QUINQUAGESIMUM PRIMUM.

Saponaria. Rarak.

HÆc proprie est arbor Javanica, sed quum per transmissa semina in Amboina progerminaverit, hinc & in hoc libro locum etiam obtinet: Arbor ipsa excrescit trunco rectissimo, altissimo, & gracili, qui corticem gerit glabrum & æqualem. Ramos majores habet raros, sed plurimis hi gaudent rachibus striatis, quæ ab utraque parte folia gerunt, ita ut comam constituant densam.

Folia in quibusdam rachibus sunt alternata, in aliis vero opposita, forma & modo crescendi *Caju Cuda* similia, sed minora, quum longitudinem habeant circiter quatuor pollicum, unius vero latitudinem, superius angustata, ad oras æqualia, læte viridia, rubro nervo intermedio donata, saporis ingrati: In junioribus autem arboribus ultra sex pollices longa sunt, longis insidentia petiolis, ad duodecim paria & ultra in singulis, quæ Persicæ folia referunt, in vetustioribus vero arboribus octo vel decem paria singulis rachibus junguntur, impari aliquando extremum claudente, aliquando non: Flores ex ala rachis in ramis progerminant, qui sunt parvi ac pallidi flosculi, quibus subsequuntur fructus, qui plurimi simul dependent racemosi, rotundi, instar globulorum sclopeti, sed paulo majores ac protuberante sulco notati, primo lutei, dein per maturitatem rubentes, qui sub glabra pellicula carnem gerunt paucam, croceam, & mucilaginosam, primo fatuam, sed dein ingratam & linguam acriter vellicantem, in hac officulum reconditur rotundum, durum, ac penitus nigrum, instar globuli puerorum lusorii, glabrum instar machinularum rosarii, in inferiore autem parte parum est striatum: Hujus arboris lignum siccissimum est, & ex variis constructum annulis, instar convolutæ chartæ papyraceæ, quod in medio nigricans habet cor seu medullam: Ejus cortex est succosior, lignoque ita fortiter adhæret, ut non nisi parvis segmentis separari possit; Rami sunt adeo fragiles, ut vento sæpe rumpantur, nec iis insistere quis possit.

Nomen. Latine *Saponaria*, Belgice *Zeep-korrels* ex ejus usu, sic quoque Malaicensibus vocatur *Boa-Sabon*, & Javanis *Rarak*.

Locus. Plurimum in Java crescit, sponte in planis silvis, ibique in altam adsurgit arborem, ejus officula in

LI. HOOFTSTUK.

De Rarak-boom, ofte Seep-korls-Boom.

D*It is een Javaanse boom, maar door overgebragt zaad in Amboina voortgekomen zynde, zo heeft hy mede in dit boek plaats gevonden. Den boom schiet op met een zeer regten, hogen, en ranken stam, hebbende een gladde en effene schorsse: De hooft-takken zyn weinig, maar staan vol dunne wat gestreepte ryskens, en dezelve met bladeren aan wederzyden beladen, zo datze evenwel een digte kruin maken.*

De bladeren staan aan zommige stelen overhants, en aan andere regt tegen malkander over, aan gedaante en manier van wasschen of groeyen, 't Caju Cuda *gelyk, doch kleinder, als zynde wat min of meer als vier duimen lank, en een duim breet, van vooren smal toegespitst, aan de kanten effen, blyd-groen, glad, en met een roode senuwe in de midden, onlieffelyk van smaak, aan de jonge bomen zynde wel over de 6. duimen lank, staande aan lange ryskens by 12. paren en meer aan ieder, gelykende wel na de Persick-bladeren, doch aan de oude bomen staan'er maar 8. en 10. paren aan een rysken, zomtyds met een alleen voor uit, en zomtyds niet: Het bloeizel komt uit den schoot der ryskens aan de takken, zynde kleine bleeke bloempjes, en daar op volgen de vruchten, dewelke veele by malkander hangen, en rond van gedaante zyn als Musquet-kogels, doch wat grooter, en met een uitstekende naad van buiten, eerst geel, en daar na ryp zynde rood, bedekkende onder een effen vliesken, een weinig boog-geel, en slymerig vlees, eerst laf, doch daar na onlieflyk en scherp op de tong, daar binnen in leid een ronden, harden, en pik-swarten steen, als een kleine knikker, glad als Coralen van een Paternoster, doch aan de onderste kant wat gestreept: 't Hout van dezen boom is zeer droog, en van verscheide omwindzelen t'zamengezet, als een opgerolt boek papier, in de midden met een swartachtig hert. De schorsse is wat zappiger, en kleeft zo vast aan 't hout, dat menze niet dan met kleine stukken daar aftrekken kan. De takken zyn zeer bros, en licht door de wint brekende. Ook en kan men daar op niet staan.*

Naam. *In 't Latyn* Saponaria, *in 't Duits Zeep-korrels van haar gebruik, en zo ook op Maleyts* Boa Sabon, *op Javaans* Rarak.

Plaats. *Hy wast meest op Java van zelfs in de vlakke Bosschen, en wert aldaar een zeer hogen boom, de korrels* in

in Amboinam translatæ ibi progerminarunt in altas & graciles instar Abietis arbores, quæ usque in duodecimum annum nondum fructus produxerunt, uti hoc in plurimis obtinet arboribus Javanis, quum anni tempora (uti sæpius dictum fuit) ab hujus regionis temporibus sint diversa.

Usus. Vulgo in Java ejus fructus loco saponis usurpantur ad lintea lavanda & depuranda; si enim hi manibus in aqua conterantur calida, caro exterior mucosa instar saponis spumescit, cujus infusum seu aqua omnes ex pannis tollit sordes: compertum autem fuit hanc carnem nimis acrem & arrodentem esse, ita ut pannos vel lintea sæpius quasi comburat, unde citius pereant, nec ita sint durabilia ac alio modo lota net: Mercatores Chinenses fructus hos siccatos plenis venales adferunt saccis in Orientales hasce regiones, ut loco saponis usurpentur, qui vero non omnibus annis ibi venales prostant: Quidam tentarunt hisce fructibus caput suum lavare, sed experti fuere nimis corrodentes esse, atque capillos inde fluere.

Nigra horum officula inter lavandum integra manent & abjiciuntur, vel flaminibus Æthiopum donantur pro rosariis, si enim poliantur vel tornentur, splendent ac nigrescunt instar ligni Ebeni, licet multo leviora sint: non facile franguntur, ac forti mallei vi vix separantur; Videntur hi fructus convenire, saltem haud multum differunt ab iis, qui in India Occidentali crescunt, tam in Hispaniola, quam in continenti & Guiana, de quibus *Oviedus Hist. gener. & natural. libr.* 9. *cap.* 5. *Nic. Monardus de simpl. Medic. cap.* 65. & *Carol. Clusius libr. exotic.* 2. *cap.* 16. mentionem fecerunt, vocanturque ipsis *Sphærulæ Saponariæ*, & Anglice *Sopæ Berriës*, uno testantes ore carnem eorum externam loco saponis, interna vero ossicula nigra & dura ad rosaria adhiberi, non autem aliquem offendat, quod arboris folia ab ipsis cum Filicum foliis comparentur, quod Hispanicis scriptoribus familiare est omnia talia folia, sive sint longa sive brevia, quæ in longis pinnis per bina paria sunt opposita, cum Filicibus comparare. In Java horum fructuum caro adhibetur ad depuranda ora argentei cujusdam vasis vel operis, si fuerint cœrulei coloris vel commaculata.

Altera talis, cujus cortex similem suppetit usum, qui *Cortex Saponarius* vocatur, & Malaice *Langir*, postea describetur *libr.* 6. *cap.* 73.

Similis *Saponaria arbor* descripta quoque occurrit in *Hort. Malab. part.* 4. *Fig.* 19. nomine *Poerinsji.* Portugallice *Sabaon dos Canarins.* Belgice *Zeep-nooten:* quæ in Bengala quoque crescit.

in Amboina overgebragt, zyn daar wel opgeschoten tot hoge ranke bomen, als sparren, maar hebben in 't 12*de jaar nog geen vruchten willen dragen, gelyk veele Javaansche bomen doen, om dat (gelyk meermaals is gezegt) de Moussonnen, dat zyn jaar-getyden met die van deze landen komen te verschillen.*

Gebruik. *De gemeene Man op Java gebruikt de vrugten in plaats van Zeep, om alderhande linnen daar mede te wassen: Want als menze met de handen in warm water vryft, zo begint het buitenste slymerig vlees als Zeep te schuimen, en welk water dan alle vuiligheit van 't linnen wegneemt, doch men heeft ook bevonden, dat dit vlees wat te scherp is, en 't linnen eenigzints verbrant, waar door 't zo lang niet duuren kan, als het anders wel zoude doen: De Sineeze Koopluiden brengen deze gedroogde vruchten met zakken vol in deze Oosterze quartieren, om te gebruiken in plaats van Zeep, die men aldaar niet alle jaaren bekomen kan. Zommige hebben ook onderstaan met deze vruchten het hooft te wassen, maar bevonden, datze al mede te scherp waren, en 't haair deden uitvallen.*

De swarte korrels blyven in 't wassen geheel, en werden weggesmeten, of aan de Moorze Papen gegeven, om Paternosters daar van te maken, want als menze draait en polyst, dan wordenze zo schoon swart als Ebben-hout, hoewel veel lichter: Zy breken ook niet licht, moetende al met een goede hamerslag getroffen zyn, eer menze van malkander krygt. Het schynt dat deze vruchten overeenkomen, of immers niet veel verschillen van die geene, die in West-Indiën *wasschen, zo op* Hispanjola, *als op 't vaste land, en in* Guiana, *waar van* Oviedus Hist. Gener. & natural, lib. 9. cap. 5. Nic. Monardus, lib. de simplic. Medicam, Capit 65. & Carolus Clusius, lib. 2. Exoticorum, cap. 16. *gewag maken, onder den naam van* Sphærulæ Saponariæ, *en in 't Engels* Sopæ Berriës, *eenparig getuigende, dat men 't buitenste vlees in plaats van Zeep, en de binnenste swarte en harde korrels tot Paternosters gebruikt, doch men moet zig daar aan niet stooten, datze deszelfs bladeren by die van Varen gelyken, om dat het de Spaansche Schryvers in gebruik hebben, alle zodanige bladeren, zy zyn dan lang of kort, die aan lange ryskens in* 2. *ryen tegen malkander staan, by 't Varen kruid te vergelyken. Op Java gebruikt men het vlees van deze vruchten ook om de zilvere kanten, die raauw uitgeslagen zyn, daar mede schoon te maaken.*

Nog een andere boom, van wiens schorsse men ook diergelyk gebruik heeft, genaamt Cortex Saponarius, *en in 't Maleyts* Langir, *vind men hier na beschreven* lib. 6. cap. 73.

Diergelyken Zeep-boom ziet beschreven in Hort. Malab. part. 4. Fig. 19. *onder den naam van* Poerinsji. *In 't* Portugees Sabaon dos Canarins, *in 't Duits Zeep-noten, dewelke men ook in Bengalen vindt.*

OBSERVATIO.

In aliis quoque Indiæ locis *Saponariæ arbores* occurrunt, uti in Zeylana, quæ ab *Herm.* in *Par. Bat. Pr.* & *Mus. Zeyl. p.* 69. vocatur Saponaria arbor, Zeylanica, trifolia, semine Lupini, & in *Thes. meo Zeyl. pag.* 209. recensetur, quæ cum illa *H. Malab.* convenire videtur, ubi in notis alii, & qui a *Rumphio* supra laudati sunt auctores, citantur; reliqua vero vide in *Thes. Zeyl. l. c. Ray tom.* 3. *app. p.* 65. *no.* II. Cum *Rumphii* vero descripta arbore convenire penitus videtur illa, quæ Prunifera racemosa, folio alato, costa media, membranulis utrimque extantibus donata, fructu Saponario. *Sloan. Cat. pl. Jam. p.* 184. ubi plurimos hujus vide collectos auctores. nec non in *S. Dale. Pharmac. p.* 338. & *Hist. Jamaic. vol.* 2. *p.* 131. ubi figuræ *H. Amst. part.* 1. *Tab.* 94. & *Pluknet. Phytogr. Tab.* 217. *Fig.* 7. huic præ omnibus adnumerantur arbori. Saponaria hæc arbor nomine *Rarak-arboris* in *Valent. descript. pag.* 194. occurrit.

AANMERKINGE.

In de andere plaatzen van de Indiën werden verscheide *Zeep-ballen-bomen* gevonden, gelyk onder andere in Ceylon, welke van *Herman* in de *Par. Bat. Pr.* en het *Museum Zeylan.* genaamt wert *Saponaria Zeylanica*, trifolia, semine Lupini, welke in myn *Thes. Zeyl. p.* 209. opgetelt wert, en schynt over een te komen met de Poerinsji van de *Hortus Malab.* in het *vierde deel Tab.* 19. verbeelt, alwaar in de aanmerkingen de Schryvers van onze *Rumphius* vermeldt, mede aangehaalt werden. het overige zie verders in onze *Thes. Zeylan.* en in de *Appendix* van het *derde deel* van *Ray p.* 65. *No.* II. Doch met de Boom, van *Rumphius* beschreven, schynt over een te komen die geene, die by *Sloan. in de Catal.* van de *Jamaische gewassen pag.* 184. vermeldt wert, alwaar zeer veele Schryvers van deeze boomen aangehaalt en vermeldt werden. als mede in de *Pharmac.* van *Sam. Dale p.* 338. en in de *Historie van Jamaica tweede deel pag.* 131. alwaar de *Figuuren* in het *eerste deel* van de *Amsterd. tuyn Tab.* 94. en die van *Pluknet.* in zyn *Phytogr. Tab.* 217. *Fig.* 7. aan deze boom werden toegeeigent. Deze *Zeep-ballen-boom* wert mede by *Valent.* in de beschryving van *Ambon. pag.* 194. onder de naam van *Rarak-boom* vermeldt.

CAPUT LII.

CAPUT QUINQUAGESIMUM SECUNDUM.

Pharmacum Sagueri: Oebat Sagueer: Sesoot.

HÆc arbor est alta & silvestris, sed inter aromaticas quoque referri potest, ob quotidianum radicum suarum usum, quibus vulgaris potus *Sagueer* dictus præparatur: Non admodum extensam gerit comam, sed elegantem & bene ordinatam, quæ folia ac ramos gerit densos instar majoris Caryophylli arboris, ejus autem truncus plerumque adeo crassus est, ut eum vix ulnis amplecti liceat: In binas dividitur species; in feminam nempe seu *Pharmacum Legitimum*, & alteram *Pharmacum Limonicum* dictam. Harum autem primam describemus *Pharmacum Legitimum* seu *Feminam*, *Oebat Sagueer* dictam, quæ usitatissima est.

Ramulos ac raches (uti dictum est) gerit densas, sed regulari ordine locatas. In ramis enim primo foliorum raches seu ramuli erecti & oppositi, quatuor vel quinque foliorum paribus constantes, non vere cruciformes uti in Caryophyllo arbore, sed sine ordine, licet quidam crucem etiam efforment, inque his aliæ minores locantur tenues sed firmæ raches, quæ sese iterum in alias minores dividunt, quarum plurimæ sunt cruciformes. In istis rachibus tam majoribus, quam minoribus folia quoque regulari ordine sunt opposita brevibus insidentia petiolis, in longioribus ramulis sex septemve paribus constantia, in brevioribus vero binis ternisve, atque ubi raches minores concurrunt, sub singula tali minori rachi minus locatur folium.

Folia quodammodo Caryophylli folia referunt, hoc tamen discrimine, quod plerumque sint breviora, nec inferius ita angustentur ac in Caryophylli foliis, & superius in longum apicem desinant, sunt autem scabra, glabra, & splendentia, quatuor vel quinque pollices longa, binos lata digitos, obscure sæpe virentia, ac superius tam glabra, ut nullæ ibi appareant venulæ protuberantes, atque nervus intermedius sulcum quodammodo ibi efformat, ab inferiore vero parte plurimæ tenues ac parallelæ conspiciuntur venulæ, oblique ad anteriorem excurrentes partem (quæ in Caryophylli foliis arctiores magisque transversales sunt) ad oras autem æqualia sunt hæc folia. Horum sapor est subtilis, amaricans, sed debilis, ingratus, & sub finem acidulus.

Flores nondum apparuerunt, atque tam raros gerit fructus, ut plurimis incolis, immo talibus, qui quotidie hujus arboris radices eruunt, fere sint ignoti, cujus caussam puto esse, quod ob arborum altitudinem, viridemque suum colorem inter obscure nigricantia folia vix dignosci possint, ac deinde, quod hæ arbores continua radicum spoliatione quasi castrentur, unde nullos proferre possunt fructus; unde & hi non inveniuntur nisi in talibus arboribus, quæ longe distant & ulnæ crassitiem habent, & ab effossoribus vix vel raro vexatæ fuerunt: Fructus autem ejus formam habet incurvi cornu vel in conum desinentis sacci, qui binos circiter pollices longus est, digitum latus, ac fere rotundus vel parum compressus, planus, & ventricosus, ab una parte juxta longitudinem sulcatus, est porro viridis & mollis, si tangatur instar inflati sacculi: Intus officulum reconditur planum instar decorticati Canarii, tenui albicante primum ac dein fusca pellicula tectum, sub quo flavescens & oleosa medulla seu pulpa reconditur, qualis est illa *Bintangor*, nullam vero peculiarem habet saporem, nisi quod paululum amaricet: Officulum hoc seu nucleus est quoque gibbosus & ab una parte umbilicatus, fere instar pisi vel fabæ, in qua pelliculæ radii quasi in uno centro concurrunt, ubi & brevis durusque apex conspicitur instar hili. Inter hunc nucleum & exteriorem viridem corticem liquor reconditur viscosus, & semipellucidus instar Terebinthinæ: Fructus hi plurimum obscure virent, vel paululum tandem flavescunt in inferiore eorum parte, ubi & per maturitatem dehiscunt, istumque emittunt nucleum, qui in terram prola-

LII. HOOFTSTUK.

De Sesoot-Boom.

Dit is een hooge en wilde boom, doch kan mede onder de specery achtige plaats krygen wegens het dagelyks gebruik van zyne wortelen, waar mede den gemeenen drank werd toebereit: Hy heeft geen geheel breede, maar een welgeschikte en cierlyke kruin, dicht van loof en takken, gelykende wel een groote Nagel-boom, en den stam is in 't gemeen zo dik als een man omvademen kan: Men verdeeld hem in twee zoorten, die in gedaante weinig van malkander verschillen, te weten; 1. wyfken, of Pharmacum Legitimum, *en* 2. Pharmacum Limonicum, *en waar van wy* Pharmacum Legitimum, *of het wyfken van* Oebat Sagueer *eerst zullen beschryven, als zynde het gebruikelykste.*

Hy heeft, als gezegt, zyn kruin vol takskens, of ryskens, meest in een geschikte ordre staande: Want aan de takken ziet men voor eerst de ryskens na boven, en regt tegens malkander staan, met vier en vyf paaren, niet regt in 't kruis, gelyk aan de Nagel-boomen, maar zonder order, hoewel zommige ook in 't kruis staan, en aan deze staan weder andere kleindere, dunne, en styve ryskens, die zig al wederom in andere kortere verdelen, en meest alle in 't kruis staan: Aan de voornoemde ryskens, zo groot als klein, staan de bladeren mede tegens malkanderen geschikt in rygen, en op korte steeltjes, aan de langere ryskens met 6. en 7. paaren, en aan de kortere met 2. en 3. paren, en daar de ryskens t'zamen stoten, staat onder ieder rysken nog een kleinder blad.

De bladeren gelyken eenigzints na de Nagel-bladeren, doch met dit onderscheit, datze doorgaans korter zyn, en achter zo smal niet toelopen als de Nagel-bladeren, midsgaders van vooren een lange spits hebben, zy zyn styf, glad, en glimmende, 4. en 5. duimen lank, 2. vingers breet, swart-groen, en aan de boven zyde zo effen, dat men aldaar geen aderkens ziet uitbuilen, ook maakt 'er de middel-zenuwe slegts maar een groeve, doch aan de onderste zyde ziet men veel fyne en paralelle adertjes, wat schuins na voren lopende, (zynde aan de Nagel-bladeren wat dichter, en meerder dwers lopende) voorts met effene kanten: De smaak is subtyl bitter, doch slap, onaangenaam, en in 't einde wat ryns.

Het bloeizel heeft men nog niet gezien, en hy draagt ook zelden vruchten, zo datze by de meeste Inlanders, ja zelve by de gene, die zyne wortelen dagelyks uitgraven, by na onbekent zyn, en waar van ik de oorzaak eensdeels gisse te zyn, om datze, wegens de hoogte der bomen, en groene koleur, tusschen dat swart-groene loof, qualyk te bekennen zyn, en ten anderen om dat de bomen door het gedurig uitgraven der wortelen eenigzints als gelubt werdende, geen vruchten kunnen voortbrengen: Weshalven men 'er ook niet en vind, dan aan bomen die geheel verre van de hand staan, en wel een vadem in den omloop dik zyn, midsgaders van de uitgravers niet of zelden bezogt werden. Deze vrucht dan gelykt wel een krommen hoorn, of spits toelopend zakje, zynde ongeveer 2. duimen lank, een vinger breet, en schier rond, of als een weinig plat gedrukt, met een buik aan de eene zyde, en langs dezelve eene naad: Voorts gras-groen, en welke in 't aantasten als een opgeblazen zakje is: Van binnen leid een platte korrel, als een geschelde Canary, *met een dun, eerst wit, en daar na bruin vliesken bekleet, en daar onder een geelachtige en Olyachtige heeft, als die van* Bintangor, *van geen zonderlinge smaak, als alleen een kleine bitterheit: Deze korrel is mede wat bultig, en heeft aan de eene kant een navel, als een boon, alwaar de stralen van 't vliesken als in een middelpunt te zamen stoten, en men ziet 'er ook een kort en hard spitsken aan: Tusschen deze korrel en de buitenste groene schel, leid een lymachtige en half doorschynende vogtigheit als Terpentyn: Zy blyven meest donker-groen, of werden ook wat geel op den buik, alwaarze dan eindelyk openbersten, en hun voornoemde binnenste korrel laten uitvallen, dewelke dan de aarde rakende, een*

labens novam progerminat arbusculam: Trunci cortex rugosus est, & ex nigro virens, in ramis vero est glaber & ruffus.

Hujus arboris radices solæ fere expetuntur, unde sapiens naturæ Creator illas haud profunde sub terra abscondit, plurimum enim sub rugosa tantum terræ parte sinuosæ decurrunt, hinc inde etiam protuberantes, immo ultra extensam arboris comam, ita ut facillime sint eruendæ, atque ubi ita protuberant, nodosam efformant substantiam: Harum radicum cortex est satis crassus, ex ruffo luteus, ubi terra obtegitur, fragilis porro est, & si incidatur, substantia sicca sese offert instar Sulphuris, sapor autem amaricat cum notabili adstrictione, ubi vero e terra sese erigit, cortex hic est tenuis, quum sub terra sit crassus. Trunci lignum est pallidum, sed siccum flavescit; si fuerit cæsum, ad radices vero magis luteum gerit colorem, nec durum est, & facile contunditur, hujus amarities major est quam corticis.

Pharmacum Limonicum, seu altera species *Mas* dicta, a præcedenti adeo parum differt, ut adspectu vix dignosci vel distingui possit, ramuli enim ac folia eodem locantur ordine, sed non ita semper opposita ac in priore, folia quoque eandem habent formam, excepto quod sint angustiora, longiora, & tenuiora, magisque acuminata; Ramorum cortex non est ruffus, sed cinereus, in trunco quoque cinereus est, sed glabrior & tenuior, æque in trunco ac in radicibus, non ultra culmum crassus, nec substantia illa flava & sulphurea est adeo copiosa ac in præcedenti. Sapor quoque maxime differt, qui in mare magis amaricat & accedit ad Limonum corticem, ita ut optimus differentiæ character, quo hæ arbores distinguuntur, consistat in corticis crassitie & sapore. Unde effossores non ad arborem, sed ad radices attendunt, quæ in mare etiam non profunde terram petunt, sed hinc inde nodosæ supra illam elevantur, & plerumque non ita crassæ sunt vel ruffæ, tam in ligno quam in cortice: Arboris lignum magis albicat, durius est, & solidius, unde & usui mechanico magis inservit. Ejus fructus brevior est & rotundior fere instar minoris Pruni, viridis quoque, ac ejus liquor non ita viscosus est, odorem gerens florum *Canangæ*: Officulum ejus est magis pallidum, fuscum, brevius, & crassius, sed simul sinuosum & umbilicatum, seu hilo notatum uti in faba, haud male referens aureliam Bombycis: Utriusque speciei fructus mense Aprili apparent, in mare frequentiores quam in femina, quum ejus radices minus eruantur, officula prolapsa sub arboribus magna progerminant copia, in arbusculas excrescentia.

Nomen. Prima species vocatur *Pharmacum Sagueri Legitimum* Latine, in Lingua vero Amboinica, & Malaicensi *Ubat Thuni*, in Hitoe vero *Sefoot* & *Sesoat*, quod generaliter omne denotat, quo Saguerus, similisque potus amarus fit & potabilis: In Leytimora aliisque locis dicitur *Alat* & *Ay-Alat*, *Malul*, *Malun*, & *Malu*, hæc autem species proprie Amboinensibus vocatur *Ay-Alat Wabba*.

Altera species dicitur *Pharmacum Limonicum*, Malaice *Ubat Lemon*, Amboinice *Ay-alat Aussy*, dum illarum radicum sapor ut & Sagueri, cui infusæ sunt, ad Limonum cortices accedat. Circa denominationem maris & feminæ inter me & incolas magna est controversia. Primam speciem feminam dixi, quum corticem gerat ac lignum mollius, illi autem pro mare hanc habent, & e contrario alteram speciem feminam putant esse, sed non operæ pretium est, ut de ea disputemus re.

Locus. Hæc arbor plurimum crescit in Amboina, non autem in omnibus ejus locis, sed tantum in Hitoes montibus, longe a litore, in altis & silvestribus locis, e quibus Tiffadores ejus radices non sine magno labore deducunt, quæ enim sunt propinquiores, multo earum usu jam diu sunt illis destitutæ, unde longe e montibus prætendæ sunt: hoc autem commodum adfert hæc arbor, quod late & copiose suas proferat radices, harum autem arborum optimæ & plurimæ crescunt circa pagum *Xuli*.

een nieuw boompje voortbrengt: De schorsse des stams is rimpelig en swart-groen, maar aan de takken effen en ros.

De wortelen zyn by na alleen, het gene dat men van, of aan dezen boom zoekt, en daarom heeftze de wyze natuur niet diep onder de aarde willen verbergen, want zy loopen meest langs onder de ruigte heen, of met bochten daar onder, en hier en daar boven uitbultende, ja zelfs buiten het bereik van des booms kruin, zo dat menze gemakkelyk uitgraven kan: En daarze zodanig uitbuilen, makenze ook knoesten van een warrige substantie: de schorsse van deze wortelen is redelyk dik, en ros-geel, daarze de aarde bedekt, voorts bros, en als men daar in snyt, zo komt daar een geele droge substantie als swavel uit, zynde bitteragtig van smaak, en met een merkelyke zamentrekking, dog daarze boven de aarde uitpuilt, isse dun, maar onder de aarde dik: Het hout des stams is bleek, dan besterft straks geel, als men daar in kapt, aan de wortelen is het wat geelder, niet hard, maar laat zig ligtelyk in stukken kloppen, en de bitterheit is daar in merkelyker of meerder dan in de schorsse.

De Pharmacum Limonicum, *of anders het Manneken van dit geslagt, verschilt, als gezegt, van dit voorgaande zo weinig, dat menze in 't aanzien qualyk onderscheiden kan, want de ryskens en bladeren staan in dezelfde order, doch zo precies niet tegens malkander, als aan 't vorige, de bladeren hebben ook het zelfde fatzoen, behalven datze wat smalder, langer, en dunder zyn, en ook een langer spits hebben, de schorsse der takken is niet ros, maar graauw: Aan de stam is zy mede graauwer, en effender, ook doorgaans dunner, zo wel aan de stam als aan de wortelen, te weten niet boven een stroo-halm dik, en daar komt zo veel geele swavelachtige stoffe niet uit, als uit het vorige. De smaak verschilt ook merkelyk, zynde in dit Manneken bitterder, en na Lemoen schellen trekkende, zo dat de beste kenteekens, waar mede men deze bomen onderscheiden kan, bestaat in de dikte der schorssen, en in de smaak: Weshalven de uitgravers niet na de boom, maar na de wortelen zien, en dewelke van 't Manneken mede niet diep onder de aarde lopen, ook hier en daar met knoesten uitbuilen, maar zyn doorgaans zo dik en ros geel niet, nog van hout, nog van schorsse: Het hout is mede witter, harder, en massiver, en dierhalven, tot den huisbouw meer bequaam: De vrucht is wat korter en ronder, bykans als een pruimpje, ook gras-groen, en de binnenste vogtigheit is min lymachtig, riekende he. scheidentlyk na de bloemen* Cananga: *De binnenste korrel is bleker, bruin, korter, en dikker, midsgaders bogtig, en met een navel als een boon, gelykende niet qualyk een tonnetje van een Zyworm: De vruchten van beide deze zoorten ziet men in April, en dan 't manneken meer dan aan 't voorgaande, of 't wyfjen, om dat zyne wortelen minder uitgegraven werden, de uitgevallen korrels ziet men onder de bomen in menigte opgeschoten, en tot jonge boompjes geworden.*

Naam. *De eerste zoorte hiet* Pharmacum Sagueri Legitimum, *in 't Latyn, in 't Amboins en Maleyts* Ubat Thuni, *op Hitoe* Sefooten, *en* Sesoat, *'t welk in 't generaal alle dingen beduid, waar mede men de Sagueer en diergelyke drank bitter en drinkbaar maakt: Op Leitimor, en andere plaatzen hiet by* Alat, *en* Ay-Alat, Malul, Malun, *en* Malu, *doch in 't byzonder wert deze zoorte in 't Amboins* Ay-Alat Wabba *genaamt.*

De tweede zoorte hiet Pharmacum Limonicum, *op Maleyts* Ubat Lemon, *op Amboins* Ay-alat Aussi, *dewyl den smaak van die wortelen, en van den Sagueer daarze in gedaan zyn, na de Lemoen-schellen trekt, omtrent de naam van manneken, en wyfken is tusschen my en de Inlanders al vry wat verschil: De eerste zoorte heb ik het wyfken genaamt, om datze weeker van schorsse en hout is, maar zy houdenze voor het manneken, en ter contrarie de tweede zoorte voor het wyfken, doch 't welk geen disputerens waard is.*

Plaats. *Deze boom wast meest alleen op Amboina, en dat nog niet op alle deszelfs plaatzen, maar alleenig in 't Hitoeeze gebergte, verre van strand, in hoge wilde bosschagien, daar de Tiffadoors zyne wortelen niet zonder groote moeite moeten van daan haalen, want die digt of na by staan, zyn door 't veel gebruik al lange uitgegraven, en men moet nu daarom heel verre in 't gebergte gaan: doch dat voordeel is 'er by, dat den boom zyne wortelen zeer verre verspreid, en men 'er veele van eenen boom hebben kan, staande omtrent het dorp* Xuli *wel de meeste en mooiste.*

Ubat Lemon in Leytimora quoque crescit circa *Caju Puti* silvas, ac plerumque in summis montibus.

Usus. Hujus arboris radices tantum sunt in usu, & plurimum primæ speciei, seu feminæ, licet altera species majori in copia, & locis propinquioribus crescat, Tissadores maximas effodiunt radices brachium vel crus crassas tali modo, ut arborem non omnino ipsis orbent, sed hinc inde unam alteramve tantum cædunt, ne pereat ipsa arbor, illumque locum rubra & pingui terra, quæ ibi obvia est, tegunt, ut novas ibi emittat radices, ultimis vero annis invidia & avaritia Tissadorum hæ arbores ita sunt emaciatæ & inminutæ, ut raro occurrant, & ex longinquis *Capabæ* & *Wayæ* montibus altioribus petendæ sint.

Supra libro primo de Saguero potu monuimus, hunc ex arbore recenter destillatum gratum & dulcem esse liquorem, sed simul insalubrem, si quotidie usurpetur, hinc natura has videtur produxisse radices, hominesque edocuisse illas ad hunc adhibere potum, per quas grata quoque inprægnatur amaritie, adstrictione, & calore, unde & ventriculo multo salubrior est, meliusque conducit. Quod porro ad illarum usum attinet modumque præparandi; hujus arboris radices eliguntur in frusta semi pedis vel paulo longiora cæsæ, quæ in minores finduntur partes ad digiti crassitiem vel paulo tenuiores, quæ supra lapidem contunduntur parum, quo fit, ut plurima corticum pars separetur, quæ in fasciculos colliguntur pedem crassos, quorum unus alterve infunditur vasi *Tampajang* dicto, quod repletum est dulci Saguero potu, unde hic liquor mox parum effervescit, qui crassior inde fit, magisque albicantis coloris, atque inter sex octove horas omnem inbibit amaritiem, austeritatem, modicumque calorem, tumque hic potus usui aptus censetur, ita ut Saguerus hic potus, uti suo dictum fuit loco, omnem suam vim ac virtutem ex hac concipiat radice: Ubat Lemon radices non eliguntur nisi defectu Ubat Tuni, quia non modo sunt duriores ac præparatu difficiliores, sed etiam Saguero Limonum amaritiem conciliant, ipsumque magis fatuum minusque gratum reddunt, quique per tres dies conservari, ni acescat, nequit: Oebat Tuni diu quoque integræ & bonæ servari possunt, si solo recondantur sicco atque umbroso, immo etiam trans mare in alias transvehi possunt regiones, ut arborei potus amari reddantur & conserventur, si earum extremitates argilla obducantur: Quidam etiam has infuderunt cerevisiæ vulgari saccharatæ, loco *Amaræ Indiæ* seu *Margosi*, qui comperti fuerunt inde esse calidiorem stomachoque melius conducentem.

Coescoenses, hujus arboris fructus amatores, illos comedunt, unde & hæc quoque arbor rarior: Saguerus autem cum Oebat Lemon præparatus facilius in acetum degenerat, quam cui Oebat Thuni est infusum.

Vetustæ & dejectæ arbores, sed plurimum Oebat Lemon, lignum dant pallidum, tenuibus constans fibris, & durum, optimo *Cofassu* simile, quod admodum durabile est, ac proinde maxime expetitur ad postes majorum ædium.

Het Ubat Lemon *vind men mede op Leitimor omtrent de Bosschen van* Caju Puti, *en gemeenelyk op of in het ftylste der bergen.*

Gebruik. *Van dezen boom zyn alleen de wortelen in gebruik, en dat meest van de eerste zoorte, of het Wyfjen, hoewel de tweede zoorte in meerder quantiteyt, en digter by der hand te vinden is. De Tissadoors graven de grootste wortelen van een arm of been dik, zoodanig uit, datze den boom niet geheel en berooven, maar kappender hier en daar maar een of twee, op dat hy niet kome uit te gaan: dekkende dan de plaats met roode en vette aarde (gelyk men aldaar heeft) wederom toe, om daar in nieuwe wortelen te schieten, doch in deze laatste jaaren zyn door nyd en gulzigheit van de Tissadoors deze bomen zodanig vermindert en uitgemergelt, dat men 'er weinig meer vinden kan, en zy moeten nu al vry verre in 't hooge gebergte van* Capaha, *en* Way *lopen, om die aan te treffen.*

*Nu hebben wy hier boven in 't eerste boek van den Sagueer gezegt, dat die drank, zoo alsse van de bomen komt, wel lieffelyk en aangenaam zoet, maar ook met eenen ongezont is, om dagelyks te drinken: en daarom schynt het, dat de natuur deze wortelen voortgebragt, en de menschen geleert heeft dezelve in die drank te gebruiken, en waar doorze ook een aangename bitterheit, zamentrekking, en warmte bekomt, en gevolgelyk voor de maag veel gezonder en dienstiger wert. en wat nu wyders het gebruik aangaat, of eigentlyk de maniere van toebereiding, men neemt de wortelen, die in stukken van ½. voet of wat langer gekapt zyn, en klooft dezelve weder in kleine stukjes, in de dikte van een vinger, of wel wat dunder, en deze kneust men dan een weinig op een steen, waar door de meeste schorsse daar afspringt, en dan bind menze in bondeltjes van de dikte als een been, waar van men der een of twee in een pot (*Tampajang *genaamt) vol zoete Sagueer doet, en daar dien drank straks een weinig van begint te koken, werdende voorts dikker, en witter van coleur, en binnen 6. of 8. uuren alle de bitterheid, wrangigheid, en matige warmte uit de gemelde wortel trekkende, en dan acht men dien drank tot het gebruik eerst bequaam te wezen, zo dat de Sagueer, gelyk ook op zyn plaats gezegt is, alle zyne kragt en deugt van deze wortel verkrygen of bekomen moet. De wortelen van* Ubat Lemon *neemt men niet dan by gebrek van Oebat Thuni, dewylze niet alleen harder en moeyelyker te kloppen zyn, maar ook de Sagueer een Lemoenachtige bitterheit mededeelen, ook den zelven laf, en min aangenaam maken, konnende geen drie dagen zonder zuurte bewaart werden: De wortelen van Oebat Thuni kan men ook lange goet houden, als menze begraaft in een droge grond, en schaduwachtige plaats, ja ook over Zee na andere Provincien vervoert, om boomdranken mede bitter te maken, als men de einden met wat klei besmeert: Zommige hebbenze ook in 't gemeene zuikerbier gedaan, in plaats van* Amara Indica, *of* Margosi, *en bevonden dat het warmer, en voor de mage gezonder was.*

De Coescoezen eeten de vruchten ook zeer gaarne, 't welk de schaarsheit dezer boomen nog te groter maakt: en wert den Sagueer die met Oebat Lemon toebereit is, ligter tot Azyn gebragt, dan met Oebat Thuni.

De oude en omgevallene bomen, doch wel meest die van Oebat Lemon, hebben een bleek, fyn, en hard hout, het beste Cofassu *gelyk zynde, zeer durabel, en dienvolgende veel gezogt wordende tot stylen van groote huizen.*

EXPLICATIO

Tabulæ Quadragesimæ Quartæ,

Quæ ramum exhibet Sesoot-arboris, quæ *Pharmacum Sagueri* a *Rumphio* vocatur.

A. Est *folium Oebat Tuni* dicti.
B. *Folium Oebat Lemon.*
C. *Fructum* denotat.
D. Ejus *Officulum.*

OBSERVATIO.

Arbor hæc in *Valent. descript.* nomine *Sesoot pag.* 193. occurrit, & *Tab. No.* XXIX. exhibetur.

UYTLEGGING

Van de vier-en-veertigste Plaat,

Dewelke vertoont een Tak van de Sesoot-boom, *Pharmacum Sagueri* van *Rumphius* genaamt.

A. Wyst aan een bladt van *Oebat Tuni* genaamt.
B. Een bladt van de *Oebat Lemon.*
C. Verbeeldt een *Vrucht.*
D. Deszelfs *Kern.*

AANMERKING.

Deze boom komt by *Valent.* voor onder de naam van *Sesoot-boom pag.* 193. en wert op de plaat *No.* XXIX. verbeelt.

CAPUT LIII.

A
B
C
D

CAPUT QUINQUAGESIMUM TERTIUM.

Capraria. Caju Cambing.

ARbor hæc hominis habet craſſitiem, paucos gerit majores ramos, qui plurimum eriguntur, & in eorum ſummo ſine ordine plurimæ excreſcunt raches longæ quæ virides, ex rotundo ſtriatæ, & ad ramorum ortum nodoſæ ſunt, ubi facile rumpuntur; Hiſce folia inſident per octo decemve paria, illis *Boarau Oetang* adeo ſimilia, ut vix ab iis dignoſci poſſint; ſunt enim quoque quinque vel ſex pollices longa, binos & binos cum dimidio lata, inferius rotunda, ſuperius acuminata, multis parallelis coſtis pertexta, & piloſa inſtar illorum *Boarau*, ſunt autem molliora, tenuiora, magisque ad tactum lanuginoſa, tam folia quam ramuli, racheſque præſertim in junioribus arboribus, ita ut ex ſerico videantur conſtructa; Hujus folia non ſunt acida, uti in Boarau, ſed ſapor illorum eſt fatuus ac ſiccus, cum parva adſtrictione, ad oras tenuiſſime ſerrata ſunt, quod autem in vetuſtioribus vix apparet, aliquando per paria tantum locantur, aliquando inpar extremum claudit: Major nervus non directe per medium tranſit, ſed ad anteriores oras magis accedit, unde pars inferior ſemper eſt latior, ejuſque nexus ad petiolum rotundior eſt magisque protuberans, inſtar foliorum *Solani*. Superiora folia plerumque ad ſuum ortum aliud minus, tamquam auriculam ſeu laciniam gerunt, & juniora folia rubent.

Nullos flores fructuſque ego nec alii umquam in hac obſervavimus arbore, licet Hoehoenenſes prædicent, in ſua patria ſponte creſcentem hanc aliquando fructus produxiſſe inſtar Gnemonis: Rami ejus ſunt fragiles, intusque repleti medulla ſicca & fungoſa: Trunci cortex ſatis craſſus eſt, externe rugoſus ac ſcaber, ex nigro viridis, ſuccoſus admodum, & viſcoſo repletus liquido inſtar Papedæ glutinoſo, qui demum in Gummi exſiccatur ſine notabili odore, ac parum modo reſinam *Nanarii* ſpirat. Hujus corticis ſapor eſt dulcis inſtar mollis Junioris Calappæ putaminis: Lignum eſt album, molle, & inutile, brevique putreſcit, ſi pluviæ exponatur. Propagatur hæc arbor per ramos, ſed plurimi illorum marceſcunt, ac pereunt, unde alii præferunt, non ita recens cæſos terræ eſſe committendos, ſed per aliquot dies in umbroſo deponendos loco, donec ſponte gemmas emittant, ac tum demum terræ eſſe demandandos.

Nomen. Latine *Capraria*, Malaice *Caju Cambing*: Amboinice *Aybibi*; quidam autem putant tria hæc nomina ipſi eſſe inpoſita, quum capræ ejus folia tam avide expetant.

Locus. In Amboina non multum obvia vel nota eſt, in quorundam enim hortis tantum occurrit circa ædes plantata, ubi per ramos propagata eſt & deducta ex Plo-Tiga, quæ tres ſunt parvæ inſulæ ſcopuloſæ & ſitæ ante Hitoes oram, ubi hæ arbores ſponte creſcunt, ut & in Hoehoenenſium regione.

Uſus. Plurimum in hortis colitur, quum ejus cortex expertum ſit remedium in Dyſenteria, in qua inteſtina jam ſunt exulcerata, qui ſequenti præparatur modo. Hujus corticis ex arboris trunco desquamati pars ſumitur palmam longa & lata, cum quarta junioris Calappæ parte, qui parum contunditur & aquæ incoquitur cum manipulo *Pangaga*, paucisque foliis *Daun Cucuran*, donec dimidiæ aquæ pars fuerit conſumpta, quæ transcolatur, hujuſque bis de die hauſtus ſumitur, ſed cavendum eſt omnino tum temporis a lardo: Quidam huic potioni admiſcent ſaccharum, ſi nimis amara ſit, quod autem inprobo, quum tum potus eſt magis nauſeoſus, meliusque eſt, ſi *Cucuran* omnino omittatur. Idem hic cortex ſolus aquæ incoctus & propinatus, diſſolvit, & tenacia pectoris phlegmata expectorat: arbor hæc præterea aliis quoque abdominis morbis inſervit & conducit. Juniora ejus folia cibo inſerviunt & ad Sayor adhibentur. Inferioris trunci lignum eſt ſatis durum ac ſtriatum, operi

LIII. HOOFTSTUK.

Geite Boom.

DEzen boom heeft de dikte van een man, en weinig hooft-takken, die ook meest overeind staan, en aan 't uitterste der zelve, rondom en zonder order, veele lange, groene, en regte ryskens, uit den ronden wat gestreept, en met knietjes aan de takken staande, doch daar ze licht af te breken zyn; Aan dezelve staan de bladeren regt tegen over malkanderen by 8. *en* 10. *paar, die van de* Boarau Oetang *zo gelyk, datze daar van qualyk te onderscheiden zyn, want zy zyn mede* 5. *a* 6. *duimen lank,* 2. *en* 2½. *breet, achter rond, en in een lange spits uitlopende, met veele parallele ribben doortogen, en haairig, gelyk die van de Boarau, maar veel slapper, wolachtiger, en zagter in 't aantasten, zo wel de bladeren, stelen, als ryskens; en inzonderheit die van de jonge boomen, zo datze als van laken schynen gemaakt te wezen: Ook en is in deze bladeren geen zuurte, gelyk in de Boarau, maar wel een laffe en droge smaak, met een kleine zamentrekking, aan de kanten zynze zeer fyn gezaagt, doch 't welk men echter aan de oude heel qualyk bekennen kan, staande zomtyds met paren, en zomtyds een alleen voor uit. De groote zenuwe gaat niet regt door de midden, maar leid de voorste randen altyd wat nader, en waar door de achterste helft altyd breder is, en haar bil loopt by den steel wat ronder, en verder uit, gelyk die van de* Solana *doen; de voorste bladeren hebben ook gemenelyk by haren oorspronk nog een kleinder blaadje, als een lapje, en de jonge bladeren zyn rond, en licht bruin.*

Geen bloeizel, nog vruchten heb ik, en andere met my, coit aan dezen boom kunnen zien, hoewel de Hoeboenezen voorgeven, dat by, op haar Land in 't wild wassende, zomtyds vruchten als Gnemon *voortbrengt. De takken zyn mede bros, en hebben van binnen een droog voos merg: De schorsse des stams is redelyk dik, van buiten ruig, en swart-groen, zeer zappig en vol lymachtige vochtigheit, als* Papeda *vast klevende, doch ten laatsten in een Gom opdrogende, zonder merkelyken reuk, en die maar een weinig na 't hers van* Nanari *trekkende. De smaak van deze schorsse is zoetachtig, gelyk de weke schaal van een jonge Calappus. 't Hout is wit, week, en ondeugende, en verrot in 't kort, als 't in de regen leid, men verplant het met zyne takken, doch die gaan nog al meest uit, weshalven zommige oordelen dat het beter zy, dat men de vers afgekapte zo datelyk niet verplant, maar eenige dagen aan een lommerachtige plaats op de aarde laat leggen, tot datze van zelfs komen uit te botten, en als dan eerst in de aarde zet.*

Naam. *In 't Latyn* Capraria, *op Maleyts* Caju Cambing: *Op Amboins* Aybibi, *en zommige willen zeggen, dat deze drie namen hem gegeven zyn, om dat de Geiten zyne bladeren zo gaarne eeten.*

Plaats. *In Amboina is by weinig bekent, en men plant hem maar in zommige hoven, omtrent de huizen: Aldaar met stokken of takken gebragt wordende, van* Plo-Tiga, 3. *kleine en klippige Eilandekens, voor de kust van Hitoe gelegen, alwaar die boomen van zelfs voortkomen, als mede op 't Hoeboenezen Land.*

Gebruik. *Hy wert meest in de boven geplant, om dat zyne schorsse een beweert of geprobeerd remedie is, in de langdurige bloed-loop, en daar de darmen al verswooren zyn: wordende gebruikt en toebereit in maniere als volgt: men neemt van deze schorsse des stams een stuk van een hand lank en breet, met de 4de part van een jonge Calappus, men kneust het wat en kookt het in water, met een hand vol* Pangaga, *en eenige bladeren van* Daun Cucuran, *tot dat omtrent de helft van 't water versoden zy, men zygt het dan door een doek, en drinkt 'er 's daags* 2. *maal een klein dronkje van, zig wel wagtende voor spek te eeten: Zommige doen daar ook wat zuiker by, als hun dezen drank te bitter valt, doch 't welk ik niet veel pryzen kan: om dat het den drank walgelyk maakt, en men doet ook beter, dat men de* Cucuran *daar geheel ende al uitlaat. Dezelfde schorsse alleen gekookt en gedronken, maakt los, en trekt uit de taye slym, die op de borst zit, en daar en boven is dezen boom ook tot meer andere gebreken des buiks zeer nut en dienstig: De jonge bladeren*

ri Mechanico utile est. Contra *Gomutu Mengate* h. e. Phlyctænas seu ignem silvestrem sicca ejus folia usurpantur, si affectæ partes aqua, cui hæc folia fuere incocta, lavantur primum, ac dein tenui illorum pulvere adspergantur, atque porro obvolvantur: Eadem hæc folia viridia & ollulæ *Bocassam* seu Atsjar ita inposita, ut illam bene obtegant; ac dein obturata hisce si fuerit, conservat condimentum ejus a putredine, nec vermes admittit, immo si jam adessent, inde morerentur, si folia essent ipsis superinposita: Juniora folia quoque pro *Bocassan* inservire possunt loco Oelang. Si ejus cortex fumo fuerit parum exsiccatus, conservatur melius, ut usui, si necessitas urgeat, inserviat, quum tam raro hæc arbor occurrat, ac proinde recens cortex non semper conquiri possit.

ren werden mede gegeten en tot Sayor gebruikt: Het bout van de onderste stam is vry hard, ook wat geadert, en dienstig tot eenig timmer-werk. Tegens 't Gomutu Mengate, *dat is vliegend vuur, werden ook zyne gedroogde bladeren gebruikt, als men de serigbeden met 't water, daar dezelve in gekookt zyn, voor eerst wast, en daar na 't fyne poeder daar op strooit, en voorts bedekt of toebind: Dezelfste bladeren groen zynde, en op een potje* Bocassam *of Atsjar zodanig gelegt, datze 't zelve wel bedekken, en daar na toegebonden, behoud dezelve vers, bewaartze voor 't verrotten, en laat noit wormen daar in komen, ja al waren de wormen daar in, zo zullenze die doen sterven, als ze daar opgelegt werden. 't Jonge loof is ook bequaam om tot* Bocassan *te eeten, in plaats van Oelangh. Men kan ook de schorsse in den rook een weinig drogen, en dan zo bewaaren, om die in tyd van nood te gebruiken, nadien men deze boomen zo weinig vindt, en gevolgelyk de versche schorsse niet altyd bekomen kan.*

CAPUT QUINQUAGESIMUM QUARTUM.

Songium. Ay Macuninu.

OB similitudinem, quam hæc arbor cum Limonio gerit, in hoc quoque libro illam locavi, dicamque altitudinem circiter attingere Durionis, cujus truncus ulnam fere crassus est, qui corticem gerit glabrum: Folia in ramorum summo ponuntur sine ordine arcte sibi juncta, uti in *Sayor Catappan*, cum quibus maxime conveniunt, brevibus autem insident petiolis crassis, ultra binos pollices longis, hæc vero folia longissima sunt illorum, quæ in silvis occurrunt, quum longitudinem habeant a viginti usque in viginti quatuor pollices, septem vero vel octo pollices lata in junioribus. In vetustioribus enim non ultra sexdecim pollices longa sunt, & sex lata, quæ ab inferiore parte sensim angustantur, in superiore autem latissima sunt, leviterque acuminata: Nervus medius crassissimus est, ab utraque protuberans parte, costæ transversales crassæ quoque sunt, oppositæ, & parallelæ, foliorum oræ profunde serratæ sunt.

In Ramorum summo, seu ex ala supremi folii rotunda & viridis apparet bursa inperialis magnitudinis, quæ in binas sese aperit lamellas, inter quas folium reconditur tenerum ac novum, quod ad ortum suum similem quoque gerit bursam, talique modo folia multiplicantur & excrescunt, quæ peculiaris nota hujus arboris est characteristica: Flores ejus fructusque aliquid etiam particulare habent, quod a cæteris differt arboribus; Ejus enim flos proprie ex crasso componitur capite, quod crassis lamellis fructum includit, quæque arcte prius ipsi accumbunt, hæ autem lamellæ sese aperientes formam præbent rotundæ cupellæ, quæ albicat ac mox decidit, unde incolæ dicunt, putantque hunc fructum sine prægresso flore provenire.

Fructus hic recens post floris lapsum magnitudinem habet circiter pruni, sed dein excrescit ad magnitudinem Mali Aurantii, ex rotundo compressus, inferius fovea inpressus, ubi brevi pedunculo fuit ramo nexus, bini tresve autem simul progerminant: Si fructus externe conspiciatur, haud male refert occlusum *Pæoniæ* florem, septem octove crassis, rotundis, & concavis imbricatis constans lamellis, harum binæ sibi mutuo oppositæ sunt extremæ, ac sic porro reliquæ, coloris squallide virentis seu ex cinereo & viridi quasi mixti, ad tactum est lanuginosus.

Si fructus hic penitus sit maturus, tum hæ lamellæ sese aperiunt, formamque alterius floris exhibent, caro autem interna tum conspicitur, quæ magnitudinem habet decorticati Mali Aurantii, atque eodem modo in plurimas ac plerumque in viginti cellulas seu segmenta est divisa, tenuibus distincta incisionibus, crocea, succosa, & mucosa, singula vero segmenta in carne sua habent recondita octo parva plana & fusca semina seu officula, seminibus Solani esculenti seu

LIV. HOOFTSTUK.

Roos Appel-Boom.

OM de gelykenis, die dezen wilden boom met de Lemoenboomen heeft, zo heb ik hem mede in dit tweede boek plaats gegeven, en zal daar van dan zeggen, dat by ongeveer zo hoog is als een Durioens-boom, en in de ronte omtrent een vadem dik, hebbende ook een effene schorsse. De bladeren staan aan 't voorste der takken digt achter malkander, en gelyken die van de Sayor Catappan, *daarze groote gelykenisse mede hebben, zonder ordre op korte dikke stelen, ruim 2. duimen lank, zynde deze bladeren wel van de langste, die men in 't Wout komt te vinden, te weten van 20. tot 24. duim, en 7. a 8. duim breet: wel te verstaan aan de jonge boomen, want aan de oude boomen zynze niet boven de 16. lang, en 6. breet: lopende na achteren allenkskens smal toe, en aan de voorste helft op 't breetste zynde, met een korte spitze: De middel-zenuwe is ook zeer dik, en aan weder zyden uitbuilende, de dwars-ribben zyn mede dik, evenwydig en staan meest regt tegen malkanderen, zynde ook aan de kanten grof gezaagt.*

Aan 't voorste der takken, of aan de voet van 't uiterste blad ziet men een rond en groen beursjen, ruim zo groot als een Ryksdaalder, 't welk zig in 2. lappen opent, en daar in vind men een jonk blad, 't welk by zyn oorspronk mede een diergelyk beursje heeft, en zo zetten hun de bladeren al verder voort, zynde een merkteeken of eigen aart van dezen boom. De bloemen en vruchten hebben ook wat byzonders, en 't geen van andere bomen komt te verschillen: Want de bloem is eigentlyk een ronde knop, die met dikke schilferen de ingeslotene vrucht bedekt, of digt daar aan legt, en welke schilferen hun openende, de gedaante van een rond kammetje maken, 't welk witachtig van coleur is, en straks afvalt, en daarom zeggen de Inlanders ook, dat de vrucht zonder bloeizel voortkomt.

De jonge vrucht is na 't afvallen van de bloem, ongeveer zo groot als een pruim, doch groeit daar na zo voort tot de grootte van een Oranje-Appel, uit den ronden en als wat plat gedrukt, achter met een kuil, daarze met een korte dikke voet digt tegens den steel aan zitten, 2. en 3. by malkander hangende: De vrucht van buiten beschouwt, gelykt niet qualyk een gesloten Pejoni Roos, *met 7. en 8. dikke ronde en holle schilferen op malkander leggende, waar van 2. de buitenste zyn, en zo vervolgens de andere mede op malkander, van coleur vuil-groen of uit den grauwen en groenen onder een gemengt, en wolachtig in 't aantasten.*

Als nu de vrucht volkomen ryp is, zo openen haar deze schubben, en blyven zo staan als een twede bloem, tonende het binnenste vlees, 't welk nog al de grootte heeft van een geschilde Oranje-Appel, en ook op dezelfste manier in veele, of gemeenelyk in 20. stukken verdeelt, met dunne keepen onderscheiden, hoog-geel, zappig, en slymerig, hebbende ieder stukje in zyn vlees omtrent 8. kleine platte en bruinachtige zaden, de zaden van Solanum Esculentum *of Trong zeer gelyk, de smaak is twederlei, na*

ſeu Trongi ſimillima, ſapor horum fructuum duplex eſt juxta diverſam & duplicem ſpeciem. Prima ſaporem habet primo fatuum acidulum, ſed per maturitatem vinoſa eſt ac dulceſcit. In altera vero ſemper eſt ſapor acidus, neque ex odore percipere quis poſſet, fructum hunc eſſe acidum. Uterque tamen crudus & muria conditus editur atque uſurpatur, & Celebes incolæ hos vehementer expetunt fructus: Apertum vero tale pomum cum denudata ſua carne ac circumjectis lamellis diu ex arbore dependet, ſed denuo ſimul omnia decidunt, decerpuntur vero hi fructus, quamprimum lamellæ hæ ſeſe aperiunt.

Si trunci cortex incidatur, copioſus effluit ſuccus, uti ex Manga arbore, ſed in Gummi non exſiccatur: Ejus Lignum craſſis conſtat fibris, quod molle, & inutile eſt.

Hujus arboris altera ſpecies in Celebe occurrit, mas dicta, forma, & creſcendi modo priori ſimilis, ſed nullos producit hæc arbor fructus edules, ex capitibus enim, quæ globuli luſorii puerorum magnitudinem habent, nil aliud niſi flores ſquamoſi progerminant, qui nullos veros proferunt fructus, & nullius uſus ſunt.

Nomen. Latine *Songium*, in Amboinæ parte *Hoeamobel* dicta, *Aylaſſalinu* & *Ay Macuninu.* Primum nomen denotat fructum, formam mixtam habentem ex Lanſiis & Blimbinghis, alterum vero indicat fructum acidum. In Celebe circa *Tambocco* vocatur *Songi* & *Menampa.* Boegenſibus *Songin*, Macaſſarenſibus & Malabaris *Songo*, Javanis *Sambu.*

Locus. In Amboina eſt arbor ignota, ſed creſcit in ſilvis ad Borealem *Hoeamobel* partem, circa tractum *Naſſavicum* prope *Nanat*, & poſt *Laale* in montibus. Copioſius occurrit in ora Celebes Orientali circa *Tambocco*, ubi tres ejus inveniuntur ſpecies, dulcis nempe, acida, & ſterilis, ſeu Mas. Reperitur porro in tractu Boëgenſi & Macaſſarenſi tam in ſilvis, quam circa ædes plantata.

Uſus. Apud illos populos, ubi hic fructus copioſe creſcit, loco Limonum acidorum adhibetur, crudus quoque editur, ſi penitus fuerit maturus, vel ſolus, vel cum pauxillo Salis. Plurimum vero cum piſcibus adcoquitur pro condimento acido. Fructus aperti muria condiuntur, inſtar *Atsjar* & cum cibis uſurpantur. In Celebe multum expetuntur a febri laborantibus, ad ſitim illorum exſtinguendam, ut & a mulieribus gravidis, quæ illos appetunt. Aperti hi fructus non diu conſervari poſſunt, quia facile putreſcunt, ſaporemque conquirunt fatuum inſtar aceti debilis; Decidui fructus a terreſtribus teſtudinibus comeduntur, quæ ſæpius ſub his arboribus inveniuntur; Arboris lignum, ſi ſiccum ſit, indureſcit, unde aptum eſt ad palos inde formandos.

na de twee zoorten, die men daar van vind: In de eene is ze in 't eerſt laf-zuur, maar in de rypheit wertze ryns en zoetachtig: Doch in de andere is en blyftze zuur, en men zou uit den reuk niet kunnen afnemen of gewaar worden, dat deze vrucht zuur is. Evenwel werdenze beide, zo raauw als ingepeekeld, gebruikt en gegeten: En de Inwoonders van Celebes maken daar veel werks van. De geopende Appel blyft met zyn bloot vlees en de omſtaande ſchubben nog langen tyd aan den boom hangen, doch vallen ten laaſten t'zamen af, maar men pluktze, zo dra menze geopent ziet.

Als men in de ſchorſſe des ſtams bakt of kapt, zo loopt daar rykelyk of vry veel zap uit, gelyk uit de Mangasboom, doch het en ſtolt tot geen Gom: 't Hout is grofdradig, ook week, en t'eenemaal ondeugend.

Daar is van dezen boom nog een andere zoort op Celebes, die men mede het manneken noemt, aan wasdom en gedaante de vorige gelyk zynde, doch daar komen geen eetbare vruchten aan, want uit de knoppen, die in de grootte van een knikker zyn, komen niet anders voort dan ſchubachtige bloemen, die geen regte vruchten geven, en dierhalven onbruikelyk zyn.

Naam. *In 't Latyn* Songium, *in 't Amboins, op* Hoeamohel Aylaſſalinu, *en* Ay Macuninu. *De eerſte naam wil beduiden, een vrucht, die een gemengt fatzoen heeft van Lanſſen en Blimbing, en de andere is te zeggen zuure vrucht: Op Celebes, omtrent* Tambocco, *hiet by* Songi *en* Menampa, *by de Boegis* Songin, *op Macaſſar en Maleyts* Songo, *op Javaans* Sambu.

Plaats. *Op Amboina is by onbekent, maar waſt in 't wild op de noord-zyde van* Hoeamohel, *omtrent het* Naſſauwſe gat, *by* Nanat, *en achter* Laâle *in 't gebergte: Overvloediger vint men hem op de Ooſt-kuſt van Celebes, omtrent* Tambocco, *daar men 'er drie zoorten van heeft, als zoete, zuure, en onvruchtbare, of het Manneken: Voorts is by mede te vinden in 't Boegiſe en Maccaſſaarſe diſtrict, zo in 't wild als by de huizen geplant.*

Gebruik. *By die Natie, daar hy overvloedig valt, werd de vrucht in plaats van zuure Lemoenen gebruikt: En zy werden ook raauw gegeten, alsze geheel ryp zyn, zo met als zonder zout: Doch het meeſte werd by Viſſchen gekookt, om de zop zuur te maaken. De geopende werden ingepeekeldt, als Atsjar, en by de koſt gegeten: Op Celebes werdenze veel gezogt voor koortzige menſchen, om den dorſt te verſlaan, en voor bevruchte Vrouwen, die beluſt zyn: De geopende vruchten kan men niet lang bewaren, om datze licht verrotten, en een laffen ſmaak krygen, even als verſlagen Azyn. De afgevallene vruchten werden van de Land-Schild-padden opgegeten, die men als dan onder deze bomen vind; zyn hout droogt hart op, en is bequaam om Pangayen daar van te maaken.*

Tabula Quadrageſima Quinta

Dilleniam **exhibet, quæ *Songium Rumphio* vocatur.**

De vyf-en-veertigſte Plaat

Vertoont de *Dillenia*, welke *Songium* van Rumphius genaamt werd.

OBSERVATIO.

Licet mirabiles ſane & inimitabiles fere hujus arboris flores fructusque ab auctore noſtro ob peculiarem forte formam non plenarie ſint expreſſi, ex auctoris tamen deſcriptione mihi conſtat, ſi non eandem, ſaltem ſpeciem eſſe admirandæ arboris *Syalitæ* dictæ, quo nomine deſcribitur in *H. Malab. tom.* 3. & *Tab.* 38 & 39 eleganter exhibetur, quæ omnino examinandæ ſunt, vocaturque hæc arbor Dillenia a *Linnæo* in *H. Cliffort. pag* 221. & in *Plukn. Mantiſſ. pag.* 124. Malus roſea Malabarica Syalita dicta. & a *Rayo in hiſt. pl. p.* 1707. Arbor Indica flore maximo, cui multæ innaſcuntur ſiliquæ.

AANMERKINGE.

Schoon de wonderlyke bloemen en vruchten van dezen boom, mogelyk om derzelver byzondere gedaante met hunne deelen door onzen Schryver niet uitvoerig verbeelt zyn, zo blykt my egter uit de beſchryving, dat zo dit niet dezelfde, ten minſte een zoort is van de *Syalita*, zo als die genaamt wert in het *derde deel Tab.* 38 en 39 van de *Hortus Malabaricus*, welke is de Dillenia van *Linnæus* in de *H. Cliffort. p.* 221. die van *Plukn.* in zyn *Mantiſſ. p.* 124. *Malus roſea Malabarica Syalita dicta*, genaamt wert, en van *Ray* in zyn *hiſt. pl. pag.* 1707. *Arbor Indica, flore maximo, cui multæ innaſcuntur ſiliquæ.*

Ad *Songium* pertinet *Sangius*, quem ex *Auctuarii* capite vigesimo nono huic subjungimus.

Sangius est vasta & ample extensa arbor silvestris, ramos suos latissime spargens instar Mangæ, quæ dividitur in marem & feminam foliatura convenientes.

Primo; *Sangius Mas* seu *Sangi* altiorem gerit truncum, rugoso cortice obductum exterius albicante seu cinereo, rami autem sunt incurvi, quibus folia insident solitaria, sed arcte juncta, quæ a 9 ad 14 pollicum longitudinem extenduntur, & quinque pollices lata sunt in vetustioribus arboribus, in junioribus vero 18 pollices longa, & 9 lata, quæ brevibus & crassiusculis sustinentur petiolis, ad oras acute dentata acsi spinosa essent, sed non profunde, inferius autem protuberant multis obliquis ac turgidis costis, sonora porro sunt, acidulumque habent saporem. Ramulorum extremum terminatur in planam bursam instar nummi sed magis oblongam, & a latere suo foliolum excrescit, quod, quum sese aperit, aliud novum emittit folium, cui similis jungitur bursula.

Ex alis superiorum foliorum rotundus progerminat pedunculus minorem longus digitum, qui in binos alios dividitur, quorum singuli peculiare gerunt caput, & ex horum ortu tertius propullulat pedunculus, qui simile producit caput: Capitula hæc sunt rotunda, parum compressa, magnitudine Limonis Nipis, quæ externe obducuntur quinque concavis & crassis squamis rugosis & pilosis, quæ postea latius in femina describentur, quæque sese aperientes intus exhibent glebam ex crassis luteis filis constructam, quæ circa capitulum locantur, atque hæc simul rosæ formam præ sese ferunt, hoc autem medium tuberculum in fructum non excrescit, totusque inutiliter decidit flos nudum relinquens petiolum.

Secundo; *Sangius Femina* trunco & foliis cum priore convenit, florumque capitula simili progerminant modo, sed majora sunt, quum nempe aperta sunt, sex digitorum diametrum habent, quæ exterius quinque itidem subrotundis & crassissimis petalis instar cochlearis excavatis ornantur, quæ exterius coloris sunt flavi instar pomorum, ad oras autem tenuiora, horumque bina extrema minora sunt reliquis, quæ totum ambierunt fructum: Alia autem tria media maxima sunt, & in triangulo posita, simul Rosæ seu floris formam repræsentantia: In horum centro rotundum locatur pomum, quod speciem præ se fert decorticati Aurantii Sinensis ex multis squamis compositum, in quavis autem squama seu plica mollius reconditur filum, seu stamen, quæ omnia sursum concurrunt & connectuntur: Poma hæc matura decidunt, saporem præbentia ex dulci acidulum, quam diu vero arbori adhærent, plerumque acidula sunt, odoremque habent instar Aurantionum.

In Amboina binæ hujus reperiuntur species, in Celebe autem quatuor, quarum prima Mas est supra descriptus: Feminæ vero tres observantur varietates, quarum prima externe flavescit, seu pomorum colorem gerit, quæ vulgatissima est: Secunda externe albescit, quæ dulcissima est: Tertia externe rubet instar coloris Casomba, hæc autem ob aciditatem raro cruda editur, & copiosissima ex arbore dependet, ita ut tota ejus coma sæpe rubra videatur.

Nomen. Latine *Sangius* arbor, & *Sangium* ejus fructus; in Celebe circa Tambacco *Sangi* & *Songi*; Macassarice, quod & tanquam Malaice etiam est *Boeboeken* h. e. lignum Cossorum, *Boeboe* enim *Cossum* denotat, quum ejus lignum cariosum est, & a Cossis plurimum exeditur: Ad borealem magis partem & ad montes circa Toletam *Dengen* vocatur, in Java *Copaal*, in regione Loehoenensi *Ay Macianinu* & *Ay Massaninu*, quod denotat fructum acidum instar Bilimbing.

Locus. In Amboina est exotica, sed in Loehoe regione occurrit at non copiose, frequentior est in Celebe tam in Orientali ejus plaga circa Tambocco, quam in Occidentali circa Macassaram, & in montibus Toletæ. In Java etiam reperitur, sed ejus fructus ibi non editur, licet binarum palmarum latitudinem adæquet, ibique apris relinquitur.

Usus.

Tot het Songium *behoort mede de* Sangius, *welke wy uit het* 29. *Cap. van het* Auctuarium *hier byvoegen.*

Sangius *is een groote en wyduitgebryde Woud-boom zyne takken wyd uitspruitende gelyk een Mangasboom, verdeelt in Manneken en Wyfken aan bladeren malkander gelyk.*

1. Sangius Mas *of* Sangi, *het Mannetje wert wat hooger van stam, bekleed met een ruige schorsse, van buiten wit of na den graauwen trekkende, en de takken zyn krom, daar aan staan de bladeren enkeld, doch kort achter malkander, dezelve zyn van* 9. *tot* 14. *duimen lank, en* 5. *breed, aan de oude, doch aan de jonge boomen zynze* 18. *lank,* 9. *breed, staande op korte dikke steelen, aan de kanten scherp getandt als steekelig, doch niet diep, en van onderen bezet met veele schuinze en scherp uitbuilende ribbe, voorts styf, rammelend en zuurachtig van smaak. Het uitterste der ryskens eindigt in een plat beursje als een dubbeltje, doch lankwerpig, en heeft ter zyden een jong bladt, 't welk zig openende voortbrengt, een ander jonk bladt daar al wederom een beursje aanzit.*

Uit den schoot der voorste bladeren komt een ronden steel voort, een kleine vinger lank, die zig in twee andere verdeelt, waar van ieder een byzonder bol draagt, uit dezen oorspronk komt den derden steel voort, dewelke een enkelde bol draagt. Deze bollen zyn rond of plat, in de grootte van een Lemoen-Nipis, *buiten bekleed met* 5. *holle en dikken schubben, ruig en haairig, gelyk hier na breeder in 't Wyfke volgt. Deze haar openende vertonen van binnen een klomp van dikke geele draaden, dewelke staan rondom een middel-bolletje, verbeeldende t'zamen de gedaante van een rose, doch het middelste bolletje werd tot geen vrucht, en de geheele bloem valt voor niet met al af, nalatende de bloote steel.*

2. Sangius Foemina *of het Wyfke is aan stam en bladeren het vorige gelyk, en de bloem-bollen komen op diergelyke manier voort, doch werden grooter, te weten, de geopende* 6. *vinger breed, hebbende van buiten vyf rondachtige en zeer dikke bladeren, hol als lepels, van buiten Appel-geel, en aan de kanten dun, hier van zyn de twee buitenste kleinder dan de andere, dewelke de geheele vrugt besloten gehouden hebben. De drie binnenste zyn de grootste, en staan in een drieangel, t'zamen uitmakende de gedaante van een bloem of rose. Binnen staat een ronden Appel, in gedaante van een geschilde Sineze zoete Appel, van veele ployen gemaakt, en in ieder plooy leid een weeken draad, die t'zamen sluiten aan 't bovenste. De rype vallen geheel af, van smaak uit den zoeten en rynzen gemengt, doch aan den boom meest zuur, van reuk als Oranje-Appels.*

Hier in Amboina hebben wy maar twee zoorten, maar op Celebes vind men vier zoorten, waar van de eerste het Mannetje is, hier boven beschreven. Van het Wyfken heeft men 3. *veranderingen: De eerste is van buiten geelachtig of Appel coleur, welk de gemeenste is. De tweede zyn van buiten witachtig, dewelke men voor de zoetste acht. De derde van buiten roodachtig of Casomba coleur, werden van weinig raauw gegeeten wegens haare zuurte, en hangen zo veel aan den boom, dat hy rood schynt.*

Naam. *In 't Latyn* Sangius *den boom, en* Sangium *de vrucht. Op Celebes omtrent* Tamboccо Sangi *en* Songi, *op Macassaar, het welk men ook voor Maleyts kan neemen* Boeboeken, *dat is worm-hout, want Boeboe is een hout-worm, dewyl zyn hout ligt wormsteekig wert. Wat noordlyker, en in 't gebergte omtrent Toleta noemd men hem* Dengen, *op Java* Copaal, *op het Loboeneze Land* Ay Macianinu *en* Ay Massaninu, *het welk wil zeggen een vrucht, die zo zuur is als Bilimbing.*

Plaats. *Hier in Amboina is by uitlands, maar men vind hem op het Landt van Loeboe, en dat maar weinig, meerder vald by op Celebes, zo wel in 't Oosten omtrent Tambocco, als in 't Weste omtrent Macassar, en 't gebergte Toleta. Op Java vind men hem ook, doch werd aldaar niet gegeeten. Hoewel zyne vruchten twee hande breed zyn, en werd aldaar voor de wilde Verkens gelaten.*

Ge-

A
B

Usus. Feminæ fructus, uti dictum est, crudi eduntur, sed oportet, ut in arbore ipsa maturescant & sponte decidant, quum non multum ab Aurantiis dulcibus sint diversi, qui gratum præbent in arvis recrementum Oryzæ messoribus, quem in finem horti etiam ibi exstruuntur ut sitis exstingui possit, ejus lignum quoque foco inservit, quum ad ædes non valet nec durabile est. In Tambocco fructus crudi eduntur, & piscibus etiam adcoquuntur, & in silvis etiam expetuntur ad sitim sedandam: Trunci cortex cum aqua contritus pro gargarismate adhibetur contra infantum aphthas. Folia mensarum orbibus inserviunt, ut & mappis, qui verò rhagadibus laborant, cibum in hisce deponere foliis nocet.

In *Hort. Malab. part*. 3. *Fig*. 38. Malabarice *Syalita* vocatur. Bracmanice *Karinbalepala*, Portugallice *Fruita Estrelada*. Belgis *Roos Appel*, nomenque Latinum in annotationibus *Malus Rosea*, quod optime mihi placet. Nomen Malabaricum denotat sinceritatem: Partes autem floris & fructus seu pomi ample ibi describuntur, quæ vero non omnes in Amboinensi observantur.

Gebruik. *De vruchten van het Wyfken, als gezegt, werden raauw gegeeten, doch moeten aan den boom ryp werden, en van zelfs afvallen, wanneerze niet veel van zoete Appels verschillen, aangenaam in 't veld voor de Maayers van den ryst, en dewelke Thuine maken om den dorst te verslaan, alwaar men ook het hout tot brand-hout gebruikt, want tot het timmeren deugt het niet, als zynde geenzints durabel. Op Tambocco werdenze raauw gegeeten, en ook by Visschen gekookt, als mede in 't Bosch om den dorst te verslaan. De schorsse des stams in water gewreven, en den mond daar mede gespoelt, dient tegens de sprauw der kinderen. De bladeren dienen tot tafelboorden en servietten, doch dewelke gescheurde voeten, en kakbielen hebben, moeten haar kost op deze bladeren niet leggen.*

In Hort. Malab. part. 3. Fig. 38. *wert by genaamt in 't* Malab. Syalita. *Bramminees* Karinbalapala. *Portugees* Fruita Estrelada. *In 't Duits Roos-Appel. En den Latynschen naam in de aantekeningen* Malus Rosea *gegeven, behaagt my ook wel. De Malab. naam wil beduiden Sinceritas, dat is opregtigheid. En de deelen van de bloem en Appel werden uitvoerlyker beschreeven, doch werden niet alle aan den Amboinzen bevonden.*

EXPLICATIO

Tabulæ Quadragesimæ Sextæ,

Quæ ramum exhibet *Sangii*, quæ *Dilleniæ* quoque species est.

A. *Flores Maris* denotat.
B. *Fructum feminæ*.

UYTLEGGING

Van de zes-en-veertigste Plaat,

Dewelke vertoont een Tak van het *Sangius*, welke mede een zoort van *Dillenia* is.

A. Wyst aan de *bloem* van het *Mannetje*.
B. De *vrucht* van het *Wyfje*.

HERBARII AMBOINENSIS
LIBER TERTIUS,

Continens arbores, quae Reſinam, ſpecioſosque dant Flores, aut noxium aliquod lac fundunt.

CAPUT PRIMUM.

Canarium Vulgare. Canari Negri.

HÆc quoque arbor pertinet ad illas, ex quibus Incolæ harum Orientalium regionum ſuum capiunt cibum quotidianum, uti de Calappa, Pinanga, Sagu, ſimilibusque ſupra fuit indicatum, ſed ad hunc tertium librum reſervata fuit, ut dux foret reſiniferarum arborum; hujus autem variæ occurrunt ſpecies, quarum binæ priores proprie ad cibum adhibentur, quæ minimam etiam reſinæ dant copiam, ac dividuntur in domeſticam & ſilveſtrem, licet proprie loquendo utraque hæc ſine humano auxilio propagetur.

Prima vero ſpecies eſt *domeſticum* vel *vulgare Canarium*, quæ alta & perfecta eſt arbor, corticem gerens albicantem, ramosque extenſos inſtar Quercus, in qua plurimi incurvi & nodoſi inveniuntur ramuli, inque his copioſæ foliorum raches inordinatæ, illi autem ad ortum ſuum ſunt geniculati, ubi facile etiam franguntur, rachesque ipſæ ſemel bisve itidem geniculatæ ſunt. Juniores vero ac ſupremæ raches geniculo ſuo inter bina foliola oriuntur ſquamoſa, quæ peculiaris ſunt ſtructuræ & formæ, plerumque autem triangularis vel inſtar linguæ, inferiore ſua parte arcte ramo nexa, & inſtar vaginæ talem rachim ambientia, ad oras profunde ſerrata, rugoſa, & pallide virentia, hocque in Canarii ſpeciebus tanquam certus ejus character ſemper invenitur: Si foliorum raches adoleſcant & ſint vetuſtiores, foliola hæc decidunt: obſervantur autem hæc copioſius in ſilveſtribus ſpeciebus, quam in domeſtica, in rachibus vero tria, quatuor, vel quinque foliorum paria ſibi oppoſita locantur: Quæ plerumque ſpithamam ſunt longa, vel octo, novem, decemve pollicum longitudinem habent, ultra palmam vel quinque digitos lata, ſuperius acuminata: In adultioribus vero arboribus ſunt minora, orisque gaudent æqualibus, ac plurimis parallelis coſtis flaveſcentibus ſunt pertexta, quæ oppoſitæ quoque ſunt, nec nervus intermedius major directe per medium folii tranſit usque ad pedunculum, inferiorque folii pars latiſſima eſt, glabra, firma, ſonitum edens, & nigricans, ſique frangatur folium, corrugatur vel ſeſe contrahit, atque ad duritiem exſiccatur: Sique fricentur hæcce folia, reſinoſum, fortemque ſpirant odorem, ex quo mox dignoſcuntur. Arbor hæc altam denſamque conſtituit comam e longinquo nigricantem.

In ramorum ſummo alii progerminant craſſi & lignoſi petioli, in paucos alios ſeſe dividentes, ex quibus flores propullulant, qui primo ſunt capitula pallide virentia, quæ continentur inter bina foliola viridia, quæ ſeſe ab utraque parte aperiunt inſtar valvularum. Capitula hæc formam gerunt crateris, cujus venter eſt rotundus quaſi calix, in cujus centro tria craſſa & anguſta locantur petala, quæ in totidem craſſa acumina terminantur & ſeſe aperiunt, quæ os ſeu orificium crateris efformant: Senſim autem hæc magis dilatantur, & in centro ſuo conſpiciendum præbent viride piſtillum capitatum, quod germen ſeu fructus rudimentum eſt. Tales ſunt flores vulgaris frugiferi Canarii, quod femina dicitur, præter hanc autem mas occurrit, cujus truncus nec folia multum a vulgari differunt, ſed racemus ejus florifer major

HET AMBOINSCHE KRUYD-BOEK.
HET DERDE BOEK.

Behelzende die Boomen, dewelke eenig Hers, aanzienelyke Bloemen, of ſchadelyke Melk van haar geven.

I. HOOFDSTUK.

De gemeene Canarie-Boom.

D*Eze boom behoort mede onder die geene, waar van de Inlanders dezer Ooſterſche quartieren hare dagelykze koſt hebben, gelyk boven van de Calappus, Pinang, Sagu &c. gezegt is, maar hy is tot in dit derde boek geſpaart, op dat hy een voorganger van de hersdragende boomen zoude zyn, men heeft daar van verſcheide zoorten, waar van men de twee eerſte eigentlyk tot de koſt gebruikt, gelykze ook den minſten hers geven, en zyn verdeelt in tamme, en wilde: hoewelze eigentlyk te ſpreken alle beide meeſt, zonder toedoen van menſchen, voortkomen.*

Eerſtelyk. *Het eerſte geſlagt is de tamme of gemeene Canary, een hooge en volſlagen boom, met een even witachtige ſchorſſe, en uitgebreide takken, als een Eikenboom, daar aan ſtaan veel kromme en knobbelachtige takskens, en rondom dezelve veele ryskens zonder ordre, makende by haren oorſpronk een knietjen, daarze ook kort afbreeken, en de ryskens zelfs hebben gemeenelyk nog een of twee knietjes. De jongſte of voorſte ryskens ſtaan ieder met zyn knie tuſſchen twee bladeren, als twee lippen, van een byzondere gedaante, meeſt driekant, of als een tong, met de onderſte of breede zyde digt tegens den tak ſtaande, en als een ſcheede het voornoemde rysken omgevende, aan de kanten is 't gebaard of diep gezaagt, geribt, en bleek-groen van coleur, en hebben al de Canarygeſlagten dit tot een byzonder kenteeken. Als de ryskens oud worden, zo vallen deze blaadjes af, en men zietze meer aan de wilde zoorte, dan aan de tamme; Aan de ryskens ſtaan* 3. 4. *en* 5. *paren bladeren regt tegen malkander. Zy zyn gemeenelyk een ſpan lank, of* 8. 9. 10. *duimen, ruim een hand of vyf vingers breed, van vooren in een ſmalle ſpits of ſnibbeltje toelopende. Aan de oude bomen vallenze wat kleinder, met effene kanten, en veele evenwydige geele ribben doorregen, en verwiſſeld tegen malkander ſtaande, ook loopt de groote zenuwe niet regt door de midden by den ſteel, en de achterſte helft van 't blad is aldaar breeder, glad, ſtyf, rammelende, ſwart-groen, en afgebrooken zynde, krimpt te zamen, en droogt hard op, als menze vryft, gevenze een ſterken hersachtige reuk van haar, daar aan menze datelyk kennen kan. Den boom maakt een hooge en digte kruin, van verre ſwartzig vertoonende.*

Aan 't voorſte der takken komen andere dikke houtachtige ſteelen voort, zig in weinige andere verdeelende, en aan dezelve 't bloeizel, 't welk eerſt zyn bleek-groene knopjes, dewelke geſlooten ſtaan tuſſchen twee groene blaadjes, die haar te wederzyden openen, als klapmutzen. Deze knopen hebben de gedaante van een kroesje, wiens buik is een ront kelkje, daar in ſtaan drie dikke ſmalle blaadjes, dewelke haar openen in drie dikke ſpitzen, uitmakende de mond van een kroesje. Met 'er tyd openen zy haar wat wyder, en vertoonen in de midden een groen knopje, met een nopje boven op, waar uit werd het ſchepzel van de vrucht: Dusdanig is 't bloeizel van de gemeene vruchtdragende Canary, die men voor het Wyfken houd, behalven dewelke is 'er nog 't Manneken, aan ſtam en bladeren van 't gemeene niet veel verſchillende, doch de bloeyende tros is grooter, en meer uitgeſpreid, 't bloei-

est, magisque extensus, ut & flores, qui ex tribus notabilibus, crassis, pinguibus, & squalide albicantibus constant petalis, in ampliore calice contentis, pistillum quoque horum seu germen quinque staminibus, antheris fuscis gaudentibus, circumdatum est. Hic autem flos debilem præbet odorem ad florem *Sjampaccæ* accedentem, qui itidem observatur in flore vulgaris Canarii, si per aliquot dies in domo conservetur, post maris flores nulli subsequuntur fructus, unde non æstimatur, ac raro etiam occurrit nisi circa litora.

Fructus ex longis dependent racemis bini tresve in peculiari petiolo, nec male referunt Juglandes, excepto quod sint minores & oblongiores, externe obducti gluma glauca, glabra, & æquali, quæ sensim nigrescit vel coerulescit, instar majorum Prunorum: Fructus hi ex oblongo non vere rotundi sunt, sed parum trigoni, & in superiore parte compressi, cum parvo brevique apice, juncti inferiore sua parte caliculo cuidam tanquam disco, a quo tamen facile separantur & decidunt, quum maturescant. Sub hac gluma, culmum circiter crassa, nux dura & ossea reconditur, trigona quoque, sed ejus anguli sunt parum rotundi; quum vero ex hac nuce specierum seu varietatum differentiæ optime distinguantur, in quatuor illam dividemus species, in binas nempe majores, binasque minores, harumque majores sunt oblongæ vel rotundæ, uti & quoque minores.

Primo itaque major oblonga species fructus gerit tres circiter digitos longos, pollicem crassos, cujus & magnitudinis nux interior est, glumæ enim substantia vix cultrum crassa est; Tria habet latera, quorum quodvis pollicem latum est, quæque inferius in tres acutos angulos concurrunt, superius autem nuces hæ sunt magis planæ, obtusumque formant conum: Ejus putamen pennam circiter crassum est, sed fragile, & instar vitri dissilit; si contundatur, in media ejus cavitate continetur nucleus tantum oblongus & compressus, ab una magis protuberans parte, acsi triangularis quoque foret, qui ab una parte rotundus, ab altera parte est acuminatus, Amygdalis simillimus, sed duplo major est, & externe etiam tali rubente pellicula obductus, sub qua alba reconditur substantia, ex sex oblongis & sinuosis segmentis composita, septima autem & minima pars in cono invenitur, quæ autem omnes in recenti nuce facile separari possunt, sique accurate id fiat, iterum conjungi; in siccis vero nucibus hoc nequit fieri. Si tales decorticati nuclei ab inferiore seu plana conspiciantur parte, formam ac speciem præbent Sinensis cujusdam, qualis longis & amplis ambulat indutus manicis. Nuclei sapor est dulcis uti in Corylis, sed substantia ejus est magis fatua & mollior. Inter omnes Canarii species hæc maxima quam maxime fatua est, atque hinc non ita grata est, si cruda eadatur, sed plurimum adhibetur ad formandos oblongos bacillos *Bagea* dictos, de quibus postea.

Arbor hæc non est silvestris, sed circa pagos crescit & in Amboinensium hortis silvestribus, folia autem ejus sunt maxima, decem & undecim pollices longa, & quinque digitos lata: Ejus truncus est rotundior & erectior quam in aliis, non ita autem altus, sed crassior est, parumque alatus prope radices.

Secunda Canarii species est, quæ fructus gerit magnos rotundos, cujus folia priori sunt simillima, sed illorum apex est brevior, & truncus ipse altior est, fructusque transversalem circiter digitum breviores sunt quam præcedentes, rotundiores vero sunt & crassiores. Nux vero ipsa binos transversales digitos longa est, singulaque ejus pars seu angulus pollicem latus est, & trigonus, sed ejus anguli sunt plurimum rotundi vel plani, substantia autem ejus est durior quam in præcedente, atque difficulter aperitur. Intus unicam tantum habet cavitatem, inque illa similis continetur nucleus brevior & crassior, durioris vero substantiæ, quæ melior est quam prioris.

Tertia species est parva oblonga, quæ altiorem gerit truncum sed minora folia quam præcedentes: Nux autem ultra binos digitos longa est, ac singuli ejus anguli minorem digitum lati sunt, nucleus ejus internus primæ speciei simillimus est, sed tenuior, substantiæ pinguioris, & melioris saporis.

Quarta species est parva rotunda, secundæ speciei omnino similis, excepto quod minores gerat nucleos.

Omnes

zel is ook grootter, van drie merkelyke dikke, vette, en vuil-witte blaadjes gemaakt, in een wyder kelkje staande, ook is 't binnenste knopje of schepzel der vrucht omgeven van vyf draatjes, met bruine nopjes. Zy is van een slappen reuk, de bloem van 't Sjampacca *bykomende, den welken men ook gewaar werd in 't bloeizel van de gemeene Canary, als men 't zelve eenige dagen in huis bewaart, na het bloeizel van 't Manneken volgen gene vruchten, daarom zy niet geacht, en zelden gevonden werden, en dat meest omtrent de strand.*

De vruchten hangen ook in groote trossen by malkander, twee a drie t'zamen aan een byzondere steel, en gelyken niet qualyk onze Ocker-nooten, behalven datze kleinder en lankwerpiger zyn, buiten met een blaauwe-groene bolster bekleed, glad en effen, die metter tyd swart werd of weinig blaauwachtig, gelyk de groote Pruimen. Deze vruchten zyn in 't lankwerpige niet regt rond, maar wat driekantig, en aan 't voorste wat plat, met een klein kort spitsje, en staan met 't achterste vast aan 't schyfken, als een schootelken, daarze ligt afvallen, alsze ryp werden: Onder deze bolster omtrent een stroo-halm dik, leid een harde steenachtige noote, ook meest driekantig, doch de kanten zyn wat rond, en dewyl men aan deze Noote 't onderscheid der zoorte best kennen kan, zo zullen wy dezelve in vieren verdeelen, te weeten in twee groote, en twee kleine, bestaande de groote in een lankwerpige, en een ronde, en zo mede de kleine.

Eerst de groote lankwerpige heeft vruchten schaars drie vingers lank, en een duim dik, zo groot ook de binnenste Noote is, want het vleesch van de bolster qualyk een mes dik is: Zy heeft drie zyden, ieder een duim breed, en achter loopenze met drie scherpe kanten t'zamen, maar vooren vallenze wat breed, en maken aldaar een stomp spitsje: Deze schaal is wel een schaft dik, doch bryzelig, en springt als glas, als men daar op klopt; binnen hebbenze maar een holligheid, en daar in een lankwerpige platte korrel, behalven dat de eene zyde wat uitbuilt, als of hy mede driekantig was. Aan 't eene einde rond, en aan 't ander wat toegespitst, de Amandelen zeer gelyk, doch wel tweemaal zo groot, ook van buiten bekleed met diergelyk rood velleken, daar onder een witte heeft van zes lankwerpige, en bochtige stukjes te zamen gezet, met het zevende, en de kleinste aan de spits, dewelke men in de versche Nooten lichtelyk van malkander kan scheiden, en ook als men naauw daar op let, wederom te zamen zetten, maar in de drooge niet, ook als men deze geschelde korrels van achteren of van de platte zyde ziet, zo vertoonenze de gedaante van een Sinees, met zyn lange mouwen wandelende. De smaak is zoet, als aan de Hasel-nooten, of wel zo laf, ook weeker van substantie. Onder alle Canari zoorten is deze groote wel de lafste, en daarom zo aangenaam niet om raauw te eeten, maar werd meest gebruikt om de lankwerpige stokken daar van te maaken, die men Bagéa noemd, waar van hier naar.

Deze boomen vint men niet in 't wilde, maar omtrent de dorpen, en in der Amboineezen hare Bosch-tuinen, en zy hebben wel de grootste bladeren, tien en elf duimen lank, en vyf vingers breed. Den stam is ronder en regter dan de andere, niet zo hoog, maar dikker, en met kleine vleugels by de wortelen.

De tweede zoorte, zynde groote ronde Canaris met bladeren, de vorige meest gelyk, doch 't voorste spitsje aan dezelve is wat korter, en de stam wat hooger, de vruchten zyn omtrent een dwers-vinger korter dan de vorige, dikker, en ronder, de Noot is twee dwers-vingers lank, hebbende ieder zyde een duim breed, driekantig, doch de kanten zyn meest rond of plat, zy zyn harder van substantie als de vorige, en moeyelyker op te kloppen. Binnen hebbenze ook maar eene holligheid, en daar in eene gelyke korrel, doch wat korter en dikker, van substantie harder, en beter van smaak dan de voorige.

Het derde, de kleine lankwerpige hebben nog hooger stam, maar wat kleinder bladeren dan de voorige: De noot is ruim twee vingers lank, en ieder zyde een kleine vinger breed, van binnen met een korrel, als 't eerste geslagt, maar smalder, vetter van substantie, en beter van smaak.

De vierde, kleine ronde zyn de tweede zoorte in alles gelyk, behalven datze kleinder korrels dragen.

Alle

Omnes hæ quatuor ſpecies unicam tantum habent cavitatem, qua a ſilveſtri diſtinguuntur ſpecie, luſu autem naturæ quædam aliquando inveniuntur, quæ binas & raro etiam tres gerunt cellulas, inque ſingulis ſeparatus nucleus, quod plurimum obſervatur in binis iſtis rotundis ſpeciebus: Econtra in una ſæpe cellula bini nuclei conjuncti & concreti apparent, vel fuſca tantum pellicula ſeparati: Tertia ſpecies hoc quoque peculiare habet, quod lapide contuſa in tres diſſiliat partes oblongas, acſi ex tribus compoſita eſſet ſegmentis. Binæ quoque minores ſpecies ſubſtantiæ ſunt ſolidioris & magis oleoſæ, unde plurimum adhibentur ad oleum exprimendum.

Omnes porro Canarii ſpecies hoc peculiare habent, quod prope radices ſupra terram circa truncum excreſcentias gerant quaſi alatas, acſi arbori columnæ eſſent appoſitæ; has alas Maleyenſes generali vocabulo nominant *Tambi*, *Tabir*, vel *Panir*, quod nos vocamus ſedem; Amboinenſes vero *Lakin*, binæque majores ſpecies minimas gerunt alas: Minor autem & ſilveſtris ſpecies alas gerit magnas & latas ad altitudinem duorum hominum, quæ ad truncum nunc erectæ, nunc vero incurvæ ſunt, ac plerumque palmæ latitudinem ſunt craſſæ, ita ut variæ quaſi cameræ minores trunco appareant adfixæ; aliæ quædam etiam ſunt arbores ſilveſtres, quæ ſimiles gerunt excreſcentias, ſed nullæ tantas & tam ſingulares ac Canarium.

Hujus arboris lignum eſt albicans, ſolidum, & durum, ſed non admodum durabile ob pinguedinem, quæ coſſos facile generat; quumque ſit ſiccum, fragile eſt. Si Canarii fructus nigreſcant, plurima arboris decidunt folia, ita ut fere illis penitus ſit orba ac nuda, fructusque ſoli appareant. Tum incolis adſcendenda eſt hæc arbor, longoſque fuſtes gradatim arbori alligant, ut adſcenſum facilitent, fructusque longis feriunt fuſtibus, alias maturi Canarii fructus ſponte decidunt, porciſque, uti glandes, pro cibo inſerviunt, qui avide haſce devorant nuces, quibus etiam ſæpe capiuntur, ſi hos nocte vel e longinquo dentibus ſtridentes illaſque comedentes audiamus: Arbor hæc poſt deciduos fructus mox nova emittit folia, ſæpiuſque apparet in una eademque arbore una pars recentibus ac viridibus foliis vegeta, quum altera plurima ſua dejecit vetuſtiora folia, in viridi autem tali ramo nunquam fructus conſpiciuntur uti in alio.

Anni tempus. Omnes Canarii ſpecies, quæ domeſticæ habentur, ſub initium pluvioſorum menſium h. e. Majo vel Junio florent, fructusque matureſcunt, ac colliguntur primis menſibus ſiccis, h. e. Octobri & Novembri. Quæ vero menſe Septembri flores aperiunt, maturos dant fructus Martio & Aprili, vocanturque *Canari Barat*; quæ peculiare fere conſtituunt genus, de quibus in ſubſequenti capite.

Nomen. Latine *Canarium Vulgare*. Malaice *Canari*, ejusque binæ priores ſpecies *Canari Beſaar*, & *Canari Baggêa* ob ſubſequentem uſum. Binæ aliæ ſpecies *Canari Kitsjil*, ſubdiviſæ ſunt in *Pand-jang*, h. e. oblongum, & *Pende*, h. e. breve & rotundum: Ternatenſibus autem Canarium dicitur *Nya* & *Niba*. Amboinenſibus *Yar* & *Yal*. Bandenſibus *Nanari*.

Locus. Hæc arbor in omnibus occurrit inſulis Moluccenſis & Amboinenſis imperii, præſertim vero in binis inſulis Manipa & Kelanghan, per totam porto Ceramam usque in inſulas ad Eurum ſitas, immo quidam confirmant, in ipſa Nova Guinea & affini ipſi auſtrali regione reperiri: In Banda quoque occurrir, at minor tantum ejus ſpecies, ſed quotannis ſufficienti ibi copia alia ſpecies adducitur ex inſulis Key & Aru: In occidentalibus vero inſulis, uti Celebe, Baleya, & Java, ignota eſt, excepto quod in Java circa Samarangham parva quædam occurrat Canarii ſpecies, cujus fructus in Bataviam venales adferuntur: In Macaſſara quædam etiam ſunt arbores, ſed propagatæ per fructus aliunde deductos; licet jam ſponte, nec hominum ope in hiſce creſcant inſulis, quum plurimum ferantur per palumbas & veſpertiliones, qui totos devorant fructus, eorumque glumis fere digeſtis totas iterum exonerant per ſeceſſum nuces, quæ terram tangentes arbuſculas progerminant, quo modo plures etiam frugiferæ propagantur arbores; omnes tamen hæ arbores ſuos habent dominos ac

Alle vier zoorten hebben ordinaris van binnen maar een holligheit, waar aan menze van de wilde onderſcheiden kan; doch daar loopender ook onder, die van binnen twee, en zelden drie kamertjes hebben, en in ieder een byzonder korrel, 't welk men meeſt ziet aan de twee ronde zoorten: Daar en tegen vind men dikwils in een kamertjen twee keeſten aan malkander gegroeit, of ſlegts met het bruine vliesken onderſcheiden. De derde zoorte heeft dat ook eigen, datze met een ſteen opgeklopt, in drie lankwerpige ſtukken van malkander valt, als ofze van drie deelen zamen gezet was. Zo zyn ook de beide kleine zoorten veel vaſter van ſubſtantie, en olyachtiger, daarom men dezelve meeſt gebruikt om Oly daar uit te perzen.

Voorts hebben alle Canaris geſlagten dit merkteeken, datze by de wortelen boven de aarde, rondom den ſtam eenige uitwaſſen hebben, in de gedaante van vleugels, als of 'er tegen den boom eenige dunne pilaaren gemetzeld waren, deze vleugels noemen de Maleyers met een generalen naam Tambi, Tabir, *of* Panir: *Wy noemen een ſtoel, de Amboineezen* Lakin, *en hebben de twee bovenſtaande groote zoorten de kleinſte vleugels; maar in de kleine en wilde zoorte is dezelve zeer groot en breed, by de twee mannen hoog opgaande aan den ſtam, zommige regt, zommige krom, en doorgaans een hand breed dik, dat het ſchynt of 'er verſcheide kamertjes aan den ſtam gemetzeld waren; daar zyn eenige woud-boomen meer, die zulke vlerken hebben, doch geene zo raar en groot, als de Canary-boom.*

't Hout van dezen boom is wel wit, dicht, en hard, doch niet zo durabel, wegens zyne vettigheid, die ligt wormen voortbrengt, en om dat het droog zynde licht afbreekt: Als nu de Canaris beginnen ſwart te werden, zo vallen de meeſte bladeren van den boom af, zo dat hy bykans kaal ſtaat, en de vruchten bloot hangen. Als dan moeten de Inlanders de boomen beklimmen, bindende eenige lange ſtokken met ſporten tegen den boom om te gemakkelyker op te komen, en de rype vruchten insgelyks met lange ſtokken af te ſlaan, want anderzints vallen de rype Canaris zeer licht van zelfs af, en worden gelyk de Eikelen de Verkens ten proye, die zeer gretig na deze Nooten zyn, door dewelke zy ook dikwils gevangen werden, als menze dezelve by nacht, of van verre met de tanden hoord kraaken. Straks als de vruchten afgevallen zyn, begint den boom wederom nieuw loof te krygen, en men ziet dikwils, dat aan een en dezelfſte boom zomtyds de eene helft jeugdig en vol bladeren ſtaat, als de andere allegaar de bare meeſt afgeworpen heeft, maar aan den groenen tak zal men geen vruchten zien; gelyk als aan de andere.

Saysoen. *Alle Canaris geſlagten, die men voor tamme reekent, bloeyen in 't begin van de reegen-mouſſon, dat is in May of Juny, en haaren Oogſt is in de eerſte drooge mouſſons maanden, dat is in October en November: Maar dewelke in September beginnen te bloeyen, werden ryp in Maart en April, en die hiet men* Canari Barat, *makende ſchier een byzonder geſlagt, waar van in 't volgende Kapittel.*

Naam. *In 't Latyn* Canarium Vulgare, *op Maleyts* Canari, *en daar van de twee eerſte zoorten* Canari Beſaar, *en* Canari Baggêa, *van 't volgende gebruik. De twee andere zoorten* Canari Kitsjil, *zynde beide geſubdivideert in* Pand-jang, *dat is lange, en* Pende, *dat is korte ronde. Op Ternaats* Nya *en* Niha, *op Amboins* Yar *en* Yal, *op Bandaas* Nanari.

Plaats. *Dezen boom vint men in alle Eilanden van 't Molucze, en Amboinſche gebied, inzonderheid op beide Eilanden Manipa en Kelang: Voorts door geheel Ceram tot in de Zuid-Ooſter Eilanden, ja zommige verzekeren ons, datze zelfs op Nova Guinea, en aan 't aangelegene Zuid-land gevonden worden: In Banda heeft menze ook, doch maar 't kleine geſlagt, maar werden jaarlyks genoegzaam voorzien van de Eilanden Key en Aru. In de Weſterlyker Eilanden, als Celebes, Baley, en Java zynze onbekend, behalven dat men op Java omtrent Samarangh een zoorte kleine Canary vind, dieze zomtyds op Batavia te koop brengen. Op Macaſſar heeft men ook eenige boomen, doch aldaar geplant door vruchten van elders aangebragt. Hoewelze nu zonder toedoen van menſchen in deze Eilanden voortkomen, werdenze meeſt gezaaid door de wilde duiven en vleer-muizen, die de geheele vruchten inſwelgen, en de bolſter ten naaſten by verteerd zynde, de geheele nooten door den afgang weder van haar geven, dewelke dan op de aarde vallende, jonge boompjes voortbrengen, op welke manier meer andere vrucht-boomen voortgeteelt werden; evenwel zo hebben* alle

ac poſſeſſores, nec cuivis licet illas cædere, quum incolis inſerviant pro victu quotidiano & neceſſario.

Uſus. Harum inſularum incolæ ingens capiunt nutrimentum ac victum ex hujus arboris fructibus, hi enim non modo crudi eduntur ad ſtomachum replendum, uti plurimum ab incolis fit, ſed etiam pro oblectamento, uti a noſtro fit populo, a quo in ferculis & ad potum Thee expetuntur, eodemque modo adhibentur, uti in Europa Amygdalæ, a quibus novitius vel peregrinus vix illos dignoſcet, unde & in quibusdam annalibus annotatum legitur, has quoque inſulas Amygdalas proferre; Hi tamen fructus ſunt inſalubres & pernicioſi, ſi nimis recentes edantur, quod dignoſcitur, ſi exterior illorum pellicula nondum ſit ruffa, ſed pallide albicans, atque hinc inde purpureis ſtriis notata, tum enim facillime cauſſant hi fructus Diarrhæas & Dyſenterias nimia illorum mucoſitate, quod corrigi tamen quodammodo poteſt, ſi parum Salis illis addatur: Plurima autem illorum pars nucleis incluſa fumo exſiccatur, ut in quotidianum inſerviat uſum. Canarii hi fructus fumo indurati non valent, ſi crudi edantur, quum pellicula exterior ſeparari nequeat, ac nimis ſint oleoſi, ſed adhibentur ad oleum exprimendum, vel alios præparandos cibos. In inſulis enim Moluccis, uti & in Banda, aliisque inſulis ad Eurum ſitis, in quibus Calappæ nuces non ſunt frequentes, ex hiſce ſiccatis nucleis magna Olei quantitas exprimitur, quod tenue eſt, & colorem ruffum habet, inſtar Olei ſeminum Raparum, vel paulo ſpiſſius etiam eſt. Oleum hocce gratius & aptius habetur pro cibis ad piſces in ſartagine toſtos, quam Oleum Calappæ, ſi nempe ſit recens; vetuſtum enim Canarii oleum Lampadibus tantum inſervit, eſtque naturæ calidioris quam oleum Calappæ. In Amboina oleum illud raro conficitur, quum ex Calappi nucibus promptius præparari poſſit.

Secundo ex hiſce nucleis coquitur delicatus Amboinenſium panis, *Baggéa* & *Mangéa* dictus, qui ſunt bacelli ulnam circiter longi & pollicem craſſi, qui loco panis eduntur. Hi componuntur ex Canariis groſſo modo conſciſſis cum Sagumanta parum commixtis, quæ paſta deinde intruditur canalibus ex Bamboſis factis ad illam longitudinem, vel involvitur certis craſſis foliis, quæ ex Pandanghæ ſpecie colliguntur, & ob hanc rationem *Daun Baggéa* quoque vocatur, quæ ad ignem torrentur, donec exteriora folia fuerint combuſta, quæ tolluntur, vel cum ſemi-toſtis conſervatur foliis, hique bacilli ex hac paſta formati bacillos referunt ex conſciſſis Amygdalis & ſaccharo nigro commixtos. Hi duri admodum ſunt, difficilesque morſu, cito autem ventriculum replent, ſatiantque, ſed ita vehementer ſæpius alvum conſtipant, ut dolores ſubſequantur. Sapor horum eſt rancidus & oleoſus, unde noſtra natio non multum illos expetit, ſed ab incolis loco tragematum uſurpantur, aliisque dono mittuntur, alioquin optimum præbent eſculentum & annonam trans mare navigantibus, quum diu incorrupti ſervari poſſint.

Alia inſuper horum bacillorum ſpecies eſt pani etiam inſerviens, quæ componitur ex Canarii nucleis conſciſſis, cum pauxillo ſacchari nigri & Oryzæ commixtis, quæ in Bambu canalibus pinſitur: Aliaque tertia melior præparatur ſpecies *Uba* dicta, ſed huic Canarium non miſcetur, quæ ex Sagumanta coquitur. Optima autem *Baggéa* ex Manipa adfertur, ubi latior harum Canarii placentarum ſpecies præparatur, pedem circiter longa, & palmam lata, quæ multo delicatior eſt prioribus iſtis bacillis.

Recentes Canarii fructus contriti & in aqua expreſſi, album præbent lac inſtar Calappæ Lymphæ, quod eodem quoque uſurpatur modo ad olera & pultes, ſed tantum a montanis ac plebeis hominibus, penes quos Calappus arbor non creſcit.

Peculiaris eſt ſcientia & ars haſce contuſione aperire nuces, ne nuclei frangantur vel comminuantur, incolæ hunc in finem lapides eligunt ab una parte excavatos in foveæ formam, in horum inferiore nucem deponunt, alteroque inpingunt in illam ſatis fortiter, donec putamen frangatur, nucleusque tali modo illæſus eſt, ſed non plures contunduntur, quam qui ſtatim comedantur, quum in putamine meliores conſerventur.

Tertio, hi nuclei ab Amboinenſibus ad alia quoque trage-

alle boomen haar eigenaars, en men magze geenzints vryelyk omkappen, om datze de Inlanders tot levens onderhout dienen.

Gebruik. *De Inlanders dezer Eilanden hebben een groot gedeelte van haar onderhout van dezen boom, te weten van de vruchten, want dezelve niet alleen bequaam zyn om raauw te eeten, zo om den buik te verzadigen, (gelyk meeſt by de Inlanderen geſchiet) als tot vermaak, gelyk onze Natie doet, werdende op de na-tafels, en by den Thee-bak opgeſchaft, gelyk men in Europa met de Amandelen doet, waar van ze een nieuweling qualyk onderſcheiden zal, daarom men ook in eenige Journalen of Dag-regiſters geſchreven vind, dat deze Eilanden Amandelen uitgeven. Deze vruchten echter zyn wat ongezont en vry ſchadelyk, als menze al te jong eet, waar van 't teeken is, als 't buitenſte vliesken nog niet ros, maar bleekwit is, hier en daar met paarze ſtreepen, want als dan verwekkenze zeer licht buik- en bloed-loop door haare groote ſlymerigheid, 't welk men eenigzints verbetert, als men daar wat zout by eet: De meeſte part werd in de ſchaalen gelaten, en in de rook gedroogt, op dat men dagelyks provifie daar van hebben kan. Deze gerookte Canaris zyn niet zeer bequaam om raauw te eeten, om dat men als dan het buitenſte vel niet afkrygen kan, en ook te olyachtig zyn, maar zy dienen om Oly te ſlaan, of andere koſt daar uit te maken: Want in de Molucze Eilanden, als mede in Banda, en andere Zuid-ooſter Eilanden, inzonderheit daar men de Calappus nooten in geen overvloet heeft, werd uit deze gedroogde korrels een menigte van Oly geperſt, dun en ros van coleur, gelyk Raap-zaad-oly, of wat dikker. Dezen Oly word voor lieflyker en bequamer gehouden in de koſt te gebruiken, en om viſch daar in te bakken, dan Calappus-Oly, te weten als hy verſch is, want de oude Canary Oly dient maar tot de Lampen, en hy is warmer van natuur dan den Calappus-Oly. In Amboina wert dien Oly weinig gemaakt, om dat men 't gereeder hebben kan van den Calappus-boom.*

Ten tweeden, werd uit deze korrels gemaakt 't ſmaakelyke Amboinſche brood Baggêa *en* Mangêa *genaamt, 't welk zyn ſtokken omtrent een elle lank, en een duim dik, die men in plaats van broot gebruikt: Deze maakt men van grof geſneden Canaris, met Sagumanta een weinig door malkander gekneed, welk deeg men daar na ſtopt in Bamboes pypen van die lengte, of in zeekere dikke bladeren rold, zynde een ſlag van Pandang, om die reeden Daun Baggêa genaamt, welke als dan in 't vuur gebraden werden, tot dat de buitenſte bladeren verbrand zyn, die men dan afneemt, of met de half gebrande bladeren bewaart, gelyken de ſtokken van geſneeden Amandelen, en ſwarte zuiker gemengt. Zy vallen vry wat hard, en moeyelyk in 't byten, verzadigen haaſt, en ſtoppen den buik zomtyds zo geweldig, dat men pyn daar van krygt. De ſmaak is wat brandig en olyachtig, dies onze Natie weinig werk daar van maakt, maar by de Inlanders werdenze voor Bancquet-werk gebruikt, en zomtyds tot een prezent gezonden, anders zynze een bequame provifie voor die genen, die ter Zee reizen, om dat menze langen tyd onbedurven behouden kan.*

Daar is evenwel nog een beter ſlag van deze brood-ſtokken, die men maakt van geſneeden Canaris, met een weinig ſwarte zuiker en Ryſt gemengt, en in Bamboeſe pypen gebakken; En nog een beter derde zoorte Uha *genaamt, doch daar komt geen Canary onder, maar beſtaat uit Sagumenta gebakken. De beſte* Baggêa *komt van Manipa, alwaar men nog een breet ſlag van deze Canari koeken maakt, omtrent een voet lank, en een hand breed, dewelke veel ſmakelyker zyn dan de bovenſtaande ſtokken.*

De verſche Canari gevreeven, en in water uitgeperſt, geven een witte melk gelyk de Calappus melk, werdende op dezelfde manieren gebruikt, om bry en moes-kruiden daar mede te vetten, doch maar by de berg-woonders en ſlegte lieden, daar geen Calappus vallen.

Het is mede een byzondere wetenſchap de nooten op te kloppen, zonder de beeſt te verbryzelen, de Inlanders zoeken hier toe twee ſteenen, ieder aan de eene zyde wat hol zynde als een kuiltjen, op de onderſte legt de noot, en doet met de andere een redelyke ſlag daar op, zo breekt de ſchaale, en de beeſt blyft heel, doch men klopter niet meer op, als men teffens op eeten wil, want in de ſchaale kan menze beter bewaren.

Ten derden, gebruikt men deze korrels tot nog een ander

tragemata adhibentur *Halua* vel *Alua* dicta, quæ præparantur ex grosso modo conscissis Canarii nucleis, cum Calappa & saccharo nigro vel arboreo commixtis & in crassam pastam redactis, ex qua quadratæ formantur placentæ, quas in sartagine parum supra ignem torrent. Hisce Marmilladis ipsorum convivia diebus festivis sunt oppleta, quibus maxime delectantur atque indulgent, licet oleosum præbeant saporem, nationi nostræ ingratum. Sed cum hisce placentis est, uti cum asino Æsopi, qui Carduos loco Lactucæ comedebat, dicebatque, ut sunt labia, ita & olus est.

Vox *Halua* meo judicio derivari potest ab Arabico *Halwan* & *Halwa*, id est edulium ex Melle & saccharo confectum, sive quodvis opus dulciarium, nam Amboinenses hac *Alwwa* delectantur, & eadem forma exhibent, qua apud nos Cydoniatum aliquod sive Marmillada.

Si Canarii fructus recentes copiose ingerantur, pectoris oppressionem caussant, unde nocent iis, qui tussi sicca laborant: Si inter Sagueri potum multum comedantur, caput gravant, citoque inebriationem caussant; Ex Canariis siccis, cum saccharo & Oryzæ farina contritis, placentulæ formantur, quas Portugalli *Boruwa* & *Lado* vocant, ad crustulata quoque adhibentur loco Amygdalorum; qui & saccharo etiam obducuntur, sed oleosum dant saporem, quum non nisi ex Canariis vetustis & siccissimis id fieri possit.

Si arbores hæ senescant, solent albam & tenacem exsudare resinam, sed rarissimam, si inferior trunci pars vel prope radices incidatur arbor: quo arbores sunt vetustiores, eo copiosiorem effundunt hanc resinam, quæ in junioribus non reperitur vel saltem rarissime, econtra fortem ac resinosum spargunt odorem, si harum truncus lædatur: Quo magis arbores hæ silvestres sunt, quoque minus coluntur, earumve fructus decerpuntur, eo copiosiorem fundunt resinam, quamdiu enim sunt fertiles, plurimosque gerunt fructus, hæc non reperitur. Gummi hoc seu resina, si sit sicca, est alba, inque parvis granulis sibi invicem adhæret, instar albæ Caphuræ, sed mollior est & tenacior instar sebi, sensimque flavescit. Si sit recens, tam gravem spirat odorem, ut caput infestet, totumque repleat cubiculum, in quo deposita est. In Amboina hæc resina est rara, sed frequentior occurrit in Cerama remotisque montibus, nec ad ullum alium adhibetur finem, nisi quod foliis obvoluta siccis, tamquam fax comburatur, sed gravem spargit odorem. Quando hæ arbores copiose hoc gummi fundunt, nullos amplius dant fructus, unde & incolæ stulti essent, si hasce arbores conservarent, ut gummi tale exstillaret, quum arbores hæ ad victum ipsis adeo conducant, simileque aliæ insuper arbores ipsis satis suppeditent, fructusque etiam perdant, qui ipsis sunt ita necessarii.

Ob eandem quoque rationem hujus arboris lignum non expetitur ad ædificia vel mechanica, excepto quod ex amplis ejus frustis ac segmentis vetustissimorum truncorum ingentia formentur dolia ac crateres *Doelangs* vocata, ut & breves remi, vel cochlearia *Pangajos* dicta: Vetustarum arborum lignum foco optime inservit, unde & adhibetur ad furnos calcarios exstruendos.

Hæc arbor, licet glabrum ac purum gerat corticem, plures tamen in ramis nutrit & sustentat plantas, quæ spuriæ ac parasitæ ipsam ita exhauriunt & emaciant, ut sterilis demum fit; hoc autem fit, quod per noctem plurimæ in hac quiescant aves, & quidem plures quam in aliis arboribus, ac præsertim palumbæ, quæ per stercus suum aliarum arborum semina in hujus arboris ramos dejiciunt, quæ ex eorum corticibus suum capiunt nutrimentum: Inter cæteras aviculas est *Cacopit* dicta, forma nostro *Regulo* simillima, ex cujus stercore in diversis arboribus excrescit aliena planta instar Visci in Quercu, quæ suo describitur loco nomine *Visci Cacopit*. Quæ peculiariter copiose & sæpius in Canariis conspicitur, estque speciosum tales virides quasi silvas, in arbore crescentes, videre, eo præsertim tempore, quum cuncta fere sua dimisit folia: Plurimæ etiam *Angreæ* species ipsi increscunt, quæ mirum gerunt florem, nec unquam in terra crescunt, item *Phyllitis Indica* aliæque *Filicum* & *Driopteris* species, nulla autem planta ipsi magis nocet, quam Varinga, ac præsertim illa parvifolia, quæ sine dubio

der Amboins Bancquet-werk Halua *of* Alua *genaamt, het welk gemaakt wert van grof gesnedene korrels, met Calappus, en bruine of boom-zuiker gemengt, tot een dikke deeg, waar vanze vierkante koeken maken, en in een panne een weinig over 't vuur roosten, van deze marmillade ziet men alle hare maaltyden op feestdagen opgepropt, en by hun lieden in groote agting, hoewel 't zeer olyachtig van smaak is, en voor onze Natie onlieflyk: Doch 't gaat met deze bruintjes, als met dien Ezel by* Æsophus, *die de distelen in plaats van Salade at, en zeide: Zo als de lippen zyn, zo is het moes-kruid.*

Het woort Halua *kan mynes oordeels afgeleid werden van het Arabische* Halwan *en* Halwa, *dat is een eetbare spys uit honing en zuiker toegemaakt, of alle zoete kost, want de Amboineezen van diergelyke zoetigheid zeer veel houden, en op die zelve manier het gebruiken als by ons de Marmeladens, ofte de Cheley van Quéen en diergelyke.*

Als men veele versche Canaris eet, voelt men dikwils een benaautheit op de borst, daaromze niet goed zyn de geene, die met de drooge hoest gequelt zyn. Tusschen het drinken van de Sagueer veel gegeeten, beswaart het hooft, en maaken vroeg dronken. Uit de drooge Canaris met zuiker en rys-meel gewreeven, maakt men ook peper-koekjes, en morzellen, die de Portugeezen Boruwa *en* Lado *noemen, zo werdenze ook in de Taarten gebruikt, in de plaats van Amandelen, als mede met zuiker overtrokken, doch die smaaken vry wat olyachtig, om dat menze niet dan van oude en zeer drooge Canaris kan maken.*

Als deze boomen oud werden, plegenze een wit en taai hers van haar te geven, doch zeer schaars, als men in de onderste stam of bloote wortelen kapt, hoe ouder de boomen zyn, hoe meer hers datze geven, maar aan de jonge ziet men niet, of zeer weinig, daar en tegen gevenze een sterke en hersachtige reuk van haar, als menze in de stam quetst. Hoe wilder deze boomen ook zyn, en hoe minder datze gebavend en geplukt werden, hoe meer hers datze geven, want zo lange zy rykelyk vrucht dragen, vind men 't hers niet. De Gom of hers droogt wit op met kleine kruimpjes aan malkander hangende, als witte Campbur, doch weeker en taayer als ongel, besterft ook metter tyd wat geel. Vers zynde is 't zo sterk van reuk, dat 't het hooft beswaart, en een gantsche kamer vervult, daar het leid. Op Amboina vind men dit hers weinig, maar wel op Ceram, en in 't afgelegene gebergte, en werd tot anders niet gebruikt, dan dat men het met gruis en al in eenige drooge bladeren bewind, en in plaatze van toortzen of kaarzen verbrand, als andere Dammers, hoewelze mede beswaarlyk van reuk vallen. Als nu de boomen rykelyk van deze Gom uitgeven, zo willenze gene vruchten meer dragen, daarom de Inlanders onwysselyk zouden doen, deze boomen, daarze zo nodige onderhoud van hebben, tot het druipen van deze Dammar te gewennen, diergelyke zy met menigte van andere boomen kunnen hebben, en maakten als dan, dat de vruchten boven bederven, daar hun meer aangelegen is.

Uit dezelve reeden werd dit hout ook tot geen timmerwerk gebruikt, behalven dat men uit de breede vlerken, en dat nog van de oude stammen, groote houte bakken Doelangs *genaamt, als mede de korte riemen of schep-lepels* Pangajos *maakt: het hout van oude boomen geeft goed brand-hout, daarom 't gebruikelyk is, om kalk-ovens van te maken.*

Dezen boom, hoewel hy een effen en zuivere schorsse heeft, moet echter op zyne takken veele vreemde planten voeden, welke hoere-kinders hem zodanig uitmergelen, dat hy ten laatsten onvruchtbaar werd, dit komt by, om dat 'er des nagts veelderhande vogelen op deze takken rusten, meer dan op andere boomen, inzonderheid wilde duiven, die dan door den afgang zaden van andere boomen op dezes booms takken laaten vallen, die dan beklyven, en uit de schorsse haar voedzel trekken; onder andere is een klein vogeltje genaamt Cacopit, *van gedaante ons Koninxken gelykende, uit wiens afgang op verscheide boomen spruit een vreemde plante, gelyk de Mispels op onze eiken boomen, op zyn plaats beschreven onder den naam van* Viscum Cacopit; *dewelke men inzonderheid veel en dikwils ziet op de Canari-boomen, zynde speculatie, zodanige groene bosschen te zien op een boom, in die tyd, als hy zyne meeste bladeren afgeworpen heeft. Men vind 'er ook vele geslagten van 't Angree op, een rare bloeme, die nooit op de aarde wast, als mede de* Phyllitis Indica *of Hertstongen, en andere zoort van* Driopteris: *Maar geen schadelyker gewas voor hem is, als de Varinga, inzonder-*

bio a palumbis ipſi inſeritur: Ingrata enim hæc proles primo luxurioſe admodum excreſcit ex ejus ramis & cortice, ac dein ſua emittit flagella juxta truncum inferne usque in ipſum ſolum, quæ dein majora magisque pinguia, pluribusque aliis aucta flagellis matricem truncum ita ambit & comprimit, ut ſuffocata quaſi pereat, tumque paraſitica hæc ac ſpuria proles ſpecie magnæ arboris ſeſe extollit, ſuffocatæ innitens corpori matricis, unde & Amboinenſes proverbium de Varinga fecerunt, quam comparant cum adulatoribus, qui blanditiis ſuis ſeſe inſinuant in potentum favorem, quos exinaniunt & carpunt.

Dura Canarii putamina optimos præbent carbones, qui ignem diu continent & fovent, qui uſurpantur ab aurifabris & ad aquam calefaciendam: Canarii fructus Bandenſes, quum ſint exiles, non multum crudi comeduntur, ſed ex illis oleum potiſſimum exprimitur, quum majoribus ſint pinguiores, quos aliunde accipiunt, & peculiari vocabulo Canaria Amboinenſia vocant.

Quum in inſulis Amboinenſibus anni tempora varient, uti in Manipa & Kelangha, ubi Zephyri & Euri ſicca conſtituunt menſium tempora, quæ in Amboina ſunt pluvioſa, hinc anni tempus, quo majora & domeſtica Canaria matureſcunt, in Amboina, eſt menſe Octobri, inque iſtis inſulis menſibus Junio & Julio, atque econtra minores ſeu ſilveſtres Canarii ſpecies *Yal balat* ipſis dictæ in medio ſeptentrionalium menſium, quum apud ipſos pluviæ cadant copioſæ.

Notandum porro eſt, quatuor memoratas ſupra ſpecies, domeſticas dictas, aliquando inminui & degenerare, ut a ſilveſtri vix dignoſci poſſint ſpecie.

derheid de kleinbladige, die buiten twyfel door de duiven daar op gezaaid word; want dit ondankbaar kint groeit eerſt zeer weeldrig uit zyn takken of ſchorſſe, en ſchiet zyne ranke langs den ſtam na beneeden na de grond, die daar na grooter en vet geworden zynde, en met veele andere ranken, den moeder-ſtam omvat hebbende, den zelven eindelyk zodanig verſtikken, dat hy uitgaat, en dan pronkt dit baſtaart-kind met de gedaante van een grooten boom, ſteunende op het lichaam van de verſtikte moeder, weshalven de Amboineezen een ſpreekwoord van de Varinga *gemaakt hebben, dezelve vergelykende by pluimſtrykers, die haar met hare liefkoſery by welhebbende lieden weten te voegen, en hun uitzuipen.*

De harde ſchaalen van de Canaris geven goede koolen, die 't vuur lange houden, gebruikelyk by de goudſmeeden, en om Thee-water heet te houden: De Bandaſche Canarien, om datze klein zyn, werden niet veel raauw gegeten, maar meeſt tot Oly geperſt, om datze veel vetter zyn dan de groote, dieze van elders krygen, en in 't byzonder Canary-Amboin noemen.

Dewyl in de Amboinze Eilanden de Mouſſonnen zelfs verſchillen, gelyk op Manipa en Kelangh, daar de Zuid en Zuid-Ooſter winden de drooge Mouſſon maken: wanneer 't in Amboin regent, zo valt de Sayſoen van de grote of tamme Canari in October in Amboina, en in de voornoemde Eilanden in de maanden Junius en Julius, en in tegendeel de kleine of wilde Canaris, dieze ook Yal Halat *noemen, midden in de Weſter Mouſſon, wanneer 't by hun reegent.*

Nog ſtaat aantemerken, dat de vier bovengenoemde zoorten van tamme Canary zomtyds zo veraard en klein werden van vruchten, datze van de wilde qualyk te onderſcheiden zyn.

EXPLICATIO

Tabulæ Quadrageſimæ Septimæ,

Quæ ramum exhibet *Canarii vulgaris*, quod *Canary negri* vocatur. ubi Litt. A. *ſquamas foliaceas* ex alis rachis folioſæ ortum ducentes denotat.

B. *Corymbum floriferum.*
C. *Corymbum frugiferum.*
D. Vero *nucem* naturali magnitudine putamini incluſam.

E. *Fructus* eſt *Canarii Baggea.*
F *Fructus Canarii Panjang.*
G. *Fructus Canarii Pende.*
H. *Canarii vulgaris fructus diſſectus* eſt.
I. Ejus *nucleum* ſiſtit.

UYTLEGGING

Van de zeven-en-veertigſte Plaat,

Dewelke een Tak vertoont van de gemeene *Canarie*, welke *Canary negri* genaamt wert; alwaar de Lett. A. aanwyſt de bladige ſchubben, die uit de ſchoot der blat-dragende ryskens hun oorſpronk hebben.
B. Wyſt aan een *Bloey-tros.*
C. De *vruchten*, zo alsze aan de *tros* groejen.
D. Een Noot in zyn natuurlyke grootte, en in zyn bolſter beſlooten.
E. Is een *vrucht* van de *Canari Baggea.*
F. De *vrucht* van de *Canari Panjang.*
G. De *vrucht* van de *Canari Pende.*
H. Is een *Canari doorgeſneden.*
I. Des zelfs *kern.*

EXPLICATIO

Partium fructuum Canariorum, *& quo modo e terra progerminent.*

a & *b Integram* denotat *Canarii* nucem putamini incluſam, ubi *a* locus eſt, qui pedunculo fuit nexus.
c & *d Depuratum Canarii* fructum exhibet, ubi *c* locus eſt, qui petiolo junctus fuit. & *d* ſuperior trigona pars, *e* autem latiſſima ejus pars eſt hujus trigonæ nucis, ubi fiſſura delineata eſt, quam natura aperit, primo ad inferiorem ſeu acutam partem, ut radix ex ea propullulare poſſit.

f & *g* Nucleum exhibet ſeu medullam edulem in ſex partes diviſam, ubi *g* capitulum denotat, ex quo radix primum progerminat.
h & *i* Eundem depuratum nucleum demonſtrat, ſed inverſum, capitulo ſurſum ſpectante, quod repræſentat *Sinenſem* quaſi a poſtica parte longis ſuis manicis ambulantem.
Per *k l m* & *n* exhibetur, quomodo arbuſcula ex nuce progerminet, *k* nempe apertum exhibet putamen eadem forma, qua ſupra *c* & *d* fuit exhibitum, cujus inferior pars Sinenſis caput repræſentabat, quæ in radicem *l* excrevit, dein ſeſe aperiunt ſex nuclei partes, in tot foliola ſeſe extendentes, ab utraque nempe parte tria, quæ in centro ſurculum ſeu germen junioris abſcondunt arboris ad *m*, quæ ſenſim ſeſe erigit. *n* apertura ſeu fiſſura eſt jam decidua.
o Putamen exhibet *vacuum.*
p Perfectum exhibet ſurculum ſeu arbuſculam erectam & a putamine liberam, quæ ſuperne viridia gerit foliola, ſub quibus quædam nuclei ipſius fragmenta reſtant, quæ brevi poſt decidunt.

UYTLEGGING

Van de deelen der Canary-vruchten, *en hoe dezelve uit de aarde uitſpruyten.*

a en *b* Wyſt aan een *geheele Canary*-noot met zyn bolſter, zynde *a* de plaats aan de ſteel des booms vaſt.
c en *d* Vertoont een *ſchoon gemaakte Canary* en de bloote ſchaal, zynde *c* de plaats die onder de ſteel ſtont, en *d* de voorſte driekantige ſpits; *e* is de breetſte zyde van dezelve driekantige noot, alwaar een deur geteekent is, die de natuur opent, eerſtelyk aan de onderſte of ſpitſe hoek, om de wortel uit te laaten.
f en *g* Vertoont de korrel, ofte de eetbaare heeſt van een *Canary*, die zig in zes ſtukken verdeelt, alwaar *g* een ront hoofdken vertoont, daar de wortel eerſt uitkomt.
h en *i* Verbeelt dezelfde ſchoongemaakte korrel, maar omgekeert met het hoofdje boven, onder vertooning van een *Sinees* van agteren, met zyn lange mouwen wandelende.
Door *k l m n* wert vertoont, hoe een jong boompje uit de noot komt, te weten *k* is de geopende ſchaal in het zelfde poſtuur als boven *c* en *d* aan wiens onderſte ſpits was het hooft van den *Sinees*, 't welk de wortel *l* geworden is, daarna openen zig de zes deeltjes van de heeſt in zoo veel blaatjes, ter wederzyde drie, en verbergen in haar midden het beginzel van het jonge boompje by *m*, 't welk zig allengskens opregt. *n* is het deurtje, dat nu afgevallen is.
o Vertoont de leege ſchaal.
p Een volwaſſe jonk boompje opgerigt, van de ſchaal los, vertoonende boven op al reede eenige groene blaatjes, en onder dezelve eenige ſtukjes van de korrel, die kort daarna afvallen.

CAPUT II.

A
B
C
D
E
F
G
H
I
a
b
c
d
e
f
g
h
i
k
l
m
n
o
p
q

CAPUT SECUNDUM.

Canarium Zephyrinum, sive Silvestre primum. Canari Barat.

HÆc species haud multum differt ab antecedente, ac præsertim ejus binis ultimis speciebus, atque discrimen maxime consistit in anni tempore, arboribusque serotinis. Hujus truncus altior est, plerumque erectus, aliquando autem parum incurvatus, albo vel cinereo obductus cortice, qui in vetustioribus truncis ruffus apparet, instar casei cariosi, ejus coma non ita eleganter disposita est ac in domestica, sed incompta, ramique ejus sunt multo magis incurvi, & inter altissimas silvestrium arborum numeratur species, unde & vix conscendi potest, sed ejus fructus sponte decidunt. Hujus alæ prope radices admodum sunt extensæ & ingentes, varias mentientes cellulas, saltem maximæ sunt inter omnes Canarii species, præsertim si in altis crescat montibus, si vero circa hominum domicilia fuerit posita, parvæ ejus sunt alæ.

Folia eodem modo locantur, uti in priore, quatuor vel quinque paria in una rachi, sed sunt multo minora quam in præcedente, inferiora nempe quinque vel sex pollices, superiora vero septem vel octo sunt longa, in junioribus vero arboribus decem vel undecim pollices sunt longa, binos cum dimidio tresve pollices lata, horum autem odor non ita est resinosus quam antecedentis, superiusque acuminata sunt apice acuto ad pollicis circiter longitudinem, venis parallelis & flavescentibus pertexta, crassa, scabra, & obscure virentia, quodvis autem folium ad ortum suum tuberculum habet, uti quævis rachis ad ramos geniculata est, quæ porro rotunda est, parum striata, in medio sæpe uno alterove geniculo distincta, totaque rachis ex sex constat paribus cum impari extremum claudente, quod raro deficit. Raches hæ ad ortum suum bina quoque auriculata, squammosa, & triangularia gerunt foliola, in quibus tamquam in vagina continentur, atque hæ squamæ sunt copiosiores & majores in silvestri quam in domestica specie. In ramorum summo ingentes quoque excrescunt racemi ex crassis lignosisque constantes pedunculis, qui flores sustinent, domesticæ floribus similes, sed plerumque minores, hi autem flores primo constant binis tribusve capitulis sibi junctis, quæ sese aperiunt in bina vel tria segmenta interne instar albi serici splendentia, crateriformia, in quorum centro flosculi apparent ex tribus quoque parvis albis, & oblongis petalis constantes, & crateriformes, qui in centro suo brevia crassaque continent stamina cum antheris croceis, quæ viride cingunt capitulum seu pistillum, quod in fructum excrescit. Capitula hæc bina vel tria viridia, antequam sese aperiant, in bursula quasi occluduntur, quæ ex binis formata est foliolis, quæ post capitulorum aperturam ab utraque dependent parte instar Valvularum, odor est similis floribus Tsjampaccæ, sed debilior est quam in domestica. Hi flosculi non ubique in racemo locantur, sed tantum in petiolorum extremo, ubi & quoque fructus progerminant.

Fructus hi domesticæ omnino sunt similes, præsertim secundæ & quartæ ejus speciei, illi autem ex plano ortu acutiores desinunt leviter acuminati, ex rotundo trianguli, si sint maturi, non ita elegantes, politi, nec nigri sunt ac domesticæ, sed magis fusci sunt, nec ultra sex octove uno ex racemo dependent, quum domestica plures gerat.

Nux ipsa formam habet & magnitudinem secundæ speciei simillimam, sed paulo minor est, & prætterquam quod sit trigona, quodvis insuper latus prominentem gerit costam; putamen autem ejus crassum est, ac difficillime hæ nuces contusione aperiuntur, conusque illarum semper acutior est quam in domestica, tertium etiam segmentum aliquando bifidum est.

In aperta hac nuce maximum a priori observatur discrimen, in tres enim cellulas divisa est, quarum singula suum gerit nucleum domesticæ similem, sed paulo minorem, ejusdemque saporis, sed substantiæ est

II. HOOFTSTUK.

De eerste wilde Canari-Boom.

Dit geslagt verschild niet veel van 't voorgaande, inzonderheid van de twee laatste zoorten, en het onderscheid bestaat meest in het Saysoen, en verlatenheid der boomen. Den stam schiet hooger op, meest regt, en zomtyds wat bochtig, ook met een witte of ligt-graauwe schorsse bedekt, die aan de oude stammen rosachtig schynt, gelyk vermufde kaas, de kruin is zo wel geschikt niet als aan de tamme, maar gebrooken, en de takken veel krommer; voorts werd hy gerekent onder de hoogste Woud-boomen, daarom is hy qualyk te beklimmen, maar men laat de vruchten van zelfs afvallen. De vlerken by de wortelen zyn zeer groot en breed, verscheide kamertjes afbeeldende, immers de grootste onder alle de Canary-geslagten, inzonderheid als hy in 't hooge gebergte staat, maar by de woningen der menschen staande heeft hy ze klein.

De bladeren staan op dezelfste manier, als aan de voorgaande, vier en vyf paren aan een rysken, maar zyn veel kleinder dan aan 't voorgaande, te weten de achterste vyf en zes, de voorste zeven en acht duimen, maar aan de jonge boomen tien en elf duimen lank, twee en een half en drie duimen breet, van zo hersachtigen reuk niet, als de tamme, van vooren met een smalle spits, omtrent een duim lank, mede met evenwydige en geele ribben doortogen, dik, styf, en swart-groen, hebbende ieder blad by den oorspronk aan den steel een knopje, als mede de ryskens aan de takken een knietjen, en zyn voorts ront, wat gestreept, zomtyds in de midden met een of twee knietjes geboogen en 't geheel rysken heeft zes paren, met een voor uit alleen, en zelden zonder dat. De ryskens hy haren oorspronk hebben mede twee gehaarde schubachtige, en driekantige blaadjes, daar in ze als in een scheede staan, en deze schubben ziet men meer en grooter aan 't wilde geslagt, dan aan 't tamme. Aan 't voorste der takken komen mede groote trossen voort, van dikke houtachtige steelen gemaakt, daar aan ziet men 't bloeizel, dat van tamme meest gelyk, doorgaans kleinder, in 't byzonder bestaat dit bloeizel eerst uit twee en drie groene knoppen tegen malkander gevoegt, die haar openen in twee a drie stukken, van binnen glimmende, als witte zyde, daar tusschen ziet men de bloempjes mede van drie kleine, witte, en lankachtige blaadjes gemaakt, een bekertje gelykende, en in 't midden der zelver staan eenige korte dikke draadjes, met Saffraan-geele noppen, omringende een groen knopje, waar uit de vrugt werd. Deze twee of drie groene knoppen, eerze hun openen, staan geslooten in een beursjen van twee groene blaadjes gemaakt, dewelke naar 't openen te weder zyden afhangen, als klapmutzen, de reuk is mede als aan de Tsjampacca *bloemen, doch slapper dan aan de tamme. Deze bloempjes staan niet over al aan den tros, maar alleen aan 't uiterste der takskens, gelyk ook de vruchten wasschen.*

Dezelve zyn de voorgaande tamme meest gelyk, inzonderheid de tweede en vierde zoorte, doch deze loopen uit een breet begin scherper toe, en met een korte spitsje voor uit, mede uit den ronden wat driezydig; ryp zynde wordenze zo schoon, glad, en zo swart niet, als de tamme, maar blyven graauwer, en hangen niet boven zes a acht aan eenen tros, daar de tamme meer hebben.

De noote is in een gedaante en grootte, met de bovengenoemde tweede zoorte, of wat kleinder, en niet alleen driezydig, maar ieder zyde heeft in de midden nog een uitsteekende ribbe, hebbende voorts een dikke schaal, zy zyn moeyelyk op te kloppen, en haar voorste punt is altyd scherper dan aan de tamme, en zomtyds is de derde kant in tween gedeelt.

In de opgebrookene vind men merkelyker verschil, want zy is in drie kamertjes verdeelt, waar aan ieder een byzonder korrel heeft, de tamme gelyk, doch wat kleinder, en van dezelfde smaak, maar vetter, en harder van substan-

eſt pinguioris & durioris: Tres hæ cellulæ in ſilveſtri ſemper occurrunt ſpecie, ſed in domeſtica caſu & luſu tantum modo naturæ obſervantur, ac plurimum binæ occurrunt, nec tertia ſemper nucleo repleta eſt, ſed ſæpius vacua, & parvum modo nucleum continens.

Hujus & altera reperitur ſpecies præcedenti multo minor; ejus nux enim vix digitum longa eſt, vere triangularis, in tres acutos diviſa angulos, quodvis autem ejus latus ſeu ſegmentum digitum circiter latum eſt. Nux in cellulas itidem tres diviſa eſt, inque iis unus alterve parvus & anguſtus nucleus, ſaporis dulcioris, ſed ſiccioris quam in priore, nec ita pinguis eſt.

Si hujus truncus incidatur, odorem fundit fortem & reſinoſum, ejusque reſina alba copioſior eſt quam in domeſtica, Camphuræ nondum depuratæ vel Sebo ſimillima, quæ in magnis fruſtis colligitur, facibusque inſervit, ſed plurimum in terram prolabitur, atque cum aliis ſeſe miſcet ſordibus; cæterum tam gravem ſpirat odorem, ut intolerabilis fere ſit: In arboribus Ceramenſibus, ac præſertim in Hatuwe hæc reſina copioſior invenitur quam in aliis locis, quæ ex albo flaveſcit inſtar Ceræ flavæ, ſed fragilior eſt & mollior: Truncus ſupra alas adeo craſſus eſt, ut duo vix viri eum amplecti poſſint, ejusque lignum multo ſolidius eſt & durabilius quam domeſticæ, unde & ædificationibus etiam inſervit.

Anni tempus. In initio menſium Occidentalium h. e. Septembri florent, unde & cognominantur, matureſcunt vero Aprili; naturæ habentur magis ſilveſtris, quam præcedens, quum arbores ob altitudinem adſcenſum non admittant, unde & vexationibus non ſunt obnoxiæ, atque illarum fructus avibus apriſque plurimum in cibum cedunt, nullos quoque habent dominos vel poſſeſſores, licetque cuivis illas excidere, uti & reliquas ſilveſtres arbores.

Nomen. Canarium Zephyrinum ſive *Silveſtre primum.* Malaice *Canari Barat*, h. e. Canarium Occidentale, quum menſium Occidentalium tempore floreat & matureſcat: Item *Canari Utan*, h. e. Canarium ſilveſtre, & primum, quum alterum verum ſit ſilveſtre: Amboinice *Yar* vel *Yal-Halat* vocatur, quidam illud etiam nominant Canarium *Kitsjil*, quum ejus folia & fructus ſint minores quam in domeſticæ ſpeciebus.

Locus. In iisdem creſcit locis, in quibus domeſtica, ſed in ſilvis, magisque remota ab hominum ædificiis, immo etiam in quibusdam reperitur inſulis, in quibus nullæ occurrunt domeſticæ, uti in Banda in altiore Lonthoræ terra.

Uſus. Hi fructus, uti dictum, in Amboina raro colliguntur, quum domeſticæ ſpeciei ſint copioſi, licet delicatioris ſaporis, duriorisque ſint ſubſtantiæ, quam majores, ſed nimis multo conſtant labore, antequam aperiantur, & ut nuclei ſint integri.

Arborum trunci, qui rectiſſimi & altiſſimi ſunt, apti ſunt optimique ad navium malos, licet non admodum ſint durabiles, ſique cæſi ſunt, facile disrumpuntur. Noſtra tamen natio hiſce ſæpius fuit uſa, hosque in malos ex Amboina pro Bataviæ officina navigatoria arceſſiverunt. Lignum vero alarum ad eadem opera ſupra memorata adhibetur, quibus etiam melius inſervit.

Anno 1669 ex Xulabeſſi ad me delata eſt alba, mollis, & recens reſina, optime referens albam Dammaram, quæ ex vetuſtis ſilveſtribusque Canariis colligitur, ſed pinguior erat, hujusque nux vix digiti articulum longa erat. Triangularis quoque erat, ſed tertia ejus pars multo anguſtior erat binis reliquis, ſed ob craſſum ejus putamen parvumque nucleum non editur: Folia autem ſimillima erant præcedenti Canario, ſed paulo minora, truncus ejus quoque alatus erat ab inferiore parte, in altis hujus inſulæ montibus creſcebant hæ arbores. Reſina ibi parum colligitur, facibusque inſervit, uti alia Dammara, licet graviorem præbeat odorem: ad differentiam prioris vocari poteſt reſina Canarina de Xulabeſſi.

Canarii lignum non tantum utile eſt malis, ſed etiam operi ſcriniario, ex quo ciſtas formant, poliri enim facile poteſt, noſtroque ligno Fagino ſimile eſt.

Hujus generis arbor videtur eſſe in Sina creſcens Cana-

ſtantie. Deze drie celletjes moet men ordinaris in 't wilde geſlagt vinden, maar in de tamme zynze by geval, en meeſt maar twee, 't derde kamertje is ook altyd niet vol, maar dikwils leedig, en met een klein korreltje bezet.

Ten tweeden, hier van heeft men nog een tweede zoorte, veel kleinder dan de voorgaande, want 't Nootjen is pas een duim lank, regt drieboekig, met drie ſcherpe kanten verdeelt, blyvende ieder zyde een kleine vinger breet. Binnen zynze mede in drie celletjes verdeelt, en daar in maar een a twee kleine en ſmalle korrels, zoeter, maar drooger van ſmaak dan de vorige, met weinig vettigheit.

Als men in de ſtam kapt, geeft hy een ſwaare bersachtige reuk van zig, en meer witte hers dan de tamme, den vuilen Campher of ongel gelyk, 't welk men in groote klonters by malkander vergadert, en tot toorzen gebruikt, maar 't valt meeſt op de aarde, en vermengt zig met andere vuiligheid; anderzints mede zo ſterk van reuk, dat het qualyk te verdragen is: aan de Ceramze boomen, inzonderheid op Hatuwe, vind men dit hers of Dammer overvloediger dan op andere plaatzen, uit den witten na den geelen trekkende, als geel was, doch broſſer en weeker: de ſtam boven de vleugels kunnen twee mannen pas omvademen, en zyn hout is vaſter en duurzamer dan aan de tamme, dierhalven tot eenig timmer-werk gebruikelyk.

Sayſoen. *Zy bloeyen in 't begin van de Weſter Mouſſon, in de maand September, waar van zy haare toenaam hebben, en werden ryp in April van de zelfſte Mouſſon, men houtze voor wilder van aard dan de voorgaande, om dat de boomen wegens haare hoogte niet te beklimmen zyn, en men laatze dierhalven ongemoeit ſtaan, dies hare vrugten meeſt de vogels en wilde Verkens ten prooye werden, zy hebben ook geen eigenaars, en men magze vryelyk omkappen, gelyk andere wout-boomen.*

Naam. Canarium Zephyrinum ſive Silveſtre primum. *Op Maleyts* Canari Barat, *dat is Weſter Canari, om datze in de Weſter Mouſſon bloeit, en ryp werd. Als mede* Canari Utan, *dat is wilde Canary, de eerſte, om dat 'er nog een andere regte wilde is, op Amboins* Yar *of* Yal Halat, *zommige noemen 't ook Canary Kitsjil, om dat zyne bladeren en vruchten kleinder zyn dan aan de tamme geſlagten.*

Plaats. *Zy waſſchen op dezelfde plaatzen daar de tamme, doch meer in 't gebergte, en van de wooningen der menſchen afgezondert, ja ook op zommige Eilanden, daar geen groote tamme zyn, gelyk in Banda op het hooge land van Lonthor.*

Gebruik. *Deze vruchten, als gezegt, werden in Amboina weinig ingezameld, daar men de tamme zoorte in meenigte heeft, hoewelze ſmaakelyker en harder van ſubſtantie zyn dan de groote, maar ze koſten te veel van moeiten, om op te kloppen, dat de binnenſte korrels geheel blyven.*

Het hout van de ſtammen, dat men zeer regt en hoog kan vinden, is bequaam om maſten daar van te maken, hoewelze niet zeer durabel zyn, en alsze gewelt lyden, kort afbreeken: Evenwel hebben onze Natiën zig dikwils daar mede moeten behelpen, en dierhalven deze maſten van Amboina voor Bataviaas Timmer werf ontbooden. Het hout van de breede vlerken aan den ſtoel werd tot dezelfſte werken gebruikt, als boven gezegt, waar toe 't bequaamer is.

Anno 1669. is my van Xulabeſſi *gebragt een wit, week, en vers hers, zeer gelyk de witte Dammar, die men van de oude wilde Canary-boomen bekomt, maar vetter, 't nootjen daar van was ſchaars een lidt van een vinger lank. Zy was driezydig, doch de derde zyde was veel ſmalder dan de twee andere, en wegens zyne dikke ſchaal en kleine beeſt werd het niet gegeeten. De bladeren zouden gelyk zyn die van de voorgaande Canary, doch wat kleinder, de ſtam heeft ook eenige vlerken aan 't onderſte. Zy waſſchen in 't hooge gebergte van dat Eiland. Het hers vergaderenze aldaar weinig, en gebruiken het tot toortzen, gelyk andere Dammar, hoewelze vry wat ſterker van reuk valt. Tot onderſcheid van de bovenſtaande mag menze noemen* Xulaaſche Canari Dammar, *in 't Latyn* Reſina Canarina de Xulabeſſi.

Het Canary-hout is niet alleen dienſtig tot maſten, maar ook tot ſchryn-werk, om kiſten van te maaken, want 't laat zig glad werken, en gelykt zeer ons Beukenhout.

Van deze zoorte ſchynt te zyn de boom in Sina *waſſchen-*

Tab. XLVIII
Tom. II.
Pag. 153.

Cana vocata, forma & crescendi modo simillima Canario parvi-folio, sed ejus folia sunt etiam minora, ejusque fructus sunt oblongo-acuti, nucesque sunt trigonæ, ab utraque parte acuminatæ, in tres quoque cellulas divisæ, in quibus tres angusti continentur nuclei.

Hæc autem Sinensis *Cana* in meo plantata horto, ex foliorum forma exhibebat non esse Canarii speciem, sed ex genere *Pruni Cerei*, in Europa satis noti, de quo in *Auctuarii Capite quinto* plura vide.

Hæ Canarii arbores in Cerama aliisque majoribus insulis crescentes tam copiosam exhibent resinam, ut in magnis frustis conisque ex truncis dependeat, immo ex ipsis crassioribus ramis, sed tum arbores vetustissimæ sunt, nec ab hominibus vexatæ: Resina hæc primo alba est, liquida, & viscosa, dein flavescit, & indurescit instar ceræ, sed non ita gravis ingratique odoris est quam junioris arboris vel Canarii domestici, sed substantia, colore, & odore adeo similis est *Gummi Elemi*, ut pro eo haberetur, & quis scit, an non eædem sint arbores: Quod determinari posset, si nobis species Æthiopicæ istius arboris esset nota, ex qua *Gummi* illud *Elemi* fluit.

Dicitur *Gummi Elemi* resina esse Oleæ Æthiopicæ, sed alii putant ex Cedri specie profluere, alii vero dicunt incognitam esse huc usque arborem: Haud male hallucinari quis posset, fructus istius arboris parvos oblongosque esse Canarios, quos peregrini pro Olivis habuerunt, quibus semi-maturi Canarii simillimi sunt, sicque merito & cum ratione nostra Canarina Dammara Indicum vel Amboinense Elemi esset, uti & mihi notum est, Chirurgos quosdam hacce Canarina Dammara defectu Elemi ad Emplastra temporalia usos fuisse, quæ temporibus applicantur ad Catharros revellendos. Liquefeci istam Canarinam Dammaram, ut a sordibus depuraretur, atque ex ea placentas formavi, quæ semi-pellucidæ erant, ex flavo ad ruffum vel pallide rubentem accedentes colorem, odoremque habebant jucundiorem cruda, sed facillime ac minutissime frangentes, & instar vitri splendentes. In vase vel olla servandæ sunt separatim, alioquin odorem suum fortissimum & penetrantissimum aliis inbuit rebus hæc resina, quæ ipsi adjacent, quique nunquam abit.

Ex hisce patet absurda illa sententia, quam quidam fovent, censentes Ambram albam seu Sperma Ceti in Massa, quæ in hisce Orientalibus insulis mari innatat, nihil aliud esse nisi talem Canarinam Dammaram, quæ casu in mare abrepta cum arena, lapillis, conchisque mixta in hoc Sperma Ceti degeneraret, si vero quis modo attendat ad sebaceum Spermatis Ceti odorem, & ad resinosum illum Dammaræ Canarinæ, qui nunquam perit, quamdiu etiam in aqua volvitur marina, facile dignoscet, res esse diversæ originis.

schende Cana *genaamt*, *van gedaante en wasdom de kleinbladige Canary gants gelyk, doch de bladeren zyn nog al kleinder, de vruchten zyn lankwerpig-smal, zo mede de nootjens driekantig, achter en vooren spits, binnen mede in drie celletjes verdeelt, en daar in drie smalle beestjes.*

Doch deze Sineesse Cana *in mynen Thuin geplant, betoonde aan forme der bladeren, datze geen Canaris zyn, maar uit het geslagt van* Prunum Cereum *of geele pruimen, in Europa genoeg bekent, waar van ziet meer in myn* Auct. cap. 5.

Dit slag van Canary-boomen op Ceram, en andere groote Eilanden wasschende, geeft zo overvloedige hars, datze met groote klonteren en keegels aan den stam hangt, ja zelfs aan de dikke takken, maar als dan moeten de boomen zeer oud zyn, en van menschen ongemoeid blyven. Dit hars is eerst wit, vloeyend, en kleverig, daar na werd het geelachtig en hard, als was, niet zo wreet en onaangenaam van reuk, als dat van de jonge boom of tamme Canary, maar komt aan substantie, coleur, en reuk het Gummi Elemi *zo na by, dat men het daar voor zoude aanzien, en wie weet, of het niet eenderlei boomen zyn: Zo ons de gedaante van dien* Æthiopischen *boom bekent was, waar van het* Gummi Elemi *komt.*

Men zegt wel, dat Gummi Elemi *een hers zy van den* Æthiopischen *Olyf-boom, hoewel 't andere houden voor een zoorte van den Ceder-boom, andere voor een onbekenden boom uit die Landen. Men zoude niet qualyk konnen gissen, dat die vruchten van dien boom kleine lankwerpige Canaris zyn, dewelke de vreemdelingen voor Olyven hebben aangezien, daar de half-rype Canaris vry wat na gelyken, en zo zoude men met reden onze voornoemde Canary Dammar voor een Oost-Indisch of Amboins* Elemi *mogen houden, gelyk ik ook weet, dat zommige Chirurgyns deze Canary-Dammar by gebrek van* Elemi *tot swarte hooft-pleisters gebruikt hebben, die men aan 't hooft draagt, om de Catharren uit te trekken. Ik heb de voorschreven Dammar-Canary ook smelten laten, om van de vuiligheid te zuiveren, en dan in koeken laten gieten, dewelke half-doorschynende wierden, uit den geelen na 't rosse of ligt-roode trekkende, lieflyker van reuk dan 't raauwe, maar zeer kort afbreekende, en blinkende als glas. Men moetze in een doos of pot afzonderlyk bewaren, want anders deeltze haren sterken reuk mede aan alle dingen, daarze by leid, dieze ook nooit verliest.*

Hier uit blykt het absurde gevoelen van zommige, die meenen, dat de witte Ambra of Sperma Ceti *in* Massa, *'t welk men in deze Oostersche Eilanden de Zee ziet uitdryven, niet anders zy, dan een zulk Canary Dammar, het welk by geval in Zee gevoert zynde, met zant, steen, en schulpjes vermengt, in dat* Sperma Ceti *verandert werde, maar als iemand slegts wil letten op den traan of ongelachtigen reuk van het* Sperma Ceti, *en op den hersachtigen van Dammar-Canary, die nooit vergaat, hoe lang het ook in Zee-water rold, die zal lichtelyk kunnen afnemen, dat het dingen van verscheiden oorspronk zyn.*

Tabula Quadragesima Octava

Ramum exhibet *Canarii Zephyrini*, quod *Canarium silvestre primum*, seu *Canary Barat* vocatur, ubi in ejus superiore parte corymbi floriferi & frugiferi apparent.

OBSERVATIO.

Arbor, quæ *Gummi Elemi* fundit, est illa, quæ a *Rayo in hist. pl. p.* 1546 vocatur Arbor Brasiliensis, *Gummi Elemi* fundens, foliis pinnatis, flosculis verticillatis, fructu Olivæ figura & magnitudine, quæ *Icicariba* a *Pisone* & ejus Gummi *Icica* vocatur *pag.* 122 *edit.* 1658. cujus vero florum ortus a nostra differt figura, foliatura autem melius respondet, ut & illius, quæ Elemifera Curassavica arbor ab *Herman.* in *Parad. Bat. Pr. p.* 332 exhibetur, cujus figura occurrit in *Plukn. Phyt. Tab.* 173. *Fig.* 5. Est & arbor in Zeylana frequens quæ *Kækuriagbaba* odorata, ex qua fluit *Gummi Elemi*, vocatur *Herman. in Mus. Zeyl. pag.* 52. quæ in *Thes. Zeyl. pag.* 28. recensetur, cum qua forte convenit *Pœnou H. Malab. part.* 4. *Tab.* 15. ubi & in notis aliæ arbores Gummi *Elemi* fundentes commemorantur, cujus generis & aliam quoque exhibet *Plukn.* in *Phyt. Tab.* 217. *Fig.* 4. ita ut variæ sint arbores, quæ hoc Gummi fundant, quarum & alias collegit *Sam. Dale* in *Pharmac. pag.* 337. *Valent. histor. simpl. reform. p.* 258. & *Herm. in Mat. Med. p.* 207. dicit colligi ex arbore Indica prunifera.

De Acht-en-veertigste Plaat

Vertoont een Tak van het *Canarium Zephyrinum*, ofte de eerste *wilde Canary-Boom*, die *Canary Barat* genaamt wert, met zyn bloem en vruchtdragende trossen.

AANMERKINGE.

De Boom, die het Gom *Elemi* geeft, is eigentlyk die geene, die van *Ray* in zyn *historie der planten p.* 1546 genaamt wert Arbor Brasiliensis *Gummi Elemi* fundens, foliis pinnatis, flosculis verticillatis, fructu Olivæ figura & magnitudine, welke is de *Icicariba* van *Piso* in zyn editie van 't jaar 1658. *pag.* 122. welkers bloemen dog van onze figuur verschillen in hun oorspronk, dog de bladen komen meer overeen; als mede van die geene, die de *Elemifera Curassavica arbor* genaamt wert van *Herman* in zyn *Par. Bat. Pr. p.* 332. welkers figuur gevonden wert by *Plukn.* in zyn *Phytogr. Tab.* 193. *Fig.* 5. Daar is ook een Boom in Ceylon groeiende, die de *Kækuriagbaba* odorata genaamt wert, ex qua Gummi Elemi fluit van *Herman* in zyn *Mus. Zeyl. pag.* 28. welke in myn *Thes. Zeyl. p.* 52. aangehaalt wert, en mogelyk overeenkomt met de Poenou van de *Hortus Malab.* in het 4de deel *Tab.* 15. beschreven en verbeelt, alwaar in de aantekening op *p.* 35 meer andere boomen, die dit Gom geven, vermeldt werden, van welke zoort ook *Plukn.* in zyn *Phytogr. Tab.* 217. *Fig.* 4. een vertoont. Zo dat 'er verscheide boomen zyn, die het *Gummi Elemi* geven, waar van nog meer anderen vergadert heeft *S. Dale* in zyn *Pharmac. pag.* 337. *Valent.* in zyn *histor. simpl. reform. p.* 258. en *Herman.* in zyn *Mater. Medica pag.* 107 zegt, dat ze verzamelt wert uit een Oost-Indische Pruim-dragende Boom.

In Auctuarii capite quinto sequenti describitur modo

Canarium Sinense seu *Cana.*

ARbor hæc Sinensis mixtam videtur habere formam Canarii & Pruni Cerei, unde & obiter ipsam descripsi in *Herbarii libr.* 3. *cap.* 2. ad *Canarium Zephyrinum*, hic autem ejus historiam latius deducam, prout eam observavi in horto meo vegetam, & productam ex seminali officulo ex Sina delato. Intra annum ultra hominis altitudinem excrescebat trunco erecto, cujus superior pars erat lanuginosa, ut & rami ejus laterales, in quibus tria quatuorve foliorum paria opposita cum inpari locantur, uti veri Canarii folia, quæque superiora erant, sex septemve pollices longa erant, inferiora vero quatuor & binos lata pollices, in adultioribus vero & vetustis arboribus audivi multo esse minora, horum oræ sunt æquales & integræ, in teneris vero ac junioribus foliis tenuissime dentatæ erant, cujus & vestigium in superiore subsequentium parte apparebat: Ad partem infimam sunt latissima hæc folia, inque apicem acutum desinunt, quæ brevibus insident petiolis: Nervus medius ab utraque protuberat parte, qui dividitur in majoribus in duodecim, in minoribus in septem vel octo costas sinuosas, contritorum horum foliorum odor est resinosus, maximeque ad Canarinum accedit: Flores me hactenus latent. Fructus vero sunt oblongi, ab utraque acuminati parte instar Prunorum cereorum, nux interna optime refert oblongum silvestre Canarium, quod *Nanary* vocatur, ab utraque nempe parte acuminata & trigona, in tres quoque cellulas divisa, in quibus tres angusti locantur nuclei.

Hujus tres numerantur species. Prima dicitur *Tsjacana*, quum fructus ejus sit lignosus, quique maximus est, & officula maxima habet vulgari Canario similia, cujus descriptio data est. Secunda vocatur simpliciter *Cana*, cujus fructus referunt Canarium trigonum, odoratum, ab utraque vero parte sunt acuminati instar officulorum Pruni cerei. Tertia & minima species nominatur *Tengio-Cæna* h. e. Cana Caryophyllacea, quum ejus officula formam gerant Caryophyllorum, optimique sint saporis: Omnes autem hæ tres species in altas & erectas excrescunt arbores, ex corticibus truncorum hinc inde quoque exsudat Gummi nigrum, sed rarum, quod durum est & concrescit, carbonibusque inpositum haud injucundum præbet odorem.

Nomen. Latine *Canarium Sinense*, vulgo *Sinees Cana.*

Locus. Crescit autem in *Sina*, *Tunquin*, & *Cochin-China.*

Usus. In Sina ejus fructus usurpantur æque crudi ad tragemata aliosque cibos, uti hic Canarii fructus adhibentur, ac muria conditi, qui in has sæpe transferuntur regiones, quodque mirabile est, Sinenses his utuntur ad sitim exstinguendam, quum itinera instituant, licet quam maxime salsi sint cum parva austeritate, omnes autem hæ tres species adhibentur tam ad fercula, quam quod solæ edantur, Sinenses enim hosce fructus tanquam alimentosum habent valdeque nutrientem cibum: inepti autem sunt ad Oleum exprimendum.

In primæ speciei nucleis sculptores suam exercent artem, qui enim plurima ipsis insculpit hominum capita, palmam accipit, talemque servo nucleum, in quo octodecim distinctæ apparent atque notatæ sunt facies.

In het 5de Hoofdstuk van het Auctuarium *vint men op de volgende wyze beschreven*

De Sineesse Canary-Boom.

D*Ezen Sineessen boom schynt een gemengd fatzoen te zyn van 't* Canarium *en* Prunum Cereum, *weshalven ik hem ook ten deele beschreeven heb in myn* Kruydboek lib. 3. cap. 2. *onder 't* Canarium Zephyrinum, *doch hier zal ik zyn Historie wat uitvoerlyker stellen, zo als hy zig vertoond heeft in mynen Tuin, gewassen van een gedroogde korrel uit Sina gebragt. Hy schoot binnen een jaar hooger dan een man op met een regt stammetje, wiens bovenste deel wolachtig was, gelyk ook de zydetakken. Aan dezelve staan* 3. *en* 4. *paar bladen regt tegens malkander, met een voor uit alleen, gelyk de Canary bladeren; de voorste aan de ryskens van dezen boom, zyn* 6. *en* 7. *duimen lank, de achterste* 4. *en* 2. *breed, doch aan de oude boomen versta ik, datze veel kleinder zyn. Hare kanten zyn effen, doch aan de eerste uitkomende blaadjes waarenze fyn getandt, waarom men nog de voetstappen aan 't voorste deel der volgende bekennen kon. Omtrent het achterste zynze op 't breedst, en eindigen in een lange spits, staande op korte voetjes. De middel-zenuwe puilt boven en onder uit, verdeelt zig aan de groote in* 12., *aan de kleine in zeven of acht ribbekens, die bogtig lopen; de reuk aan de gevreevene is hersachtig, en trekt merklyk na de Canary reuk: Het bloeizel is my nog onbekend. De vruchten zyn lankwerpig, achter en vooren toegespitst gelyk de geele Pruimen, het binnenste nootjen gelykt best na een lankwerpige wilde Canary, die men* Nanary *noemd, te weeten, achter en vooren spits, en driekantig, binnen mede in* 3. *celletjes verdeelt, en daar in* 3. *smalle beestkens.*

Men heeft 'er drie zoorten van: De eerste is genaamt Tsjacana, *om dat het grof is als hout, zynde de grootste van vruchten en steenen, onze gemeene Canary gelyk, waar na de beschryving gemaakt is. De tweede hiet slegts* Cana, *welkers vruchten gelyken ons* Canarium Trigonum Odoratum, *doch aan beide einden toegespitst, gelyk de korrels van voornoemde geele Pruimen. De derde en kleinste hiet* Tengio Cana, *dat is* Garyoffel-Cana, *om dat het van binnen kleine korrels heeft als Kruit-nagelen, het beste van smaak, alle drie werden hooge en regte boomen, uit de schorsse des stams sweet hier en daar, doch spaarzaamlyk een swart Gom, 't welk hard opdroogt, op kolen gelegt niet onlieflyk van reuk.*

Naam. *In 't Latyn* Canarium Sinense, *in 't gemeen* Sinees Cana.

Plaats. *Zy wasschen in* Sina, Tunquin, *en* Cochin China.

Gebruik. *In Sina werden de vruchten gebruikt zo wel rauw tot Banquet-werk, en verscheide koeken, gelyk men hier met de Canaris doet, als ook ingepeekelt, dewelke men zomtyds in deze Landen vervoerd, en het welk wonder is, de Sineezen gebruiken ze om den dorst te verslaan alsze ryzen, hoewelze uittermaten zout zyn, met een kleine wrangigheid, alle drie werdenze zo wel gebruikt tot toespys als alleen om te eeten, want de Sineezen houdenze voor een voedzame kost. Om Oly daar van te maken zynze onbruikbaar.*

Aan de korrels van de eerste zoorte willen de Beeldhouwers haare konst betonen, want die de meeste koppen daar op snyden kan, wint den prys. Ik heb een zulken korrel waar op 18. *volkome aangezigten te kennen zyn.*

CAPUT TERTIUM.

Canarium Silvestre alterum, sive Nanarium Nanary.

HÆc proprie silvestris Canarii species est, trunci magnitudine binis prioribus cedens, quique non crassior est, quam ut homo illum amplecti ulnis possit, inferiorque ejus pars paucis parvisque constat alis, nec cinereus est hic truncus uti præcedentium, sed obscure viridis, vel nigricans ejus cortex est: Coma quoque angustior est & acutior, rami rariores, plurimis instructi fragilibus & nodosis ramulis, ex quibus raches excrescunt breviores quam in antecedentibus, geruntque ad suum ortum binas squamas auriculatas, inque rachibus bina, terna, quaternave tantum foliorum paria opposita sunt uno inpari extremo; folia minora sunt quam in *Canario Barat*, a quatuor ad septem pollices longa, binos binosque cum dimidio lata, ab utraque vero parte magis acuminata quam in prioribus &c. superius longo apice donata, scabra quoque & obscure viridia cum nervo intermedio flavescente, costisque lateralibus parallelis, quarum quædam sunt oppositæ, quædam vero alternatæ.

Flores præcedentibus similes sunt, sed plerumque minores, nec ita splendentes.

Fructus rari ac solitarii fere dependent ex longis lignosisque pedunculis, non tantum in ramorum extremo, sed etiam ad horum ortum ex crassioribus ramis. Fructus ipsi formam gerunt majorum Myrobolanorum, superiore parte latiores, inferiore magis angustati, ex oblongo rotundi nec trigoni, plano pericarpio contenti, cui diutius juncti manent, quam cæteri Canarii fructus, primo virides, dein lividi, ac demum nigri, sed non ita glabri & politi ac præcedentes, sed rugosiores, cinereisque maculis notati: Nux vero est oblonga, binos transversales digitos longa, minorem circiter digitum lata, ab utraque acuminata parte, plurimum rotunda, vel paululum trigona, prope pedunculum angustissima, estque magis fusca, quam vulgaris, alteram quoque habet speciem uti reliqua Canaria, brevem nempe & rotundam, transversalem vix pollicem longam, pauloque crassiorem præcedente, ex rotundo angulosam, tribus, quatuor, & sex angulis sæpe protuberantem.

Nuces hæ tres semper gerunt cellulas, raro quatuor, suntque rotundiores, quam in vulgari Canario, singula autem harum repleta est angusto oblongoque nucleo, tenuissima pellicula fusca obducto, ejus autem substantia interna est alba, dulcis saporis, uti reliqui Canarii fructus, vel etiam ad Catappos accedentis, siccaque & oleosa.

Hæ nuces non aperiuntur contusione lapidum uti reliquæ, quum nimis arcte & copiose repletæ sint, omnes enim nuclei contusione frangerentur, sed transversaliter cultro cæsorio dissecantur, nucleique bina segmenta ab utraque parte incurva acu vel hamulo extrahuntur, sed magis ex delectamento quam necessitate.

Ex hisce truncis duplex colligitur resina, ex superiore enim truncorum parte sicca, alba, & fragilis exstillat resina, inpuræ calci vel Caphuræ similis, debilis odoris nec magna copia, unde vix colligitur. Inferior autem trunci pars majorem exhibet quantitatem, sed neque magna copia, estque nigricans, liquida, non autem viscosa, sed fragilis, nec unquam ita indurescit, ac alia Dammara, plurimum mixta cum corticis sordibus vel & ipsius terræ.

Resina hæc similis fere est, ac forte congenera species *Occidentalis Carannæ*, quoad substantiam & odorem, Caranna autem carbonibus inposita jucundiorem spirat odorem, cum Amboinensis magis ad Canarinum accedat.

Anni tempus. Hujus fructus in Amboina maturescunt sub initium pluviosorum mensium, Majo nempe, Septembri autem sub arbore quoque prolapsi colliguntur, ita ut non certum videantur observare anni tempus.

Nomen. Latine *Canarium Silvestre alterum* & *Canarium Montanum* & *Nanarium*: Malaice *Canari Utan*. Amboinice *Nanari*. In Hoeamohela aliisque vicinis in-

III. HOOFTSTUK.

De tweede wilde Canary-Boom.

Dit is eigentlyk de wilde Canary, aan grootte van stam de beide voorgaande Canaris wykende, als die niet dikker is dan effen een man omvatten kan, beneeden met weinige en kleine vlerken, niet witachtig als de voorige, maar vuil-groen, of swartachtig van schorsse, de kruin is ook smalder en spitzer, de takken weiniger, met veele breekzame en knopachtige takjes bezet, daar aan de ryskens staan korter dan aan de voorige, hebbende by haren oorspronk twee gebaarde schubben, en maar 2. 3. *en* 4. *paar bladeren regt tegen malkander over, met een voor uit alleen, de bladeren zyn nog kleinder dan aan 't voorige* Canary Barat, *van vier tot zeven duimen lank, twee en twee en een half breed, achter en vooren meer toegescherpt dan de voorgaande &c. met een lange spitze voor uit, mede styf en swart-groen, met een geele middel-zenuwe, en evenwydige dwers-ribben, zommige regt, zommige overbants tegen malkander staande.*

't Bloeizel is als aan de voorgaande, doch doorgaans kleinder, en glimt zo niet.

De vruchten hangen ydel en weinig by malkander, aan lange houtachtige steelen, niet alleen aan 't uiterste der takjes, maar ook uit derzelver oorspronk, by de dikkere takken voortkomende. De vruchten zelfs hebben de gedaante van groote Myrobolanen, te weten vooren breetst, en achter by den steel smalder, lankwerpig-rond, en niet driekantig, in een vlak schooteltje staande, daar aanze langer vast hout, dan andere Canaris, eerstelyk mede groen, daar na loodverwig, ten laatsten swart, doch zo glad en effen niet als de voorige, maar ruiger, die met graauwer plekken zyn. Het nootje is lankwerpig, twee dwers-vingers lank, schaars een pink dik, achter en voren toegespitst, meest rond, of een weinig driekantig, en by den steel op 't scherpste, bruinder dan de gemeene, zy hebben mede haar tweede geslagt, als andere Canaris, te weten, de korte ronde zynde pas een duim-breet lank, en wat dikker dan 't voorgaande, uit den ronden wat bokkig, met 3. 4. *en* 6. *uitsteekende ruggen.*

De Nootjens hebben van binnen altyd drie kamertjes, en zelden vier, die ronder zyn dan in de gemeene Canaris, en een ieder is digt uitgevult met een smalle lankwerpige beest, buiten met een zeer dun en bruin vlieskeñ bekleedt, binnen met een wit merg, zoet van smaak, als andere Canaris, of de Catappan wat bykomende, droog, zynde mede Olyachtig.

Deze Nooten klopt men niet op met steenen als andere, om datze te digt uitgevult zyn, en alle de beesten in 't slaan bryzelen, maar men kaptze dwers door met een Houw-mes, en de stukken van de beestjes haalt men ter weder-zyden uit met een krommme spelde of haakjen, dog meer uit plaizier, dan uit nuttigheid.

Uit deze stammen heeft men tweederlei hers, want uit de bovenste stam druipt een droog, wit en bryzelig hers, vuilen kalk of Campher gelyk, slap van reuk, en zeer weinig, daarom 't niet vergadert werd; De onderste druipt wat meer, doch mede in geen quantiteit; 't zelve is swartachtig, week, doch niet kleverig, maar brokkelig, en nooit zo hard werdende als andere Dammar, meestendeel vermengt met de vuiligheid van de schorsse of den grond.

Dit hers is schier gelyk, en misschien een medezoorte van de West-Indische Caranna, *aan substantie en reuk, doch de Caranna is op de koolen wat lieflyker, daar de Amboinsche nog sterker na* Canary *riekt.*

Saysoen. *Zy werden ryp in Ambbina met het begin van de regen-Mousson in May, doch men vindze ook in September onder de boomen leggen, zo datze schynen geen bestendig Saysoen te houden.*

Naam. *In 't Latyn* Canarium Silvestre alterum, *en* Canarium Montanum & Nanarium, *op Maleyts* Canari Utan; *op Amboins* Nanari. *Op Hoeamohel, en de* by-

insulis vocatur *Yanele* h. e. *Canari Lain*, acsi spurium Canarium dicerent.

Locus. Non occurrunt circa hominum ædes vel in ipsorum hortis, sed in montibus crescunt remotis, altisque silvis, inque omnibus insulis Amboinensibus inveniuntur, & notæ sunt hæ arbores.

Usus. Fructus hi ab hominibus non æstimantur, quum nimis magno constent labore, ut aperiantur, & ut nucleus eruatur, qui insuper adeo pusillus est. Ex delectamento tantum eduntur, si in silvis inveniantur ac forte fortuna sese obferant, reliqua portio apris inservit, qui hosce fructus admodum expetunt ob nucleorum dulcedinem. Quidam hos colligunt fructus, quibus sues saginant domi.

Nigra *Dammara* seu resina ex inferiore trunci parte exstillans *Dammar Itam Cring* dicta, h. e. *Dammara nigra friabilis*, ubi magna invenitur & colligi potest copia, facibus inservit, sive sola, sive aliis Dammaris nigris mixta, quum melius etiam flammam concipiat, licet jucundiorem spiret odorem vulgari Dammara nigra.

Trunci malis quoque inserviunt, uti aliorum Canariorum, sed non ita frequenter, quum rarius inveniantur, ac difficile sit illos ex remotis altisque petere montibus.

byleggende Eilanden Yanele, *dat is* Canari Lain, *als ofze bastaart Canary zeiden.*

Plaats. *Zy wasschen niet omtrent de woningen der menschen, of in hare Thuinen, maar in 't afgelegene gebergte, en hooge bosschen, en zyn bekent in alle Amboinsche Eilanden.*

Gebruik. *Deze vruchten werden van de menschen niet geacht, om datze te veel moeiten kosten om op te kloppen, en de beest daar uit te halen, daar dan nog zo weinig aan is. Alleenlyk werdenze zomtyds tot plaizier gegeeten, als men in 't Bosch is, en by geval onder deze boomen komt. De rest word voor de wilde Verkens gelaten, die daar zeer graag na zyn, om de zoetigheid der korrels. Zommige vergaderenze, en mesten de Swynen t'huis daar mede.*

De swarte Dammar uit den onderston stam druipende. Dammar Itam Cring, *dat is* Dammara nigra friabilis *genaamt, daar menze in meenigte hebben kan, wert tot toorzen gebruikt, 't zy alleen, of met andere swarte Dammar gemengt, wanneerze ook beter brant, hoewelze veel lieflyker van reuk is dan de gemeene swarte.*

De stammen werden mede tot masten gebruikt, gelyk de voorgaande Canary, doch zo veel niet, om datze weiniger te vinden, en moeyelyker uit het gebergte te halen zyn.

Tabula Quadragesima Nona

Ramum exhibet *Canarii silvestris secundi*, quod *Nanarium* vocatur, ubi Litt. A A. officula ejus seminalia denotant.

De negen-en-veertigste Plaat

Vertoont een Tak van het *tweede wilde Canari*, die *Nanari* genaamt wert; alwaar de Lett. A A. deszelfs Zaat-kerns verbeelden.

OBSERVATIO.

Canarii species a *Valent.* in *Amboina descript. pag.* 212. recensentur.

AANMERKINGE.

De zoorten van de *Canaries* werden van *Valentyn* in de *beschryving* van *Ambon* op *pag.* 212 vermeldt.

CAPUT QUARTUM.

Canarium Odoriferum. Camacoan.

Licet omnes Canarii species odoriferam exsudent resinam vel lachrymas, huic tamen proprie odoriferæ cognominationem tribuere volui, quum ejus resina, ac præcipue lachryma inter omnes Canarii species jucundissimi sit odoris. Silvestris penitus ac rara Canarii species est, quæ raro occurrit, nec nisi hinc inde una alterave invenitur arbor in montibus silvestribus.

Hæc species plurimas habet varietates, quas ad binas has reducam species, glabram nempe & rugosam.

Primo itaque *Canarium Odoriferum leve*, Belgice gladde of witte *Canacoan*, multo altiorem & majorem gerit truncum quam proxime antecedens, qui tam crassus est, ut duo vix viri illum ulnis amplecti possint, cujus cortex est gilvus, seu squallide albicans, glaber, sed quibusdam punctis notatus, unde rugosus apparet. Ejus rami sunt nodosi, fragilesque, inque superiorem partem subito terminantur, in his raches foliosæ, maxime vero ad eorum finem locantur, arcte & inordinate sibi junctæ, singulæ autem ad suum ortum geniculum gerunt, unde flexiliores sunt reliquis Canarii ramis: Sed squamæ illæ auriculatæ non adsunt, quæ in aliis Canarii speciebus observantur.

Folia formam habent *Canarii Barat*, sed sunt breviora & latiora, ab inferiore parte latissima, sensimque acuminata, venis quoque flavis pertexta, glabra, firma, intense viridia, maculisque plurimum notata, inferiora autem semper brevissima sunt, sex, septem, & novem digitos transversales longa, tres quatuorve lata: Sex, septem, & octo sæpe paria in una inveniuntur rachi opposita, cum extremo inpari.

Hujus speciei varietas est, quæ non ultra tria quatuorve foliorum paria in una rachi gerit, quæ sunt paulo magis oblonga quam præcedentis, a quinque ad novem pollices longa, tresque lata: Utraque autem gerit vulgarem Canarii characterem, quod raches nempe ad primum secundumque foliorum par geniculatæ

IV. HOOFTSTUK.

De Ruikende Canari-Boom.

H*Oewel alle Canary zoorten een riekent hers of traan uitgeven, zo heb ik echter deze eigentlyke den naam van welriekende willen geven, om dat zyn hers, en inzonderheid de traan, onder alle Canaris de lieflykste van reuk is. Het is mede een gants wilde en raare zoorte van Canaris, zelden te vinden, en niet meer dan hier en daar een boom in 't woeste gebergte.*

Dit geslagt heeft verscheiden veranderingen, dewelke ik onder deze twee zoorten brenge, de eerste de gladde, de tweede de ruige.

Eerstelyk Canarium Odoriferum Leve, *in 't Duits gladde of witte* Canacoan, *gewint een veel hooger en grooter stam dan de naastvoorgaande, zo dik dat hem dikmaals twee mannen omvademen moeten, met een vuilwitte of vaale schorsse, effen, doch met zommige punten bezet, die haar wat ruig maaken. De takken zyn knoestig, breeken kort af, en loopen aan haar voorste eind ook schielyk toe. Hier aan staan de telgen of blad-dragende ryskens, omtrent haar uitterste, digt achter malkander, en zonder order, hebbende ieder by zyn oorsprونk een knietjen, waar door zy buigzamer zyn dan andere Canary takskens: doch hebben geenzints de ooren of schubben, dewelke men aan andere Canary zoorten ziet.*

De bladeren gelyken na die van Canari Barat, *doch zyn korter en breeder, achter breetst, en allenskens toegespitst, ook met geele ribben doortogen, glad, styf, en hoog-groen, meest met sproeten of plekken bezet, 6. 7. en 9. dwers vingers lank, 3. en 4. breet, zynde de achterste altyd de kortste; zy staan met 6. 7. en 8. paaren aan een rysken tegens malkander, met een voor uit alleen.*

Men vind een verandering van deze zoorte, daar niet meer dan drie en vier paar bladeren aan een rysken staan, en zyn wat lankwerpiger dan de voorgaande, te weten, van vyf tot negen duimen lank, en drie breet, ook hebben zy beide het gemeene kenteeken van alle Canaris, te weten; dat de ryskens by het eerste en tweede paar bla-

de-

Tab. XLIX.

culatæ sint: Inter hasce raches ex ramis progerminant alii breves pedunculi, qui in racemis simplicibus capitula gerunt viridia, quæ sese in flores aperiunt, qui sunt irregulares ex tribus brevibus crassisque petalis constructi. Racemi hi floriferi non tantum in ramorum summo, more vulgaris Canarii, sed etiam inter & sub foliis progerminant.

Fructus similis est rotundo silvestri Canario, vel paulo magis rotundus est, in conum itidem desinens & trigonus, externe ex nigro viridis, rugosus, & fusco maculatus colore. Sub crasso putamine nux reconditur magnitudine parvi silvestris Canarii, rotunda, trigona, & superna parte plana, apice obtuso, hujus latera seu segmenta non sunt æqualia, sed rugosa, verruculis quasi seu characteribus certis notata, instar decorticatæ Nucis Juglandis. Ejus putamen est durum, crassum, in tres cellulas divisum, in quibus unus alterve locatur nucleus, saporis instar reliquorum Canariorum.

Quidam autem fructus oblongi sunt, nec characteribus istis notati, sed striati sunt; seu rugosi, quales Leytimorenses observantur.

Ex trunco duplex colligitur lachryma & resina, quæ enim ex summa ejus parte ramisque exsudat, est albicans, sicca, & fragilis, accedens quodammodo ad Dammaram Selan, quam Amboinenses quidam inperiti putant esse, maxima autem in eo consistit differentia, quod Dammara Selan inter dentes strideat, & in pulverem friabilis sit, omnes vero *Camacoan* species inter manducandum mollescant instar Thuris. Ex inferiore trunci parte lachryma exstillat ex russo, flavo, & nigro mixta colore, instar vulgaris Terebinthinæ, sique comprimatur, tenue exsudat Oleum odoratum & jucundum, sed non forte, in una vero arbore penetrantius est quam in altera, optimamque lachrymam fundunt tales arbores, quæ in ventosis collibus solique bene expositis locatæ sunt. In vetustioribus arboribus frusta & grumi inveniuntur Terebinthinæ nostræ vel Colophaniæ pallidæ similes, sed odore fere destituta sunt.

Alterum *Canarium Odoriferum hirsutum* seu *Camacoan* rugosum ramos gerit crassos, nodosos, obtuse desinentes, qui paucis constant firmis rachibus, calamo crassioribus, inæqualibus, angulosis, seu inferne rotundis, superne acuminatis, ad ortum amplum & flexile geniculum gerentibus, in quibus octo decemve foliorum paria locantur; in quibusdam inpari extremo, ad quintum vero vel sextum par geniculum itidem occurrit, quod in binis inferioribus paribus plerumque decidit; folia hæc a sex ad novem pollices longa sunt, quatuor vel quinque digitos lata, brevibus crassisque insidentia petiolis, suntque crassa, firma, & sinuosa, quorum superior pars rugosa est instar pilosæ cutis Lamii piscis, inferior autem pars lanuginosa est & flavescens.

In Manipensi specie folia hæc sunt pilosiora, magisque pungentia, uti folia in variis arboribus forma, & magnitudine varia sunt, quæ peculiarem hinc non constituunt speciem. Ex foliorum alis racemus florifer progerminat, palmam vel spithamam longus, inque ipso flores parvi ex capitulis constantes prioribus similes.

Fructus in extensis dependent racemis instar *Canariorum*, digiti articulum circiter longi, pollicem crassi, superius acuminati, si sint juniores, rugosi admodum sunt, pilisque pungentibus obsiti, qui cutis pruritum excitant, ex rotundo trigoni. Nuces internæ sunt majores quam Amboinensium fructuum, eleganter insculptæ & trigonæ. Putamen sub gluma exteriore videtur ex tribus segmentis compositum, quorum singulum latus ex uno formatur segmento, quod in extrema superficie & protuberante angulo puncta seu characteres gerit. Interior fructus pars est uti in superiore specie.

Racemi frugiferi ad ramulorum extremum progerminant ex plurimis compositi pedunculis, fructus autem ipsi ab utraque parte obtusi sunt. Ex ejus trunco gummi exstillat liquidum & mucosum, si incidatur, russum, & flavescens, quod, si comprimatur, Oleum exsudat, quo oleo incolæ capillos suos inungunt, quum non sit viscosum. Gummi hoc sensim exsiccatur in obscure russam seu nigricantem resinam, quæ recens gratum spirat odorem, ad Ambram accedentem,

sed

deren een knietjen of bogtjen hebben. Tusschen deze ryskens uit de takken komen voort andere korte steelen, die in ydele trosjes groene knopjes vertoonen, waar uit het bloeizel werd, zynde ongefatzoeneerde bloempjes, van drie korte en dikke blaadjes gemaakt; Deze bloeyende trosjes komen niet alleen aan 't voorste der takskens, na de manier van de gemeene Canaris, maar ook tusschen, en achter de bladeren.

De vrucht is gelyk die van de ronde wilde Canaris, of wel zo ront, en schielyk toegescherpt, ook wat driekantig, van buiten uit den groenen swart, ruig, en met graauw bevlekt. Onder een dikke bolster leid het nootjen, van grootte als kleine wilde Canaris, regt ront, driekantig, en na vooren breed, met een stompe spitze. De zyden zyn niet effen, maar wat ruig, als met eenige wratjes of caracters uitgegraveert, gelyk een geschilde Ocker-noot. De schaal is hard, dik, en binnen in drie kamertjes verdeelt, daar in twee a drie lankwerpige beesten leggen, van smaak als andere Canaris.

Zommige vruchten zyn lankwerpiger, hebben niet veel verhevene Characters, *maar veel meer gestreept of rimpelig, gelyk meest zyn die van Leitimor.*

Uit den stam heeft men tweederlei traan en hers, want het geene uit de bovenste stam en takken komt, is witachtig, droog, en bryzelig, gelykende eenigzints na Dammar Selan, *waar voor het zommige onervarene Amboineezen houden, doch het verschil bestaat meest daar in, dat de Dammar* Selan *tusschen de tanden knerst, en tot stof bryzelt, maar alle de zoorten van* Camacoan *vallen in 't knauwen leenig, als wierook. Uit den onderste stam heeft men een gemengde traan van ros-geel, en swart, gelyk gemeene harpuis, en zo men daar op drukt, zo sweeter een dun Oly uit, aangenaam en welriekend, doch niet sterk, maar in den eenen boom kragtiger dan in de andere, en geven wel de beste traan zodanige boomen, die op lugtige heuvels, en wel ter Zonne staan. Aan de oude boomen vind men klontertjes onze harpuis, of bleeke* Colofonie *wel gelyk, doch die hebben weinig reuk meer.*

De tweede Canarium Odoriferum Hirsutum, *of het ruige* Camacoan *heeft dikke knoestige takken, van vooren stomp toelopende, met weinige styve ryskens rondom, dikker dan een schaft, en oneven, hoekig, of onder rond, en boven met een scherpe rugge, by haar oorspronk een breed en buigzaame knie, daar aan* 8. a 10. *paren bladeren, aan zommige met een voor uit alleen, en by 't vyfde of zesde paar is mede een knietje, en de twee achterste paren vallen gemeenelyk af, zy zyn van zes tot negen duimen lank, vier en vyf vingers breed, op korte dikke voetjes, dik, styf, en wat bochtig, de bovenste zyde ruig, als een haye-vel, de onderste zyde wolachtig, en aldaar geel-groen.*

Aan 't Manipeeze geslagte zynze hairiger en steekeliger, gelyk ook de bladeren aan diversche boomen, in grootte en gedaante van malkanderen wat verschillen, waar van echter geen byzondere zoorte te maken is. Uit den scboot der bladeren komt den bloeyenden tros voort, een hand of span lank, en daar aan het klein knopje van 't bloeizel, gelyk aan 't voorige.

De vruchten hangen aan uitgebreide trossen, als Canaris, *schaars een lidt lang, en een duim dik, voren met een korte spitze, alsze jong zyn zeer ruig, en met steekelige en veele hairtjes bezet, die een jeuken op de huit maken, uit den ronden driezydig. De nootjens daar binnen zyn grooter dan van de Amboinsche, aardig gegraveert, en regt driekantig. De schaale onder de buitenste bolster schynt uit drie stukken t'zamen gezet te zyn, ieder stuk een zyde uitmakende, dewelke aan de buitenste vlakte, en uitsteekende ribbe, puntjes of charactaren heeft. Het binnenste is gestelt als boven.*

De vruchtdragende trossen komen aan 't einde der takjens voort, gemaakt van veele steelen, en de vruchten zyn achter en vooren stomp. Uit dezen stam druipt een weeke slymerige Gom, als men hem keept, donker-ros en geel, daar Oly uit sweet, als men daar op drukt, met welken Oly de Inlanders de hooft-hairen besmeeren, want 't niet kleverig is. 't Gom droogt metter tyd op, tot een donker-ros en swartachtig hers, 't versche is lieflyk van reuk, na den Amber trekkende, maar komt zo

schaars

fed adeo rara ac pauca ex arbore exfudat, ut pro Dammara vix habeatur, neque colligatur; e contra ex priore levi fpecie grumi fatis magni exftillant.

Optimam vero rugofæ fpeciei virtutem habet illud oleum, quod fponte ex hac arbore exftillat, cumque ifta inpura ac rara Dammara commixtum eft. Hoc oleum jucundum admodum fpirat odorem, proxime accedentem ad Balfamum occidentalem *Decopal* dictum, idem illud Oleum ex trunco in terram deftillans fordidam format maffam ex foliis, furfuribus, & terra commixtam, quæ gratum tamen præbet odorem, ita ut pro terra ex Ambra confecta haberetur, de qua infra ulterius.

Nomen. Primam fpeciem Latine voco *Canarium Odoriferum Leve*, nomen Malaicenfe ignotum eft. Amboinenfe vero in Leytimora eft *Camacoan*, quod generaliter odoratam denotat Dammaram: Hituenfes, uti dictum eft, erronee illam vocant *Caman Silan* feu Dammaram *Selan*, nifi credere velimus, hanc Dammaram proprie *Cama Silan* ab illis vocatam fuiffe a Ceramæ parte Zephyrea, circa finum Hayenfem fita, quæ *Silan* dicitur, ubi hæ arbores crefcunt.

Altera fpecies vocatur *Canarium Odoriferum birfutum*, in Leytimora vero eodem denominatur vocabulo quo præcedens, *Camacoan* nempe. In Waya *Soë-Weyer*, in Manipa nota eft nomine *Habumaloffey*, h. e. porcorum crepitus, quum apri hos fructus avide crepitu frangant.

Locus. Hæc arbor in montibus magnæ ac parvæ Amboinæ crefcit fed admodum rara: Aliis adftare nolunt arboribus filveftribus, fed locum amant apricum, liberoque aëri expofitum: Optimæ & copiofiffimæ occurrunt in Manipa & Kelangha, atque frequentiores invenirentur, fi incolæ ex hifce aliquem reditum haberent, quo ventrem fuum inplerent, vel lucrum facerent.

Ufus. Refina hæc optima effet pro facibus formandis, quæ ad quotidianum ac domefticum adhibentur ufum, fed Dammara Batu in fufficienti quantitate adquiri poteft; e contra hanc negligunt refinam, quum hæ arbores tam parce illam fuppeditent, nec prius illam exftillent, quam ulnam craffæ fint.

Ceramenfes ifti Silanenfes illam tamen ad faces adhibent, venduntque hanc aliquando Bandenfibus: Aurifabri illa quoque utuntur Dammara, uti in aliis locis Dammara Selan dicta, vel Gummi lacca, quæ Malaicenfibus *Ambalo* vocatur: Harum enim fumunt Dammararum in pulverem contritarum unam partem, binas autem partes contuforum Javanenfium vaforum Gorgeletten dictorum, quæ ex certa terræ fpecie inftar terræ figillatæ componuntur, mifcentque illa cum Calappæ lympha in craffam paftam, fupra quam lamellas aureas tenuiffimas trahunt, in quibus dein ferreis typis varias formant figuras, continue maffam illam calefacientes, fi nimis indurefcat. Hac fimilive maffa impleta funt capitula pugionum, armillæ, & capitula aureorum torquium, quæ forma ferpentum vel draconum efformantur, fine hac autem maffa repletoria omnes figuræ cito perirent ob tenuiffimas lamellas, ex quibus componuntur. In re medica hactenus nullum habet ufum.

Altera feu rugofa fpecies plus daret utilitatis, fi meliora ac plura cum ea inftituerentur experimenta: Ejus autem fructus feu Canarii non colliguntur, quum ipforum nuclei fint adeo parvi, fed illos apris relinquunt, unde & memoratum accepit nomen. Optandum vero effet, ejus oleum feparari poffe ab inpura & fragili Dammara, cum qua mixtum & inquinatum eft, vel copiofius ex arbore exftillare, tum oleum haberemus odoratum, quod cum Balfamo quodam Indico, ac præfertim cum illo *Copal* dicto, comparari poffet; Cortex quoque ebullitione excoctus craffiorem forte exhiberet fubftantiam *Liquidambaro* convenientem, cujus experimentum nondum potui inftituere, quum arbores tam raro occurrant: Incolæ autem neque hoc oleum, neque refinam in aliquem colligunt ufum, quum tam pauca exftillent copia, oleumque fruftra exftillat ac depluit in terram fuppofitam, quod fordibus, fcoriis, ac terra commixtum eft, cui gratum inftar Ambaræ conciliat odorem, fi terra hoc oleo inprægnata effodiatur, Solique exponatur ardenti, parva odorati hujus olei quantitas fupernatat, quo mulierculæ Amboinenfes fuum inungunt caput, quum non

fchaars uit den boom, dat men het voor geen Dammar rekent, en ook niet vergadert; daar en tegen uit de voorgaande gladde zoorte komen redelyke groote klonteren.

De befte deugd in deze ruige zoorte is het Oly, 't welk van zelfs uit den boom loopt, en met de voornoemde vuile en fchaarffe Dammer vermengt is. Dezen Oly is van een zonderlinge aangenamen geur, zeer na by komende by den Weft-Indifche balzem, Decopal *bygenaamt. Den zelven Oly uit de ftam in den ondergelegenen grond druipende, maakt daar van een ongezienen modder, van bladeren, ftoppelen, en aarde, doch zeer aangenaam van reuk, dat men het voor een Amber-aarde zoude houden, waar van hier na breeder.*

Naam. *De eerfte zoorte noemen wy in 't Latyn* Canarium Odoriferum Leve, *de Maleytfche naam is onbekent: Den Amboinfchen op Leitimor is* Camacoan, *'t welk in 't generaal welriekende Dammar beduit. De Hitueezen, als gezegt, noemenze abuzivelyk* Caman Silan, *of Dammar* Selan. *Ten ware men wilde giffen, datze de Dammar eigentlyk* Cama Silan *genoemt hebben, na Cerams zuidelykfte zyde, omtrent de bocht van Haya; 't welk* Silan *genaamt werd, alwaar deze boomen groeyen.*

De tweede zoorte hiet Canarium Odoriferum hirfutum, *op Leitimor heeft het dezelfde naam met het voorgaande, te weten* Camacoan. *Op Way* Soë Weyer: *Op Manipa isze bekent met de naam van* Hahumaloffey, *dat is Verkens kraakzel, dewyl de wilde Swynen deze vruchten gaarn opkraaken.*

Plaats. *Men vind deze boom, doch zeer fchaars, in 't gebergte van groot en klein Amboina. Zy willen onder andere Wout-boomen niet ftaan, maar hier en daar alleen, daar het luchtig is. De befte en meefte vind men op Manipa, en Kelangh, en men zouder wel meer opdoen, zo de Inlanders iets daar van hadden, daarze de buik mede vullen, of profyt mede doen konden.*

Gebruik. *Dit hers zoude bequamer zyn om toortzen van te maken, die men dagelyks in huis gebruikt, dan de Dammar Batu kan men in genoegzaame quantiteit bekomen; daar en tegen wordenze nu meeft verlaaten, om dat de boomen zo weinig uitgeven, en dat niet eerder, voor datze een vadem in de ronte dik zyn.*

De voornoemde Cerammers van Silan *gebruikenze echter tot branden, en verkoopenze zomtyds aan de Inwooners van Banda: Zo gebruiken ook de Goud-fmeeden deze Dammar, gelykze op andere plaatzen met de Dammar* Selan, *of met* Gummi lacca (*by de Maleyers* Ambalo *genaamt*) *doen, want zy neemen een van deze Cammars tot poeder gewreeven, en daar van twee deelen geftampte Javaanfche Gorgeletten, die van een zeker aarde (als* Terra Sigillata) *gemaakt werden, een deel, en vermengen zulks met Calappus-melk tot een dikken deeg, daar over zy dan dunne goude blikken flaan, en daar na met yfere ftempeltjes alderhande figuuren daar in dryven, telkens de maffa een weinig warm makende, alsze te hart word. Met deze of diergelyke maffa dan ziet men uitgevult de hoofden van haare pongjaarden of kritzen, armringen, en hoofden van haare goude halsbanden, dieze in de gedaante van Slangen of Draaken maken; en zonder dit uitvulzel zouden alle figuuren metter haaft bederven, wegens de dunte van 't blik, waar vanze gemaakt zyn. In de Medicyne is het tot nog toe onbekend.*

Van de tweede of ruige zoorte zoude men meerder nuttigheid hebben, indien het beter onderzogt wierde. De vruchten of Canaris *vergaderen de menfchen niet, om dat te weinig pits daar in is, maar laten dezelve voor de wilde Verkens, waar van het den bovenftaanden naam heeft. Maar het was te wenfchen dat men den Oly konde afzonderen van de vuile en brokkelige Dammar, waar mede het vermengt is, of dat het wat rykelyker uit den boom wilde tranen, zo zoude men welriekende Oly hebben, dewelke met den eenen of anderen Weft-Indifchen balzem, inzonderheid met die van* Copal, *zoude konnen vergeleeken worden: Ook zoude men miffchien door opkoking van de baft een dikker fubftantie kunnen hebben, met het* Liquidambar *te vergelyken, het welk ik tot nog toe niet heb konnen onderzoeken, wegens de fchaarsheid der boomen. Nu werd nog Oly, nog hers van de Inlanders vergadert tot eenig gebruik, om dat het zo fchaars uitkomt, en den Oly druipt voor niet in den ondergelegenen gront, daar het zig met ftoppelen, vuiligheit, en aarde vermengt, en dezelve een aangename Amber-reuk geeft, als men dezelve modderige aarde uitgraaft, en in de heete Zonne ftelt, zo komt een klein gedeelte van dien wel-*

non fit viscosum, ac cito exsiccetur. Quod autem cum pura & sicca commixtum est terra, in occlusis ollulis diu conservari potest, ut gratum istum servet odorem. Talisque terra Ambra hacce inprægnata ex Manipa mihi transmissa est, cum relatione naturalem istius terræ esse odorem, quæque pura penitus erat. Ulteriore autem indagine compertum fuit, binas Canarii species hanc habere naturam, ut ex inferiore trunci parte subtile exsudarent oleum, quod in subjectum depluens solum, hoc inprægnabat odore.

welriekende Oly boven op dryven, waar mede de Amboinsche Vrouwtjes haare hoofden besmeeren, want het is niet kleverig, en droogt haast op. Het geene met de zuivere en drooge aarde gemengt, kan men in besloote potjes lang bewaren, dat den goeden reuk daar by blyft. En zulke Amber-aarde wierd my van Manipa gezonden, met voorgeven, dat het de natuurlyke reuk van dien grond was, te meer alzo 't een zuivere aarde was: Doch na veel onderzoekens wierd bevonden, dat twee Canary zoorten die natuur hadden, datze uit den ondersten stam een subtile Oly lieten druipen, het welk den ondergelegenen grond zodanigen reuk geeft.

Primum optimumque exstillat ex *Canario hirsuto*, quod subjectam terram tali Ambarato inbuit odore, ita ut pro certo concludere quis posset, veram Ambram ipsi esse mixtam, vel Ambram ibi ortum suum habere, licet semper aliquid Balsami istius Occidentalis videatur adesse: Hæc addo non tantum ad ulteriorem investigationem, sed etiam ut verosimilitas relationis cujusdam elucescat, quam natio nostra, insulam Mauritii inhabitans, transmisit gubernatori *Joanni Maatzuykero*, in illa nempe insula arbores crescere ingentes vastasque, quarum trunci ac radices gummi quoddam exstillant atque exsudant, adeo Ambram griseam referens, ejusque spirans odorem, ut concluderent, omnem Ambram griseam ex talibus provenire arboribus, uti infra ad *Nanarium minimum* ulterius de eo agetur. Ex illo enim secunda Ambræ terra colligitur, quam primo optimam esse putabam, dum fortissimum spirat odorem, ulteriore autem investigatione expertus fui, illam sub Canario hirsuto collectam multo jucundiorem esse, primumque itaque jure & merito obtinet locum. An itaque hinc concludere liceat Ambram nullum alium habere ortum, nisi ex talibus arboribus? de hoc ulterius in subsequente agetur capite.

Het eerste en beste komt van dit Canarium Hirsutum, *'t welk zyn ondergelegenen grond zodanigen* Ambar-*reuk mededeelt, dat men voor vast zoude konnen gelooven, dat daar Ambar onder gemengt was, of den Ambar moest aldaar zyn oorspong hebben, hoewel nog altyd iets van den West-Indischen balzem-reuk daar onder loopt. Ik zette dit hier by, niet alleen tot nader onderzoek, maar ook om de waarschynlykheid te vertoonen van zeeker verhaal, daar onze Natie op het Eiland Mauritius residerende, aan de Heer Generaal* Joan Maatsuiker *gezonden, dat op 't zelve Eiland zeekere groote boomen wasschen, wiens stam en wortelen eenig Gom uitsweeten, zo wel na Ambergrys riekende, en gelykende, datze sustineerden, al het Ambargrys van diergelyke boomen te komen, gelyk hier na in 't* Nanarium minimum *daar van breeder zal gezegt werden. Want uit het zelve komt de tweede Ambar-aarde, die ik in 't eerste voor de beste hielde, dewyl ze de sterkste van reuk is, doch by nader onderzoek bevond ik, dat die onder het* Canarium Hirsutum *veel aangenamer was, en dierhalven den eersten plaats behoorde te hebben. Of men nu hier uit besluiten mag, dat den Ambar geen anderen oorspong hebbe, dan uit zodanige bomen, daar van zal breeder in 't volgende Kapittel gesprooken werden.*

Verosimile esse, oleosam hanc resinam virtutem habere balsamicam vel consolidantem, ex hac concluderem relatione. Incolæ enim dicunt, apros sub hisce arboribus lubenter sese continere, non tantum ad nuces frangendas, sed observatum quoque fuit, hos fortiter ac magna vi sese ad arbores hasce defricare, ut oleum illud ex cortice exprimant, illoque se inungant, præsertim quum vulnerati sint, unde colligitur, apros hoc oleo ejusque resina uti tanquam balsamo vulnerario.

Dat het nu waarschynelyk zy, dat dezen Olyachtigen traan een balzem of heelende kragt aan zig hebbe, zoud ik hier uit besluiten, dewyl na het verhaal der Inlanders de wilde Verkens zig gaarn onder deze boomen ophouden, niet alleen om de nooten op te kraaken, maar men heeft ook gezien, datze haar sterkelyk tegens dien boom wryven, om dien Oly uit de schorsse te perzen, en zig daar mede te besmeeren, inzonderheid alsze gequetst zyn, waar uit men gist, dat de Verkens dezen traan voor haaren wondbalzem gebruiken.

Butonenses, qui populi sunt avari & fallaces, peregrinis vendunt certam resinam, cum *Camacoan* magnam habentem convenientiam, sed purior est, inque majores condensata grumos: Semi-pellucida est, atque in quibusdam maculis ex viridi nigrescit instar vitri lagenarii, in quibusdam vero flavescit vel albicat instar inpuri visci bovini vel Gummi Elemi, cui substantia & duritie similis est, facile enim in ramenta dissilit & comminuitur, si contundatur vel mordeatur, e contra vero Elemi mitius est. Debilior quoque est ejus odor, immo fere inodora est hæc resina, carbonibusque inposita, dulcem spirat tantum odorem, qui mox in nidorosum degenerat, masticata quoque est insipida: Butonenses illam vocant, venduntque pro *Ambra Montana*, hominibus persuadentes illam sub terra sese invenire; ex adhærentibus vero scoriis patet ex arbore destillavisse, ac cum ipsius cortice, aliisque sordibus terræ esse commixtam, ulteriore vero indagatione comperi, Butonensem hanc Dammaram resinam esse alius arboris, quæ in Boerneo *Rowayl* vocatur, cujus descriptionem vide supra in capite *Pseudo-Sandali Amboinensis libr. 2. cap. 20.* datam.

De Boetonders, zynde een gierig en bedrieglyk volk, verkoopen aan de vreemdelingen een zeker hers, met de Camacoan *groote gelykenisse hebbende, doch zuiverder, en in grooter stukken. Het is half-doorschynend, aan zommige plekken uit den groenen swart, als bottel-glas, aan zommige geel of witachtig, gelyk vuilen Osschen-lym of* Gummi Elemi, *het zelve aan substantie en hardigheid niet ongelyk, want het bryselt, en springt kort af, als men daar op slaat of byt, daar en tegen het* Elemi *leniger is. Het is ook slapper, ja bykans zonder merkelyken reuk, alleen op de koolen riekt het eerst wat zoet, maar trekt straks na gebraden vet, gekauwt zynde zonder smaak; de Boetonders noemen, en verkoopen het voor* Ambra Montana, *of Berg-Amber, de Luiden wysmakende dat zy het onder de aarde vinden, daar het nochtans uit de aanklevende stoppelen blykt, dat het uit een boom gedropen zy, en zig met deszelfs schorsse of andere vuiligheid van den grond gemengt hebbe; doch by nader onderzoek houde ik deze Boetonsche Dammar voor een* Resina *van een andere boom, op Boero* Rowayl *genaamt, waar van ziet hier boven het capittel van* Pseudo-Sandalum Amboinicum lib. 2. cap. 20. *beschreeven.*

Alia insuper resina nomine Dammaræ Selanensis ad me delata est ex sinu *Elipa Puti* in Ceramæ parte Zephyrea quoque sito, quæ gleba erat palmam longa & lata, ex plurimis albicantibus pellucidisque grumis instar squamarum composita & adunata, albæ Dammaræ similis, sed viscosa magis erat, scoriisque corticis commixta, carbonibus inposita stridet instar Dammaræ Selanensis, odorem vero spirabat Dammaræ *Camacoan*, puto autem eandem cum Dammara Selanensi esse, atque ex juniore arbore collectam.

Nog is my een hers onder den naam van Dammar Selan *gebragt, uit de bogt van* Elipa Puti, *mede op Cerams Zuid-zyde gelegen, 't welk was een klomp van een hand lank en breet, van veele witte, meest doorschynende stukjes, als schilferen aan malkander klevende gemaakt, de witte Dammar gelyk, doch kleveriger, en met stoppelen van de schorsse vermengt, op koolen knerstze als Dammar* Selan, *van reuk, als de Dammar* Camacoan, *en ik meende dat het de zelfde Dammar* Selan, *en van een jongen boom genomen was.*

In insulis Uliasserensibus Canarium odoratum invenitur, quod Canarium seu *Yalanassoy* vocatur, h. e. Canarium orbum, quum hæ arbores tam raro occurrant, & tanquam orbæ relictæ hinc inde in montibus solitariæ crescant & inveniantur: Hoc autem nomen binis diver-

In de Uliassers hebbenze een welriekende Canari, dieze Canary of Yalanassoy *noemen, dat is Wees-kints Canary, om dat de boomen zo weinig gevonden werden, en als verlatene weezen hier of daar in 't gebergte alleen staan, doch ik bevinde dezen naam aan tweederlei boomen gegeven*

diversis comperi datum fuisse arboribus, in Oma enim *Nanarium* hoc vocatur nomine, & in Honunoa hoc quoque Canarium Odoriferum vocatur, ostendebant enim mihi nucem parvam, trigonam, & maculatam, qualis supra descripta est, atque squallide albicantem fragilem & odoratam Dammaram ex eadem collectam arbore.

Camalanan seu *Camalane* ex arbore conquiritur in Boernei ora Zephyrea crescente, quæ forma foliisque Canario silvestri similis est.

Nuces autem sunt minores quam *Camacoan*, trigonæ quoque, sed rugosiores, magisque striatæ: Ejus resina in majoribus colligitur frustis quam Camacoan, cæterum ejusdem fere substantiæ & coloris, excepto quod magis ruffescat, primo liquida & lenta, sed tempore ita indurescit, ac Dammara Selan, cum qua odore etiam maxime convenit, vel paulo magis accedit ad *Tacamahacam* occidentalem, quæ adiposum spirat odorem, quum Dammara Selan herbaceum vel floriferum gerat odorem. In Boerneo ad suffitus quoque adhibetur, sed non magna occurrit copia.

Inde similis quoque allata fuit resina nomine *Cotoarus*, veræ Dammaræ Selan similis, sed mollior & lentior erat, si masticabatur. Dicebaturque esse collecta ex arbore, quæ parvas trigonasque dat nuces Canarias, unde pro una eademque habeo resina cum proxime antecedente *Camalanana*: Igni injecta stridorem quoque dat ingentem, licet satis sit inpura: Raræ ejus occurrunt arbores, nec nisi in remotis montibus.

ven te zyn, want op Oma noemenze de Nanari aldus, en op Honunoa dit Canarium Odoriferum, *want zy toonden een klein driekantig en gepuckelt nootjen, gelyk hier boven beschreeven, en een vuil-witte, bryzelige, en welriekende Dammar uit deszelfs boom genoomen.*

Camalanan, *of* Camalané *komt van een boom op Boeroos Zuid-zyde wasschende, aan gedaante en bladeren de wilde Canary gelyk.*

De nootjens zyn wat kleinder dan die van Camacoan, *ook driekantig, doch ruiger, en gerimpelder van buiten. Zyn hers heeft men met grooter klonters dan de Camacoan, anders meest van dezelfde coleur en substantie, behalven dat het wat rosser is, in 't eerste week en taai, maar besterft metter tyd zo hard als Dammar Selan, die het ook aan reuk meest gelyk is, of wat na den West-Indischen* Tacamahaca *trekkende, die na den vetten ruikt, daar de regte* Dammar Selan *wat bloemachtig rieken moet. Zy wert op Boero mede tot branden gebruikt, doch is in geen overvloed te vinden.*

Nog is my van daar gebragt een diergelyk hers, onder den naam van Cotoarus, *de regte Dammar* Selan *gelyk, maar weeker, en taayer in 't knawen. Het wierde mede gezegt van den boom te komen, die kleine en driekante Canaris draagt, dies ik 't voor een en 't zelfde met de naastgenoemde* Camalanan *aansie. In 't vuur knerstze ook zeer, hoewelze redelyk vuil is. Men vind 'er weinige boomen van, en dezelve verre in 't gebergte.*

Tabula Quinquagesima

Ramum exhibet *Canarii Odoriferi levis*, quod *Camacoan Litsjing* vocatur.

Tabula Quinquagesima Prima

Ramum exhibet *Canarii Odoriferi hirsuti*, quod *Camacoan* vocatur; ubi *Litt.* A A. Officula seminalia denotant.

De vyftigste Plaat

Vertoont een Tak van het *gladde Canari*, die de *Camacoan Litsjing* genaamt wert.

De een-en-vyftigste Plaat

Vertoont een Tak van de *ruikende ruige Canarie*, die *Camacoan* genaamt wert; alwaar de Lett. A A. de *Zaat-korrels* aanwyzen.

CAPUT QUINTUM.

Dammara Nigra. Dammar Itam.

HÆc quoque arbor de Canarii genere est, sed non tam crassum gerit truncum, comamve adeo extensam: Folia duplicem habent formam, in junioribus enim arboribus sunt pilosa & flaccida, in adultis sunt minora, scabriora, & glabriora, atque per bina, ternave paria in rachide locata sunt, uno inpari extremo, vulgaris formæ sunt, inferiora autem quinque pollices, superiora novem vel decem longa, quatuor pollices lata, superne glabra, & obscure viridia, inferne rugosa, non autem pilosa, cum apice acuto, illorum costæ quoque flavescunt, magisque oblique decurrunt, quam in vero Canario, plurimis intermediis venulis pertexta, quæ folia ab inferiore parte rugosa efficiunt: Ad horum ortum tam ad rachidem quam ad petiolos genicula quoque observantur uti in Canariis, contrita autem non tam fortem ac penetrantem spirant odorem resinosum, sed ad acidulum hic magis accedit. Foliorum vero rachides non crassas illas gerunt squamas ad suum ortum ex ramis, quæ vera Canaria habent, sed binas tantum parvas quasi cellulas ipsarum loco.

Flores in ramorum summo non proveniunt, sed inter rachides foliosas ex lignosis pedunculis racemosi plurimi simul, qui primo parva sunt capitula acuta, sese aperientia in flosculos ex tribus brevibus crassisque petalis formatos, quæ non ample extenduntur, ac vix magnitudinem grani tritici habent.

Fructus plurimi simul dependent iisdem ex petiolis specie parvorum Canariorum, digiti unguem circiter longi, non vere rotundi; sed per longitudinem parum compressi cum brevi apice in summo, diu virescentes, sed demum nigricantes.

Nux eandem habet formam, parum compressa & plana

V. HOOFDSTUK.

Swarte Dammar- ofte Canarie-Boom.

DEzen boom is ook uit de geslagten der Canaris, maar werd zo groot van stam, nog zo breed van kruin niet. De bladeren hebben tweederlei gedaante, want aan de jonge boomen zynze hairig, en slap, aan de volwassene zynze kleinder, styver, en gladder, zy staan twee a drie paar aan een rysken, met een voor uit alleen, van gemeene gedaante, de achterste vyf duimen, de voorste 9. en 10. lank, vier duimen breet, boven glad en swart-groen, van onderen ruig, doch niet hairig, met een styve spits voor uit, de ribben zyn geel, en loopen veel schuinzer dan aan de Canari, met veele adertjes tusschen beiden, die 't blad van onderen ruig maaken: by haren oorspronk, zo wel aan den steel, als by de ryskens hebbenze mede knietjes als aan de Canaris, gevreven zynde, hebbenze zo sterken hertsachtigen reuk niet, maar trekken wat na den zuuren. De ryskens hebben de groene schubben niet aan de takken, gelyk de regte Canaris, maar omtrent haaren oorspronk twee kleine celletjes.

Het bloeizel komt juist niet aan 't voorste der takken, maar tusschen de ryskens voort, aan houtachtige steelen, tros-gewys by malkander, zynde kleine spitze knopjes, die hun openen in zeer kleine bloempjes, van drie korte en dikke blaadjes gemaakt, die niet wyd geopend werden, en pas zo groot zyn als een gersten korrel.

De vruchten hangen by malkander aan dezelfde trossen, in de gedaante van kleine Canary, omtrent een nagel van een vinger lank, niet regt rond, maar in de lengte wat gedrukt, met een kort spitsje voor uit, lang groen blyvende, ten laatsten swart werdende.

Het Nootken is van dezelfde gedaante, een weinig plat, en

A
A

plana fine notabilibus angulis, fed undique rugofa ac ftriata cum brevi apice, qui remanet nec decidit, nec in aliis Canariis obfervatur: Fructus hi craffum habent putamen, nec facile contufione aperiri poffunt, intusque unicam gerunt cellulam, in qua unicus continetur nucleus, uti in reliquis Canariis. Trunci cortex magis nigricat, quam in cæteris Canariis. Lignum ejus eft album, molle, nec durabile, nifi fit vetuftiffimarum arborum, fi inferior trunci pars incidatur, exfudat lachryma ruffa, mollis, & vifcofa, quæ intra paucos dies nigra exficcatur, inque parvis grumis trunco adhæret, qui nunquam indurefcunt, fed inftar Vifci manus inficiunt, fi tractentur, in vetuftis vero truncis ita indurefcunt, ut feparari & colligi poffint, nihilominus tamen interne molles funt & vifcofi: Hæc autem lachryma diutius domi affervata, plerumque inftar ceræ indurefcit, dum autem adhuc fit liquida, ac per arborem defluat, cum fordibus corticis mifcetur, inque terram prolabens, cum foliis, rachidibus, aliisque decumbentibus fordibus ita commaculatur, ut inter Amboinenfium refinas fit fœdiffima, & tractando difficillima, odorem autem habet gravem, qui capiti nocet, fed non ita ac refina Canarii albi; quæ autem ex trunci fuperiore parte fluit, femper magis alba & pellucida eft, quoque arbores fint vetuftiores, eo durior eft, & nigrior exficcatur, colligitur autem in magnis glebis ad capitis magnitudinem cum fordibus inpura, ficque venalis proftat.

Hæc vulgaris maxime nota Dammara Itam eft, fed altera ejus occurrit fpecies, quæ femina dicitur, cujus truncus corticem gerit albicantem vel flavefcentem. Ejus folia funt uti præcedentis, fed majora, ac plurimum pilofa. Ex ejus trunco fauciato oleofa ac ruffa exftillat lachryma, fed rarior, ac fenfim nigra exficcatur, unde non colligitur. Hujus trunci lignum mollius eft, minusque valet quam præcedentis, lignoque Salicino fimile eft.

Anni tempus. Prima fpecies floret menfibus Novembri & Decembri: Fructus vero dat in Februario & Martio.

Nomen. Latine *Dammara Nigra*, & *Canarium Nigrum*, Malaice *Canari* feu *Dammara Itam*, & Dammar Galla Galla h. e. Dammara refinofa. Ternatice *Salo Coclu.* Amboinice *Yar* vel *Yal Mette*, quibusdam vero *Iffe Feloe:* In Hitoe *Cama Mette*, quæ omnia nomina unum idemque denotant, ex nigro nempe refinæ colore derivata.

Locus. Nota eft hæc arbor in omnibus infulis Amboinenfibus, præfertim in magna & parva Cerama, ejusque parte Boreali circa veterem *Liffa Batta*, in Kelanga & Manipa, in Moluccis & infulis Xulienfibus. In Amboina plurimum occurrit in regione ejus Hitoenfi, in altis montibus inter Sideroxyla, aliasque altas ac filveftres arbores. Quæ in locis crefcunt faxofis ac declivibus, bonam præbent Dammaram, fed nullos, vel raros dant fructus, uti & hi raro inveniuntur in arboribus, quæ inciduntur ad fuccum vel refinam quandam eliciendam vel colligendam.

Ufus. Lachryma ejus recens ac præfertim ex junioribus arboribus eft liquida inftar picis, fed multo magis vifcofa, ejusque loco ab Amboinenfibus ufurpatur, qua navigia fua majora obliniunt, uti apud nos cum pice fit: Hunc in finem liquida hæc refina amplis inponitur terreisque modiolis, atque mifcetur cum Oleo Calappi vel ejus lympha, quæ fimul ebulliuntur, donec picis confiftentiam adquirant, qua maffa navigia obliniuntur, fi autem durior defideretur, pauca picis vulgaris admifcetur quantitas: Hac utuntur refina incolæ Amboinenfium & Moluccarum infularum ad mediocria fua navigia, quæ *Tsjampans* & Scaphæ ipfis vocantur, ad majora vero navigia non ita hæc adhibetur, quum non magna occurrat copia, atque ab hac inftar picis obductione iftud obtinuit nomen. Hunc in finem ufurpari quoque poteft vetufta ac ficca refina; fi augeatur Olei quantitas ac diutius coquatur, fordesque defpumentur, quæ vero ficciffima eft, & cum cortice terræque fordibus commixta, facibus infervit, omnes enim tales grumi ac glebæ compinguntur, ficcisque obvelantur foliis forma Facum. Hæc autem refina melius ac lentius ardet quam Dammaræ Batu, minoremque dat fumum; in Amboina vero rarius adhibentur tales faces ob paucam prioris quantitatem, ac pofterioris copiam: E contra in Ceramæ ora Boreali plurimum hæc nigra Damma-

en zonder merkelyke hoeken, maar rondom gerimpelt of geftreept, met een kort fpitsje voor aan, dat niet afvalt, het welke andere Canaris niet hebben. Zy hebben een dikke fchaal, en zyn moeyelyk op te kloppen, van binnen een kamertje, en daar in een beeftje, gelyk andere Canaris. De fchorffe aan den ftam is fwarter dan van andere Canaris. Het hout wit, week, en niet durabel, of 't moeft van oude boomen zyn; als men in 't onderfte van den ftam kapt, fweet daar een ros, week, en kleverig traan uit, die in weinige dagen fwart befterft, en met kleine klonteren daar aan blyft hangen, die nooit hart worden, maar als men ze handelt, vaft kleven gelyk lym; alleenlyk aan de oude ftammen wort 't zelfs zo hard, dat men 't aftrekken en vergaderen kan, blyvende niet te min van binnen week en kleverig. Ten laatften in de huizen lang verwaart zynde, wert 't doorgaans hart, als wafch. Terwyl 't nog week is, en langs de boomen afloopt, vermengt het zig met de vuiligheit van de fchorffe, en op den grond vallende met bladeren, ryskens, en andere, zoo dat dit onder alle Amboinfche herffen 't vuilfte en moeyelykfte is om te behandelen; van reuk mede zeer fterk, en 't hooft befwaarende, doch veel minder, dan 't witte Canari hers; het geene dat uit de bovenfte deelen van de ftammen komt, is altyd witter en doorfchynender, ook hoe ouder de boomen zyn, hoe harder 't voorkomt, en fwarter befterft; men vergadert het in Klompen, in de grootte van een hooft, met vuiligheit en al, en brengt het zo te koop.

Dit is 't gemeenfte en meeft bekende Dammar Itam, maar men heeft nog een tweede zoorte, die men voor 't Wyfken hout, wiens ftam een vuil-witte of geelachtige fchorffe heeft. De bladeren zyn als de voorige, maar grooter, en meeft altyt hayrig. Uit den gequetften ftam loopt een oly-agtigen roffen traan, doch zober, en befterft lankfaam fwart, dies hy niet vergadert wert. Het hout van den ftam is nog weeker en ondeugender, dan 't voorige, het willigen hout fchier gelyk.

Sayfoen. *De eerfte zoort bloeid in November en December. De vruchten vint men in February en Maart.*

Naam. *In 't Latyn* Dammara Nigra, en Canarium Nigrum. *In 't Maleyts* Canari *of* Dammar Itam, *en* Dammar Galla Galla, *dat is teerige Dammar. Ternaats* Salo Coclu. *Amboins* Yar *of* Yal Mette; *by zommige* Iffe Seloe. *Op Hitoe* Cama Mette, *allegaar van eenderlei beduidenis, te weten van de fwarte koleur des hers daar van komende.*

Plaats. *Hy is bekent in alle Amboinfche Eilanden, voornamentlyk op groot en klein Ceram, en deffelfs noord-zyde omtrent oud* Liffa Batta, *op Kelang en Manipa, in de* Xulas en Moluccos. *In Amboina heeft men ze meeft op 't Hitoeefche Land, in de hooge boffchen onder 't yzer-hout, en by andere hooge wilde boomen. Die op fteenachtige en fcherpe gronden ftaan, geven wel goede Dammar, maar dragen als dan geene of weinig vruchten, gelyk men die ook doorgaans zelden vind aan boomen, die men kapt, om eenig zap of hers daar uit te tyfferen of tappen.*

Gebruik. *Dezen traan nog vers zynde, en voornamentlyk uit jonge boomen, is zoo week als teer, maar veel kleeveriger, in wiens plaatze de Amboineezen hem ook gebruiken, om hare groote Vaartuigen daar mede te beftryken, gelyk wy met teer doen. Tot dezen einde doet men dit weeke hers in breede aarde bakken, vermengt het met Calappus-oly of Calappus-melk, en laat het een weinig door malkander kooken, tot dat het de confiftentie van teer krygt, waar mede men dan de Vaartuigen beftrykt. Als men 't wat harder wil hebben, doet men een weinig van ons Lands pik daar onder. Hier mede kunnen haar behelpen de Inwoonders van deze Amboinze en Molucze Eilanden tot haar middelbaare Vaartuigen, dieze Tsjampans en Sloepen noemen, maar tot groote Scheepen kan men het niet befchikken, om dat het in geen quantiteyt te bekomen is, en van deze beteering heeftze de voornoemde naam. Hier toe mag men ook gebruiken die van oilderdom wat opgedroogt is, maar men moeter wat meer olye by doen, langer kooken, en de vuiligheit affchuimen: Al 't gene nu wat drooger, en met de fchorffe en vuiligheit van den gront vermengt is, wort tot het branden gebruikt, alle de klontertjes t'zamen gepakt, en in de drooge bladeren gewonden, in de gedaante van een toortze. Deze branden beter en lankzamer, dan die van Dammar Batu, geven ook minder rook, doch in Amboina ziet menze weinig gebruiken, wegens de fchaarsheit van deze, en overvloed van de an-*

ra incenditur. In re medica hactenus est ignota: Quæ vero ex Xula-Bessi adfertur, multo magis est depurata Amboinensi, instar cornu semi-pellucida, viscosa admodum, sensimque exsucca.

Ex hac resina arte Sinensi aqua præparari potest *aqua Præservans* dicta, quæ lympida est, sed flava, qua plurima animalium genera, uti aves, cancri, & pisciculi, irrorantur, ac iterum siccantur, quæ diu dein conservari possunt.

Ex eadem quoque resina seu Dammara tenuis præparatur Balsamus coloris *Balsami Sulphuris*, qui balsamus optimus est vulnerarius, usurpaturque eodem modo, ac contra eosdem affectus, ac *Spiritus Terebinthinæ*.

Tabula Quinquagesima Secunda

Ramum exhibet *Dammaræ Nigræ*, quæ *Dammar Itam* vocatur.

Tabula Quinquagesima Tertia

Ramum exhibet *Dammaræ Nigræ legitimæ*, cujus figura postea a *Rumphio* huic operi fuit inserta, unde & hanc simul insculpi curavimus.

dere: Daar en tegen op Cerams noord-kust brand men meest deze swarte Dammar. In de Medicynen isse tot noch toe onbekent. Die uit Xula-Bessi *komt, is veel zuiverder dan de Amboinse, half doorschynent als hoorn, mede zeer kleverig, en lanksaam opdroogende.*

Uit deze hers kan men door Chineesche konst een water krygen, Aqua Præservans *genaamt, klaar, doch geelachtig, waar mede men bestryken kan veelderley gediertens, van Vogeltjes, Krabbetjes, en Visjes, en daar na laten droogen, dewelke men lang bewaren wil.*

Noch heeft men uit den zelfsten Dammar een dunne Balzem, van coleur als Balsamus Sulphuris, *welk een goeden wond-balzem is, en wert gebruikt op dezelfste manier en tegen dezelfste gebreken, als* Spiritus Terebinthinæ.

De twee-en-vyftigste Plaat

Vertoont een Tak van de *swarte Dammara* ofte de *Dammar Itam.*

De drie-en-vyftigste Plaat

Vertoont een Tak van de *opregte swarte Dammar*, welkers figuur onze *Rumphius* daar na in dit werk gevoegt heeft, waarom wy die ook teffens hebben laten in Plaat brengen.

CAPUT SEXTUM.

Nanarium Minimum sive Oleosum: Nanari Minjac.

HÆc arbor est erecta & alta, trunco constans erecto instar Mali, & coma densa, sed non admodum extensa: Ejus cortex est æqualis, cinereus, obscuris flavisque punctis maculatus, vix digitum minorem crassus, ac fragilis, ad radicem vero vix alatus, sed ibi nodosus est.

Foliorum rachides plures simul junguntur ad ramulorum summum uti in Canariis, sed nullis constant squamis ad suum ortum, quales in Canariis observantur, inque iis quatuor vel quinque foliorum paria occurrunt opposita nunc impari extremo, nunc vero nullo.

Folia fructusque minimi sunt omnium Canarii specierum, immo minores sunt Nanario præcedenti, folia nempe ejus sunt quinque, sex, vel septem pollices longa, binos lata, & fere paralelogramma constituunt, sed ab inferiore parte paulo sunt latiora, scabra, ex nigro viridia, splendentia, ac plerumque parum complicata & sinuosa. Nervus intermedius albicat, ab utraque protuberans parte, uti & costæ transversales, quæ in inferiore folii parte purpurascunt.

Rami sunt fragiles, atque ex iis prope foliorum rachides alii oriuntur longi petioli instar uvarum racemi; inque his flores ejusdem fere formæ ac præcedentis *Dammaræ Nigræ*. Fructus minimi sunt omnium Canariorum, vix magnitudinem habentes Dammaræ Nigræ, sed ex oblongo magis rotundi; instar juniorum Olivarum, longitudinem habent unguis digiti, rari simul in racemis excrescunt, atque dependent primo virides, dein ex coeruleo nigri, uti Indigo. Sub tenui putamine nux reconditur ejusdem fere magnitudinis, ab utraque acuminata parte, ac trigona, oris æqualibus, coloris cinerei. Sub duro hoc putamine nucleus reconditur parvus, mollis, & albicans instar Sebi vel exungiæ, qui edulis non est, ac facile computrescit: In centro hujus nuclei alia quoque observatur parva cavitas.

Ex vulnerato trunci cortice exsudat oleum flavescens & pellucidum, sed rarum in hisce saltem regionibus, hocque insequitur alter mucago instar albuminis Ovi vel muci, qui intra paucos dies nigrescit instar Dammaræ Itam, nunquam penitus siccus, sed instar viscosi gummi, parvis in grumis arbori inhærens, istudque Oleum itidem exsudat, licet hi grumi tollantur, qui si parum comprimantur, oleum simul effluit, & majori in quantitate si inpuræ tales glebæ, quales ex arbore colliguntur, solis ardori exponantur.

Hocce

VI. HOOFTSTUK.

De Olie-achtige Canarie-boom.

D*It is een regten hoogen boom met een effenen stam, als een mast opgeregt, met een digte, doch niet breede kruin, de schorsse is effen, graauw, met donkergeele stipjes bezet, pas een pink dik, en bros zonder merkelyke vlerken omtrent de wortel, doch aldaar wat knoestig.*

De ryskens staan veele by malkander aan 't uitterste der takskens, gelyk aan de Canaris, zonder de voorgenoemde schubben by haren oorspronk, en daar aan vier a vyf paren bladeren regt tegen malkander, sommige met een voor uit alleen, sommige niet.

De bladeren en vruchten zyn de kleinste van alle Canari-geslagten, en noch al kleinder, als de voorgaande Nanari, *te weten; de bladeren vyf, zes, en zeven duimen lank, twee dito breed, en bykans evenwydig, doch agter wel zo breed, styf, swart-groen, glimmende, gemeenelyk een weinig te zamen gebogen of bogtig. De middel-zenuwe is witachtig, en te wederzyden wat uitsteekende, gelyk ook de dwers-ribben, die aan de onderste zyde wat paars zyn.*

De takken zyn breekzaam, daar uit by de ryskens voortkomen andere lange steelen, als druive-trossen, en aan dezelve 't bloeizel, meest gefatzoeneert, als dat van de voorgaande Dammara Nigra. *De vruchten zyn mede de kleinste van alle Canaris, qualyk zoo groot, als die van Dammara Nigra, doch in 't lankwerpige wat ronder, gelyk jonge Olyven, in de lengte van een nagel van een vinger, weinige by malkander aan haare trossen hangende, eerst groen, daar na blaauw-swart, als Indigo. Onder het dunne bolsterken legt 't Nooteken, bykans in dezelfde grootte, agter en vooren toegespitst, en driekantig, met effene zyden, ligt-graauw van coleur. Onder 't harde schaaltje legt een kleene, weeke, en witte beest, gelyk smeer of ongel, die men niet eeten kan, en zeer ligt verrot, in 't midden van de beest ziet men noch een kleine holligheyt.*

Uit de gequetste schorsse des stams komt een geelachtige klare oly uitsweeten, doch zeer spaarzaam, immers in deze Landen, en op dezelve volgt een andere slymerigheit als 't wit van een Ey of snot, die in weinig dagen swart besterft, als de Dammar Itam, nooit opdrogende, maar als een kleverige gom, met kleine klontertjes aan den boom blyvende hangen, nog al de voorschreven oly uitsweetende, ook als men deze klonteren afneemt, en een weinig perst, zoo vloeid 'er de oly uit, en nog overvloediger, als men de vuile klonteren, zoo alsse van den boom komen, in

de

Hocce oleum primo flavescit, refertque Oleum Olivarum, pellucidum enim est ac flavum, sed sensim ruffescit instar Vini Hispanici, at magis indurescit. Resina talis expressa nigrescit, inque fragiles exsiccatur grumos, qui vix sibi adhærent, utrumque vero odorem habet gravem, sed jucundiorem quam resina aliorum Canariorum: nihilominus tamen caput infestat hic odor, quam diu oleum ac resina sunt recentia, ac facile flammam concipiunt, si igni admoveantur, licet videantur liquida. Certam ejus quantitatem in Sartagine supra ignem excoxi ad oleum dissolvendum, sed tam vehementem ac fortem excitabat fumum, ut omnes adstantes Cephalalgia inde laborarent, ita ut concluderem, multo melius esse illud oleum, quod Solis radiis debilioribus sponte exstillaret.

Dein edoctus fui, multo melius esse, si resina & Oleum simul juncta remaneant, sicque conserventur, odorem enim mixtum habent ex Styrace liquida, corticibus Citri, & resina Canarina: Oleum autem hoc recens adeo subtile est, ut per cutem penetret, illamque calefaciat instar Olei cujusdam destillati. Optimum vero colligitur ex vetustissimis arboribus, in locis crescentibus saxosis, solique bene expositis, quarum binæ arbores observatæ fuere in parvis insulis *Nussatello*, quarum resina oleosa jucundissimum spirabat odorem ad Corticum Citri odorem accedentem, sed tam paucum exstillabat, ut toto mensium siccorum tempore vix bini cyathi exstillarent, gummi autem ab oleo non separandum est, licet massam tum referat sordidam & inpuram. Quod vero tempore pluvioso colligitur, inutile est, odorem enim contrahit acidulum.

Anni tempus. Fructus maturescunt anni tempore occidentali, prolapsique sub arbore inveniuntur, plurimum putaminibus exuti, qui apris inserviunt, quum enim sint adeo pusilli, ab hominibus non expetuntur.

Nomen. Latine *Nanarium Oleosum*, & *Nanarium Minimum.* Malaice *Nanari Minjac.* Amboinensibus nullum hactenus peculiare gerit nomen, excepto quod Hituenses illam vocent *Aybau Madelle*, h. e. *Arborem suaviter olentem:* In Manipa vocatur *Yaniri*, in Bonoa *Yasesel*.

Locus & Usus. Hæ arbores raro occurrunt, parumque notæ sunt, in Amboina tantum binæ tresve inveniuntur in ora Hitoensi prope promontorium Mamoa, haud procul a litore in adscensu montium, quæ vix crassiores sunt homine, paucumque exstillant Oleum, quod cum gummi suo trunci cortici inhæret, & quam maxime inpurum est.

Anno 1668 primo ibi in notitiam venit, atque ab illo tempore Æthiopum uxores oleum illud collegerunt ad conficiendum oleum odoratum, hunc in finem incisiones in inferiore trunci parte instituebant, ex quibus post aliquot mensium spatium memoratum istud gummosum Oleum exstillabat, illud vero *Nussatellense* demum 1676 detectum fuit, odoremque habebat, uti dictum est, multo præstantiorem Hitoensi. In ora *Nussanive* talis quoque arbor inventa fuit, quæ nuces gerebat majores & rotundiores, ejus autem Oleum nondum innotuit per Incolarum ignorantiam.

Quæ in Manipa, Kelangha, & Bonoa crescunt, ejusdem cum supra memorata sunt formæ, illarumque folia quatuor vel sex pollices longa sunt, binos lata, horumque costæ ex fusco flavescunt, suntque porro glabra, & intense viridia tam in junioribus quam in vetustioribus arboribus. Fructus eandem quoque habent formam, rari simul juncti in brevibus racemis. Liquida Dammara, ex trunco destillans, Amboinensi similis est, sed nigrior est, odoremque habet jucundiorem, majorique copia colligi potest.

Hujus lachrymæ oleum in terram prolabens mensibus siccis jucundum ipsi præbet odorem, qui in effossa diu remanet, si occlusa conservetur. Qualis terra nomine terræ Ambriferæ primum detecta fuit anno 1681 in Manipa circa locum Luhu, quæ diu pro illa fuit habita, credebantque incolæ naturalem istius terræ esse odorem, quum in illo loco nulla occurreret arbor, parvumque tantum occuparet illa terra locum, ubi effossa fuit, unde istius loci dominus putabat, in illo loco certissime Ambaræ fontem latere, quum vero terram profundiorem eruebant, odor evanescebat, unde concludebam, hunc odorem esse accidentalem, ex arbore nempe certa ortum suum habentem, quæ circa illam

de heete Zonne steld. Deze Oly gelykt in 't eerste gebeel en al als de Olyven-Oly, te weten, geelachtig en doorschynent, maar besterft metter tyd ros, als Spaansche Sek, en word dikachtig. Het uitgeperste hers werd als dan swartachtig, en droogt op in brosse klonteren, die qualyk aan malkander kleven, beide zyn ze van een zeer sterken reuk, doch lieffelyker dan andere Canari-hersen, niet te min nog al 't hooft beswaarende, zo lang zy vers zyn, en branden ook zeer licht alsze vuur raken, hoewelze vochtig schynen. Ik hebber eens een meenigte in een pannetjen over een kool vuur gedaan, om de Oly daar uit te smelten, maar 't gaf zo sterken reuk en damp van zig, dat alle de omstanders hooft-pyn daar van kreegen, zo dat ik bevond veel beter te zyn, 't geene men by slappe Zonneschyn van zelfs laat uitsweeten.

Naderhand heb ik geleerd, dat nog beter is, als men 't hers en Oly te zamen by malkander laat, en aldus bewaart, want dien reuk was gemengt uit Styrax liquida, *Citroen-schellen, en Canari-hers, zo is ook dezen Oly vers zynde zo subtiel, dat hy de huit verwermt, en doordringt als eenige gedistilleerde Oly. De beste bekomt men uit zeer oude boomen, die op steenachtige bergen, en wel ter Zonne staan, gelyk twee diergelyke boomen gevonden zyn op de kleine Eilandekens* Nussatello, *wiens Olyachtigen hers een zeer aangename reuk hadde, na de Citroen-schellen trekkende, maar by quam 'er zo schaars uit, dat men in een geheele drooge Mousson qualyk twee mutsjes konde krygen, en men moste de Gom van den Oly niet afscheiden, hoewel het als dan een vuile Materie gelykt. Het gene men by regenachtig weer vergadert, deugt niet, want het gewint een gooren reuk.*

Saysoen. *De vruchten ziet men ryp in de Weste Mousson, en afgevallen onder de boomen leggen, ook meest van hare bolstertjes berooft, blyvende zo leggen voor de wilde Verkens, want wegens hare kleinigheid werdenze van de menschen niet geacht.*

Naam. *In 't Latyn* Nanarium Oleosum, *en* Nanarium Minimum. *Op Maleyts* Nanari Minjac, *by de Amboineezen heeft hy nog geen byzonderen naam, behalven dat hem de Hitoeezen by provisie noemen* Ayhau Madelle, *dat is* Arbor suaviter olens: *Op Manipa* Yaniri, *op Bonoa* Yasesel.

Plaats, en Gebruik. *Deze boomen zyn zeldzaam en nog weinig bekend, in Amboina vind men 'er alleenlyk twee of drie, op de kust van Hitoe, by den hoek Mamoa, niet verre van strand, in 't opgaan van 't gebergte, dewelke niet veel dikker dan een man zyn, en weinig Oly geven, die met zyn Gom aan de schorsse hangt, en zeer vuil is.*

In 't jaar 1668. is hy aldaar eerst in kennisse gekomen, en t'zedert hebben de Moorze Vrouwen zyn Oly laaten haalen, om welriekende Oly daar van te maaken, tot dien einde wierden keepen in de benedenste stam gekapt, waar uit na eenige maanden de voorschreve Gomachtige Oly quam, maar die van Nussatello *is eerst Anno 1676. in kennisse gekomen, en was, als gezegt, veel beter van reuk, dan de Hitueesche. Op den hoek van* Nussanive *is 'er ook een diergelyken boom gevonden, wiens nootjens wat grooter en ronder zyn, maar de Oly daar van is nog onbekent, door de onwetenheid der Inwoonders.*

Dewelke op Manipa, Kelang, en Bonoa wasschen, zyn meest van de bovenstaande gedaante, hebben bladeren vier en zes duimen lank, twee breed, haare ribben zyn bruin-geel, voorts glad, en hoog-groen, zo wel aan jonge als oude boomen. De vruchten zyn van dezelfde gedaante, weinig by malkander aan korte trosjes. De weeke Dammar uit den stam druipende gelykt mede de Amboinze, doch is swarter en lieffelyker van reuk, kan ook in grooter meenigte vergadert werden.

De Oly van dezen traan uit den stam op de aarde druipende in de drooge maanden, geeft dezelve een lieffelyken reuk, die aan de uitgegravene nog lange blyft, als menze toegestopt bewaart. Diergelyke aarde onder den naam van Ambar-aarde, is eerstmaal gevonden Anno 1681. op Manipa, omtrent de plaats Luhu, *en wierd daar lang voor gehouden, dat het een natuurlyken reuk van die aarde was, want daar juist omtrent geen boom stond, en maar een kleine plaats besloeg, daarze uitgegraven wierde. Dies den eigenaar zig inbeeldde, dat op die plaats voorzeeker een Ambar-fonteyn moeste schuilen, maar dieper gravende verdween dien reuk, waar uit ik datelyk besloot, dat hy toevallig moeste zyn, te weten van een* boom

illam crescebat terram, vel ibi antea posita fuit, in illa itaque insula plura explorabantur loca, compertumque fuit, terram prope *Canarium Odoriferum* optimum spirare odorem, hoc quoque observabatur circa *Nanarium* hoc *minimum*, cujus plurimæ arbores in hac insula occurrunt, quarum resina liquida & Oleum ex trunco destillans, præstantia odoris Hituensi longe prævalebat, omneque solum, in quod ejus oleum delapsum erat, eundem exhalabat jucundum odorem, ex Ambra cum oleo quodam mixtum, hanc Ambræ terram in cistis & ollulis occlusam servavi, comperique diu servare odorem.

Quoniam in præcedenti libro in capite *Pseudo-Sandali Amboinensis* arbor Boeronensium *Roweyl* describitur, simulque indicatur, ex ipsa nigricantem lentamque lachrymam profluere, quæ Ambram griseam quodammodo spirat, hinc concludo, in insula Mauritia certas quoque, uti supra dictum est, occurrere arbores, quæ gummi vel resinam exsudant, quæ naturalem Ambram griseam spirat, de quibus procurator noster ibi degens gubernatori *Joanni Maatzuykero* scripsit, arbores illas esse vastissimas, non procul a litore crescentes, quarum radices semper versus mare sese extendebant, istudque gummi odoratum exsudabant, quod in mare delabens naturalem sufficiebat Ambram griseam per maris fluxum cum lapillis, arena, conchisque permixtam, ita ut illi putarent, tandem verum Ambræ griseæ ortum sese invenisse.

Ista in insula arbores crescere, quæ similem Ambræ resinam vel lachrymas exsudant, facile concedi potest, patetque exemplo *Canarii Odoriferi*, *Nanarii minimi*, & *Roweyl:* Omnem vero *Ambram griseam*, quæ in tam diversis mundi partibus, plurimis millibus milliarium distantibus, uti in India Occidentali, Africæ ora Orientali, Madagascara, Mauritii insula, in Maldivensibus, omnibusque insulis ad Eurum sitis reperitur, tantum ex talibus provenire arboribus, a vero alienum videtur: Saltem hoc non videtur dici posse de arboribus in insula Mauritii crescentibus, sique tales quoque arbores crescant in Africæ ora Orientali, & Madagascara, maxime mirandum est, hasce arbores a sagacissimis Arabibus non prius fuisse observatas vel detectas, qui ante mille annos regiones istas jam peragrarunt, illarumque plantas & herbas diligenter investigarunt, nec tamen illas umquam invenerunt. Licet jam verum sit, Ambram griseam in insula Mauritii, & in Africa ex talibus arboribus suum ducere ortum, qui fit, ut eadem hæc per tot centena milliaria ad Orientem, & adverso vento & fluxu in Maldivenses adduci insulas, atque insuper per tot centena milliaria usque in insulas ad Eurum sitas, in quibus notum est, sub Zona torrida in libero Oceano ventum fluxumque fere per totum annum ex Orientali parte flare atque profluere, nullum autem exstat exemplum, fructus quosdam, aliasve res ex hisce Orientalibus insulis versus Septentrionem in Africam & Madagascaram prolabi, multo minus ab istis insulis versus Orientem. Quid enim facilius posset fieri, celebrem illam Nucem Cocum dictam, quæ tantum in Maldivensibus insulis per mare ejicitur, aliquando etiam versus Septentrionem in istas projici insulas, quod tamen nunquam compertum fuit. Si itaque arbores tales Ambariferæ in Mauritii insula occurrant, uti lubenter id concedimus, Ambræ origo est, uti Succini ortus in Mari Eoo, quod juxta hodierna experimenta ex claro Bitumine liquido seu Naphta productum sub terra in Borussiæ & Pomeræ regionibus generatur. Bitumen hoc, si fontes suos vel scaturigines in mare exoneret, per frigus & salsedinem aquæ marinæ induratur & concrescit in Succinum, inque litora projicitur.

Idem vero Bitumen, per arborum quarundam radices adtractum cum illarum natura conveniens, quales sunt Pinus, Picea, Abies, similesque, quæ in illis regionibus, ac præsertim ad Vistulam fluvium magna crescunt copia, mutatur in Resinam talium arborum, nemo tamen dicet, omne Succinum ex Resina talium arborum generari, licet eundem habeat ortum similemque affinitatem. Hujus demonstrationem nobis exhibet experientia, quæ docet, naturale Succinum non tantum in mari ac litore inveniri, sed in media

boom komende, die daar omtrent stont, of gestaan badde. Men zogt dierhalven op dat Eiland naar meer diergelyke plaatzen, en bevond voor eerst, dat de grond onder bet Canarium Odoriferum *wel rook, en ten tweeden vond men ook dit* Nanarium Minimum, *waar van veele boomen op dit Eiland staan, welkers weeke* Resina *en Oly uit den stam druipende, in lieffelykheid van reuk bet Hitueeze verre overtrof, en al de grond, waar op de Oly gevallen was, bevond men van den zelfsten goeden reuk, dewelke uit Ambar-aarde en eenige vettigheid gemengt was; deze Ambar-aarde hebben wy in doosjes en potjes opgeslooten bewaard, en bevonden, datze baaren reuk lang beboud.*

Dewyl nu in 't voorgaande boek, in 't kapittel van Pseudo-Sandalum Amboinicum *den Boeroeezen boom* Roweyl *bescbreeven en aangeweezen werd, dat daar uit een swartachtig en taayen traan vloeid, die eenigzints na Ambar de grys riekt, zo doet dit my gissen, dat 'er, gelyk boven gezegt, op 't Eiland Mauritius ook eenige boomen gevonden werden, dewelke een Gom of traan uitsweeten, die zeer natuurlyk na Ambar-grys riekt, waar van onzen resident aldaar aan den Generaal* Joan Maatsuyker *gescbreven beeft, voorgevende, dat bet zeer groote boomen zyn, niet verre van strand staande, wiens wortelen altyd na de Zee-kant loopen, en de voornoemde welriekende Gom rykelyk uitsweeten, dewelke in Zee komende, in natuurlyke Ambar-grys verandert wert, door bet rollen van de Zee-baren, met steentjes, zand, en scbulpen vermengt zynde, zo dat by bun lieden gemeend wierde, dat zy nu eindelyk den waren oorsprонk van den Ambar-grys uitgevonden bebben.*

Dat op bet zelfde Eiland boomen konnen wasscben, dewelke diergelyken Ambarachtigen bers of traan uitgeven, kan men lichtelyk toestaan uit bet exempel van ons Canarium Odoriferum, Nanarium Minimum, *en* Roweyl. *Maar dat al den Ambar-grys, die in zo verscbeiden Oorden des werelds veel duizent mylen van malkander leggende, als West-Indiën, de Oost-kust van Africa, Madagascar, Mauritius, de Maldives, en alle de Zuid-Ooster Eilanden gevonden werd, alleen uit diergelyke boomen kome, is gantscb niet waarscbynelyk. Immers niet van de boomen, die alleen op 't Eiland Mauritius staan. Vallenze dan mede op de Oost-kust van Africa en Madagascar, zo is 't een groot wonder, dat die boomen niet eer zyn bekent geweest van de curieuse Arabiers, die al voor duizent jaaren die Landen bezogt, bare planten en gewasscben naauwkeurig onderzogt, echter deze boomen nooit gevonden bebben. Laat bet ook al zyn, dat bet Ambar-grys van Mauritius, en Africa, uit diergelyke boomen zyn oorsprонk bebbe, boe werd bet zelve zo veel bondert mylen Oostwaard aan tegen wind en stroom na de Maldivas gevoert, en nog zo veel bondert mylen verder na de Zuid-Ooster Eilanden, daar men weet, dat onder de* Zona torrida *op eenen vryen Oceaan wind en stroom scbier bet gebeele jaar door uit den Oostelyken kant valle, en men beeft scbier geen exempel, dat eenige vrugten of dingen van deze Oosterscbe Eilanden Westwaardt aan tot Africa en Madagascar dryven, veel min van ginder berwaarts Oostwaardt aan. Immers wat konde anders lichter gebeuren, als dat die vermaarde Cocos, die alleen in de Maldiviscbe Eilanden door de Zee opgeworpen werd, ook zomtyds Westwaart aan in de voornoemde Landen opgesmeeten werde, waar van men echter geen ervaring beeft. Byaldien dan zulke Ambar-boomen op Mauritius gevonden werden, gelyk wy toestaan, zo gaat bet daar mede, gelyk met den bernsteen in de Oost-Zee, dewelke na de bedendaagscbe onderzoeking zynen oorsprонk beeft uit een klaar* Bitumen liquidum *ofte* Naphta *onder de aarde, in de Landen van Pruizen en Pomeren gegenereert zynde. Dit* Bitumen, *als bet zyne Fonteinen of openingen in de Zee neemt, zo werd bet door de koude en ziltigbeid van 't Zee-water verbard in bernsteen, en dan op de stranden uitgeworpen.*

Maar bet zelfde Bitumen *door de wortelen van eenige boomen opgetrokken zynde, die met zyn natuur overeenkomen, gelyk daar zyn de Denne of Vuure-boomen, dewelke in die Landen, en aan de Weykzel-stroom in meenigte groeyen, zo werd bet in* Resinam *of bers van dezelve boomen verandert, daarom zal echter niemand zeggen, dat alle de Bernsteen uit bet bers van dien boom gegenereert werde, boewel zy beide van gemeenen oorsprонk, en eenderlei maagscbap zyn. Tot bewys daar van dient de ervaring, die ons leert, dat natuurlyk Bernsteen niet alleen*

A

media etiam sæpe regione effodi æque in Borussia ac in Sinensibus provintiis Succhuena & Junnama centenis aliquot milliaribus a mari Eoo sitis, in quibus plurimæ etiam crescunt Pini, uti videre est in *Sinensi Atlante pag.* 65. ubi Pater Martinus testatur, sese non solum rubrum & album Succinum (flavum autem ibi non occurrit) ibi vidisse ex terra erutum, sed Sinenses uno quasi ore dicere ac credere, ortum suum habere ex pinguibus pellucidisque Pini segmentis, per longam annorum seriem in succinum rubrum mutatis vel degeneratis, dicitque porro, Sinenses ingeniose Succinum rubrum componere ac imitari quasi posse ex pura Pini resina, quam ebulliendo ita norunt præparare, ut non tantum colorem & succini substantiam gerat, sed quoque leviores attrahat scorias. Magna tamen invenitur differentia inter succinum & Pini resinam, licet arte sit præparatum: Idem hocce de Ambra intelligendum est, naturalem maris esse projectum, attamen fieri posse, eundem huncce succum in quasdam attractum arbores, in iisdem Ambræ quoque odorem generare.

Siccam *Nanarii minimi* resinam diu habui pro quadam sicca & nigra resina, Macassarensibus *Galedupa* vocata, dein autem comperi, ex alia hanc provenire arbore, supra *libr.* 2. *cap.* 20. descripta, quum vero ejus Oleum Macassarensibus obferebam, vocabant hoc *Tin-Jo*, quod ipsis inservit ac necessarium est ad Dupæ compositionem, estque duplex, sed ex una profluens arbore. Primum vero est Oleum flavum instar Olei Calappi, sponte sua ex arbore effluens, sed sensim rufescit & viscosum est, diciturque ipsis *Tinjo-Calau*. Alterum vero nigrescit & duriusculum magis est, inque arundine Bambu dicta collectum venale prostat, uti *Galedupa*. Utrumque adhibetur ad *Dupam*, ut viscositate sua reliqua sicca ingredientia combinet. Ex arboribus vero colliguntur ignotis, quæ in insulis crescunt Salayera & Calaua, ad Macassaræ partem Australem sitis, ipsis Silayer & Calautoa dictis, h. e. magna Calaua ad differentiam alterius minoris insulæ.

leen in Zee en op strant gevonden, maar ook Landwaart in uitgegraven werden, zo wel in Pruissen, als in de Sineesse Provintien, Succhuen en Junnam eenige hondert mylen van den Oostelyken Oceaan gelegen, daar meede veele Pyn-boomen groeyen, gelyk te zien is in den Sineessen Atlas pag. 65. *alwaar Pater* Martinus *getuigt, niet alleen roode en witte bernsteen (de geele wert daar niet gevonden) aldaar gezien te hebben, die men uit de aarde graaft, en eenparig van de Sineessen gelooft wert, dat het zynen oorspronk hebbe uit de vette en klare stukken des Pyn-booms, door lankheit van jaaren in rooden bernsteen verandert, maar zegt ook, dat de Sineessen den rooden bernsteen aardig weten na te bootzen uit puur Pyn-hers, 't welk zy door 't kooken zoodanig weten te bereiden, dat het niet alleen de coleur en substantie van bernsteen verbeeld, maar ook stoppelen aantrekt. Egter blyft noch al een groot verschil tusschen bernsteen en pyn-hers, men mag het ook door konst bereiden, zoo men wil. Dit zelve moet men ook van den Ambar grys verstaan, dat het oorspronkelyk een uitwerpzel der Zee is, en evenwel zyn kan, dat dezelve zap in eenige boomen opgetrokken word, en daar in eenen Amber-achtigen reuk genereert.*

Het uitgedroogde hers van 't Nanarium minimum, *heb ik lang gehouden voor een zeekere drooge en swarte* Resina, *by de Macassaren* Galedupa *genaamt, doch namaals bevonden, dat het van een andere boom komt, hier boven* lib. 2. cap. 20. *beschreven; maar als ik de voornoemde Oly aan de Macassaren toonde, noemdenze dezelve* Tin-Jo, *het welk zylieden noodig hebben tot 't maken van de Dupa, en is tweederley, doch van eenen boom komende. Het eerste is een geele oly, als Calappus-olye, van zelfs uit den boom druipende, doch wert metter tyt ros en kleverig, en hiet eygentlyk* Tinjo Calau. *Het andere is swart en hartachtig, 't welk men in Bamboesjes te koop brengt, gelyk* Galedupa. *Beide wordenze gebruikt tot de* Dupa, *om met hare kleverigheit alle de andere drooge aan malkander te houden, en komen van onbekende boomen, wassende op de Eilanden* Salayer *en* Calau, *bezuiden Macasser gelegen, by hunlieden Silayer en Calautoa genaamt, dat is groot Calau, tot onderscheidt van een ander kleinder.*

Tabula Quinquagesima Quarta

Ramum exhibet *Canarii minimi* seu *Oleosi*, quod *Nanari Minjak* vulgo vocatur, ubi per *Litt.* A. racemus frugifer majori forma expressus denotatur.

De vier-en-vyftigste Plaat

Vertoont een Tak van de *kleinste* ofte de *Olieachtige Canary-Boom, Nanari Minjak* genaamt; alwaar door *Litt.* A. een vrugt-tros in grooter gedaante aangewezen wert.

OBSERVATIO.

Canarium hoc minimum Oleosum a *Valent. p.* 212. obiter describitur, & in *Tabula* sub *No.* XXXIX. delineatur.

AANMERKINGE.

Deze *kleine* ofte *Olieachtige Canari* wert by *Valent. p.* 212. vermeldt, en op de *Plaat* onder *No.* XXXIX. aangewezen.

CAPUT SEPTIMUM.

Canarium Decumanum. Canari Besar.

MAximam Canarii speciem, tam quoad arborem quam fructus, jam describemus: Hæc enim arbor altissima & omnium vastissima est, quæ in hisce occurrit insulis, estque adeo crassa, ut quatuor vel quinque viri vix eam amplecti possint. Inque trunci inferiore parte quam maxime extensa, latisque alis aucta est, erecta porro est instar altissimi Mali, sine lateralibus ramis usque in verticem, ubi quam latissime illos extendit, unde adscensum recusat. Ejus cortex est glaber, albicans vel cinereus. Rami ejus sunt fragiles, intusque repleti sunt ampla & fungosa medulla: In horum summo longæ locantur foliorum rachides plurimæ simul, uti in reliquis Canarii speciebus, lanugine molli & russa, uti & ramorum extremitates, obsitæ. Hæ rachides sunt longæ & firmæ, inque iis foliorum paria sex utcunque locantur opposita, brevissimis vel fere nullis innixa pedunculis seu sessilia fere, suntque paulo majora quam vulgaris Canarii, sed non ita scabra, inque parte inferiore omnino lanuginosa, novem ac decem pollices longa, quatuor vel quatuor cum dimidio lata, superius in brevem apicem acuminata, multis contexta costis transversalibus & parallelis, inferius russis pilis obsita, lætius viridia quam vulgaris Canarii, binaque inferiora semper sunt brevissima, in junioribus autem arboribus quatuordecim vel quindecim pollices sunt longa, quinque vel quinque cum dimidio lata, totique rami cum foliis sunt lanuginosi.

Flores me latent ob arboris altitudinem, sine dubio autem non multum different a vulgari magno Canario: Fructus magnitudinem habet formamque ovi Anserini, externe parum rugosus, russisque punctis notatus instar fructus *Atun*. Sub crasso & viscoso putamine ingens reconditur nux, tres circiter pollices longa, binos crassa, triplicis formæ, vulgatissimæ autem sunt triangulares, angulis protuberantibus quasi fimbriatæ, inter hos vero angulos latera externe sunt rugosa, multis striis seu areis excavata, ab utraque acuminatæ parte, sed non acute, aliæ in eadem arbore sunt quadratæ instar cistulæ, sed hæ raro occurrunt. Quæ tertiæ sunt formæ, rotundæ sunt, sine notabilibus angulis, rugosæ quoque, ab utrisque vero partibus parum acuminatæ, hæ peculiarem videntur constituere speciem seu varietatem, arboris enim hujus folia sunt quoque rotundiora & breviora: Primæ vero speciei plurimæ sunt fimbriatæ, sed non per totam longitudinem, sed tantum ad inferiorem & acutum angulum, reliqua pars undique rugosa est. Putamen crassissimum est, firmum, & quantum apparet, non facile confringendum, quod tamen aliter comperitur, si enim hæ nuces aquæ infusæ sint madidæ, solique exponantur, rimas plurimas agunt, quæ iterum sese contrahunt & quasi claudunt, si nux sit sicca: Magis autem mirandum est, si nux hæc, quæ videtur ossea, mensæ inposita cultro vulgari in ejus centro incidatur, primo ictu hic penetrat, ac putamen ejus instar vitri dissilit.

Nuces trigonæ & rotundæ intus tres gerunt cellulas, quadratæ vero quatuor, sed unus tantum in his reperitur nucleus, raro bini, cæteraque intermedia pars vacua est: Hic autem nucleus est ut vulgaris Canarii, sed major & amplior, ac crassiore pellicula tectus, quæ ad ejus latus verrucâ putamini parum adhæret, saporem vero habet magis oleosum quam vulgare Canarium, instar siccarum Nucum Juglandum, ferisque montium incolis edulis est, a litoreis vero incolis, qui meliora habent Canaria, non æstimatur, quum russa ejus pellicula a nucleo vix separari possit: Si fructus hi aliquamdiu serventur, nec putamina ipsorum auferantur, incipiantque putrescere, emittunt succum ita viscosum, omnibus adhærentem rebus, ut tractari nequeant.

Ex arboris trunco lenta quoque & viscosa effluit resina, quæ, si recens, intractabilis est, exsiccatur vero in claram & pellucidam resinam fere instar *Gummi Arabici*, atque hoc gummi quibusdam in locis magis flavescit, quam Succinum, & undique tuberculosum

VII. HOOFTSTUK.

De grootste Canari-Boom.

HEt aldergrootste geslagt van de Canaris, zo aan boom als aan vruchten, zullen wy nu beschryven. Den boom is van de aldergrootste en hoogste in deze Eilanden, zo dik, dat hem vier a vyf mannen qualyk omvademen kunnen, beneden met een groote stoel, of breede vlerken, en voorts opgeregt, als een hooge mast, zonder takken, tot aan de kruin, daar by dezelve zeer wyd uitspreid, en is dierhalven niet te beklimmen. De schorsse is effen, witachtig, of licht-graauw. De takken zyn bros, en hebben van binnen een groot en voos merg: Aan 't voorste der zelver staan de lange ryskens veel by malkander, gelyk aan de andere Canaris, met een zagte en rood-geele dons, gelyk ook de einden der takken bekleed zyn. De ryskens zyn lang en styf, en aan dezelve staan de bladeren gemeenelyk by zes paren tegen malkanderen, op zeer korte en schier geene steelen. Zy zyn ruim zo groot als aan de gemeene Canary, doch zo styf niet, en aan de onderste zyde gantsch wolachtig, 9. en 10. duimen lank, vier en vier en een halve breed, van vooren schielyk toegespitst, met veele evenwydige dwersribben, van onderen met rosse haairen bekleed, lichter-groen dan de gemeene Canary, en de twee achterste zyn altyd de kortste, maar aan de jonge boomen zynze wel veertien en vyftien duimen lank, vyf en een half breed, en de gebeele takken met bladeren, en al zeer wolachtig.

Het bloeizel is onbekend wegens de hoogte der boomen, doch 't zal buiten twyffel niet veel verschillen van de gemeene groote Canary. De vrucht is in grootte en gedaante van een Gansen-Ey, van buiten wat ruig, en met rosse punctjes bezet, gelyk de vrucht Atun. *Onder de dikke en lymachtige bolster leid een groote noot, omtrent drie duimen lank, en twee dik, van driederlei gedaante, want de gemeenste zyn driezydig, met uitsteekende kanten, als gezoomt, maar tusschen de kanten zyn de zyden van buiten rimpelig, met veele streepen of vooren uitgegraveert, achter en voren toegespitst, doch niet scherp, andere aan dezelfde boom zyn vierkant, als een doosje, doch deze vind men weinig. Die van de derde gedaante zyn rond, zonder merkelyke kanten, mede gerimpelt, en aan beide de einden een weinig toegespitst, deze schynen een byzondere zoorte op zig zelfs te maken, want de bladeren van haren boom zyn ook wat ronder en korter. Van de eerste zoorte zyn de meeste ook niet doorgaans gezoomt na de lengte, maar alleen by den achtersten of scherpsten hoek. De rest is rondom vol rimpelen. De schaal is zeer dik, massyf, en na den schyn qualyk te breeken, het welk men echter anders bevind, want als men de nooten nat maakt en in de Zonne legt, zo werdze vol scheuren, die echter weder sluiten, als menze wederom droogt. Nog wonderlyker is het, als men deze na den schyn steen-harde noot, op een tafel legt, en met een gemeen mes regt in de midden daar opslaat, zo kapt menze met den eersten slag midden door, springende de schaal als glas van malkander.*

Binnen hebben de driekantige en ronde drie celletjes, de vierkantige vier, doch men vind 'er maar een beest in, zelden twee, en de rest staat ledig, de beest is als aan de gemeene Canary, doch grooter, breeder, met een dikker velletje bekleet, welke ter zyden met een vratte een weinig aan de schaal vast kleeft, van smaak wat Olyachtiger dan de gemeene, en als oude Wal-nooten, en is by de wilde Berg-woonders eetbaar, maar by de strand-woonders, die beter Canaris hebben, worden ze niet geacht, om dat men 't bruine velletje qualyk van de beest kan afschillen. Als men de vruchten een tyd lank bewaart, zonder de bolster aftenemen, en dezelve begint te rotten, zo komt 'er een zodanige lymachtige zap uit, over al aankleevende, dat menze qualyk bandelen kan.

Uit den stam vloeid insgelyks een taai en lymachtig hers, vers zynde, niet om te handelen, maar besterft in een klaar en meest doorschynend hers, bykans als Gummi Arabicum. *Op zommige plekken geelder als Bern-steen, rondom vol scheutjes, waar aan men deze Gom van andere*

sum est, unde facile ab aliis distinguitur, plurima autem ejus pars est inpura, ad viridem vel nigricantem accedens colorem, quum per arborem destillans sese cum cortice aliisque soli sordibus commiscet; quod tamen facibus optime inservit. Pellucida vero ejus frusta referunt Amboinensium Dammaram Batu, sed non ita pellucida sunt, nec ita eleganter flava, at magis viridia instar vitri, sed lentiora, nec ita in ramenta dissilientia, uti Dammara Batu, hujus quoque Dammaræ frusta, licet sint sicca, sibi invicem tamen adhærent, si per aliquot tempus sibi fuerint inposita, quod in reliqua Dammara non observatur. Carbonibus hæc inposita ingratum spirat odorem, immo fere fœtentem, nihilominus tamen ab incolis ad faces adhibetur. Stridorem vero magis dat, si igni injecta fuerit, quam Dammara Selan, inque aqua tepida mollescit, seu liquida fit, argumento, hanc substantiam gummosæ magis & aquosæ esse naturæ, quam reliquæ resinæ.

Trunci lignum est album, molle, leve, nec durabile, medulla fungosa repletum, satisque senescit, sed ob fragilitatem a fortioribus ventis facile prope radices confractum dispergitur.

Anni tempus. Fructus maturescunt mensibus occidentalibus, qui in insulis ad Hesperum sitis sunt menses pluviosi, tumque nulla Dammara in arboribus reperitur, sed in mensibus Orientalibus, quum ibi sit anni tempus siccum, arboresque flores incipiant producere: Homines has non colunt, quæ nec crescunt circa hominum ædes, sed in altis tantum montibus, in magnis insulis.

Nomen. Latine *Canarium Decumanum.* Malaice *Canari Besaar* & *Canari Xula.* Ternatice *Nia*, *Haffu Haffu Xula*, & solummodo *Haffu*, horumque longiores fructus dicuntur *Haffu Gogira*, rotundi vero *Haffu Boppolulo.* Amboinice in Boero *Yar* vel *Yal Amin*, & circa Tomahou *Cami.* Ejus resina vocatur *Dammara Amin*, & *Camal Amin.*

Locus. In Amboina hæc Dammara ignota est, sed plurima invenitur in insulis Xulassensibus, & Moluccis in Gelolo, Boero, magnaque Cerama, sed non frequenter, ut & minori copia in Boetona, Celebes ora Orientali, in locis autem ad Hesperum maxime sitis est ignota, ut & in omnibus horum parvis insulis: Facile autem hæc arbor propaganda est, sæpius enim ejus nuces hic in Amboina in meum abjeci hortum, quarum plurimæ, quæ terram tangerent, radices egerant ac progerminarant, uti & hinc inde quædam etiam inveniuntur arbores, tali propagatæ modo.

Ejus nuclei in maris litore occurrunt per mare ejecti, eleganter depurati, & cinerei, sed hi non progerminant, qui sine dubio a magnis fluviis in majoribus insulis sunt abrepti, inque mare adducti, ubi diu fluctuantes tandem in litus ejiciuntur.

Usus. Arbor ipsa nullum fere præbet usum, excepta ejus resina seu Dammara, ac primo quidem apud Xulanenses & Boeronenses ad faces adhibetur, sumiturque hæc Dammara inpura, uti naturaliter est, quæ commiscetur cum pulvere contritæ terræ vel cineris, quæ simul Gomuto foliis obvolvuntur in formam facum: Cinis ac terra huic miscetur, ut continuo ardeat, minusque strideat. Secundo a Ternatensibus usurpatur ad oblinienda navigia, coquiturque mixta cum Oleo Calappi & Santang, uti supra de Dammara nigra fuit dictum, hæc autem Dammara difficiliorem præbet coctionem, quum inter coquendum vehementer intumescat, sæpiusque supra vas sese elevet, ita ut vix retineri possit, unde lento coquenda est igne, sensimque Oleum ipsi infundendum est.

Quidam montani Xulanenses ejus comedunt nucleos, uti reliquos Canarios, licet, uti dictum fuit, vix decorticari possint, & Cephalalgiam caussent iis, qui non adsueti sunt: Alphorenses Ceramæ ex iis Baguapanem coquunt, sed plurimum circa sinum Cauwensem. Quidam maritimi harum insularum incolæ putamen magni Canarii supra porphyritim cum aqua conterunt, obliniuntque hac tritura oculos contra illorum dolorem & ardorem, quem ex solis æstu contrahunt. Omne armorum genus, quod manubria habet, hac Dammara firmatur, hæcque prius contunditur, contusa replentur cava manubriorum, tum

dere onderscheiden kan, de meeste is vuil, na den groenen en swarten trekkende, om datze van den boom afdruipende, zig met de schorsse en vuiligheid van den grond vermengt, 't welk echter tot de toortzen bequaamst is. De klare stukken gelyken ook wel de Amboinschen Dammar-Batu, maar zyn zo schoon geel en doorschynend niet, groenachtig als glas, taayer, en nooit zo kort afbreekende gelyk Dammar-Batu, ook de stukken van deze Dammar, al zynze droog, kleven echter aan malkander, alsze een tyd lank op malkander leggen, 't welk andere Dammar niet doet. Op koolen geeftze een onlieffelyken en bykans stinkende reuk van haar, niet te min wordze by de Inlanders tot het branden van toortzen gebruikt. Zy knerst meer op de koolen, dan de Dammar-Selan, *en laat zig in warm water week maaken, tot bewys, datze meer van Gomachtige en waterachtige natuur is, dan andere herssen.*

Het hout van den stam is wit, week, licht, en niet durabel, met een voos hert, en komt wel tot eenige ouderdom, maar word wegens zyne broshcid door de sterke winden by de wortels dikwils afgebrooken.

Saysoen. *De vruchten werden ryp in de West-Mousson, 't welk in de Westersche Eilanden de regen-maanden zyn, en aldus vind men geen Dammar aan de boomen, maar wel in de Oost-Mousson, wanneer 't aldaar droog weer is, en de boomen beginnen te bloeyen. De menschen bouwen deze boomen niet, gelykze ook niet wasschen omtrent de wooningen der menschen, maar in 't hooge gebergte, en op groote Eilanden.*

Naam. *In 't Latyn* Canarium Decumanum, *in 't Maleyts* Canari Besaar, *en* Canari Xula, *op Ternaats* Nia, Haffu Haffu Xula, *en slegts Haffu, waar vanze de langen noemen* Haffu Gogira, *en de ronde* Haffu Boppolulo. *Amboins op Boero* Yar *of* Yal Amin, *en omtrent Tomahou* Cami. *Het hers daar van werd genaamt* Dammar Amin, *en* Camal Amin.

Plaats. *In Amboina is deze Dammar onbekent, maar men vindze meest in de* Xulaasse *Eilanden, in de Moluccos op Gelolo, op Boero, en groot Ceram, doch niet overvloedig, en voorts zo wat op Boeton, en Celebes Oost-kust, in de Westelyker plaatzen isze onbekent, gelyk mede op alle kleine Eilanden hier omtrent, zy is echter lichtelyk voort te planten, want ik hebbe de nooten hier in Amboina dikwils in de Thuin weg gesmeeten, waar van de meeste, die de grond raakten, uitgeschooten waren, gelyk men hier en daar nog eenige boomen vind, op die manier voortgeteelt.*

De korrels vind men hier en daar langs de strandt door de Zee uitgesmeeten, fraai gezuivert, en regt graauw, maar die komen niet op; zynde buiten twyffel door de Rivieren op groote Eilanden afgespoeld, en in Zee gevoert, daarze dan lang gedreven hebben, tot datze tegens deze kust aankomen.

Gebruik. *Van deze boom is bykans niets in gebruik, dan 't hers of Dammar, eerstelyk by de* Xulanesen *en* Boeroësen *tot 't branden, nemende deze Dammar zo vuil alsze is, en mengen daar nog meer stof van klein gewreven aarde of assche onder, en winden het t'zamen in bladeren van Gomuto, tot de gedaante van een toortze: De stof of assche werd daar onder gedaan, om dat het te stadiger brande, en min knersse. Ten tweeden wordze meest by de Ternatanen gebruikt, tot het pikken der vaartuigen, met Calappus-Oly en Santang gemengt en opgekookt, gelyk boven van de Dammar-*Nigra *gezegt is, maar deze Dammar valt vry wat moeyelyker op te kooken, om datze aan 't kooken komende zo magtig opswelд en overloopt, dat menze qualyk in de vaten kan houden, daarom menze met een lankzaam vuur moet kooken, en de Oly allenskens ingieten.*

Zommige Berg-woonders van Xula *eeten de korrels ook, gelyk andere Canaris, hoewelze, als gezegt, moeyelyk te schellen zyn, en hooft-pyn veroorzaaken by die geene, dieze niet gewend zyn, de Alphoereezen van Ceram maken haar Bagéa-brood daar van, doch meest omtrent de bocht van Cauwa. Zommige Inlandsche Zee-lieden wryven de schaal van de groote Canary met water op een steen, en besmeeren daar mede haar oogen tegens de pyne en brant, die zy van de hitte der Zonne krygen. Alderhande geweer, dat in de hegten en steelen moet staan, maakt men met deze Dammar vast, stootende eerst de Dammar, en strooyende dezelve in gaten van de hegten, daar na maakt men*

tum arma prope conceptacula calefaciunt, quæ manubriis intruduntur, unde Dammara hæc liquefacta illa continet, quum sit admodum tenax, huicque operi quam aptissima.

Contra tonsillas tumentes ac inflammatas usurpantur horum Canariorum putamina, cum aceto contrita in pultem tenuem, quæ externe illinitur, cumque pauxillo aquæ mixta pro gargarismate inservit.

men 't geweer by de steel warm, en stoot 't daar in, zynde deze Dammar tot dit werk alderbequaamst, om datze zo vast houd.

Tegen geswolle Amandelen neemt de schaale van deze Canaris, wryftze met Azyn tot een dun papje, en smeert het van buiten op, doet ook wat water daar by, en gorgelt daar mede.

Tabula Quinquagesima Quinta

Ramum exhibet *Canarii Decumani*, quod *Canary Besaar* vocatur, ubi Litt. A. ejus fructum majori forma expressum denotat.

B. *Fructum dissectum* sistit, ut tria ejus officula seminalia in cellulis trigonis locata conspiciantur.

De vyf-en-vyftigste Plaat

Vertoont een Tak van de *grootste Canari*, die de *Canary Besaar* genaamt wert, alwaar door de Lett. A. een vrucht in grooter gedaante vertoont wert.

B. Dezelve geopent, op dat deszelfs drie vakken, waar in de Zaat-korrels leggen, vertoont werden.

CAPUT OCTAVUM.

Dammara Selanica: Dammar Selan.

HÆc vulgatissimam ac usitatissimam per totam aquosam Indiam præbet resinam, atque a nostra natione pro Indica Colophonia habetur, & nominatur, arbor vero ejus nostro populo fere ignota est, quum in magnis insulis a mari & litore remotis crescat; Dividitur autem in marem & feminam, forma trunci & foliorum non multum differens, sed utramque peculiariter describemus.

Dammara itaque *Selan* seu mas dicta, arbor est crassa & alta, plerumque erecta, aliquando autem incurva, corticem gerit crassum, ruffum, plerumque rugosum & fissum, in junioribus vero arboribus æqualem: Rami ejus sunt ampli & extensi, comam constituentes levem & irregularem, paucas enim rachides gerunt hi rami, inque iis folia sunt rara, plurimumque perforata ac lacera, ita ut arbor hæc conspectum præbeat ingratum ac deformatum.

Hic mas folia gerit *Canangæ*, vel paulo majora, tenuia, sicca, & tremula, obscure viridia, superius glabra, inferius rugosa, a quinque ad octo pollices longa, binos, binosve cum dimidio lata, obtuse desinentia, cum levi tamen apice, multis costis parallelis ac transversalibus pertexta. Alternata hæc locantur in longis rachidibus, quæ lanuginosæ parum sunt, atque sex septemve folia in uno illarum latere inveniuntur. Ramorum cortex ex nigro fuscus est, plurimis notatus punctulis, sunt autem multo graviores & solidiores quam in *Cananga*, inque genicula quasi divisi sunt hi rami.

Flores ex alis superiorum foliorum ut & ad ramorum extremum progerminant in racemis spithamam longis, inque breves laterales ramulos divisis, qui non sunt uniformes, vel æqualis longitudinis. In his primo apparent capitula acuta & flavescentia, quæ sese aperiunt in flosculos ex quinque angustis & flavescentibus petalis, apices referentibus, formatos, atque hi calici insident, qui in superiore ejus parte cistam quasi format, cui infiguntur quinque stamina instar angustorum petalorum, quæ occludunt capitulum quoddam subrotundum, post primi hujus floris lapsum ex cista ista alter omnino prodit flos, atque ex hoc verus fructus. Flos autem hic componitur ex tribus angustis petalis, digitum minorem circiter longis & latis, inferius angustis, superius latis, instar spathæ Chirurgorum, estque primo purpurascens & lanuginosus, dein autem fuscus marcescit, per longitudinem striatus, plurimis autem venis lateralibus rugosus: Inter hæc petala bina insuper, raro autem tria alia inveniuntur instar linguæ formata, quæ in ipsorum centro nucem continent parvam, instar dimidiæ nucis avellanæ, ab inferiore parte latam, superius vero cito acuminatam cum oblongo apice.

Sub fragili putamine viridis ac pinguis reconditur nucleus amaricans, saporis adstringentis, plurimæ autem nuces sunt corruptæ & inutiles cibo.

Notandum vero est genuinis hisce floribus spurios quasi præcedere flores, quam diu nempe arbores sint junio-

VIII. HOOFTSTUK.

De Dammar Selan-Boom.

DIt is het gemeenste en gebruikelykste hers door gantsch Water-Indiën, en word by onze Natie voor Indisch Harpuys gehouden en genaamt, doch de boomen zyn ons volk meest onbekent, om datze op groote Eilanden wat verre van strand wasschen. Zy zyn verdeelt in Manneken en Wyfken, in fatzoen van stam en bladeren niet veel van malkander verschillende, doch wy zullen ieder in 't byzonder beschryven.

Eerstelyk, Dammar Selan *het Manneken, zyn boom is dik en hoog, meest regt, en zomtyds wat bochtig, de schorsse dik, ros, doorgaans ruig en gescheurt, doch aan de jonge boomen effen. De takken wyd, met een ydele onfatzoenlyke kruin; want men ziet weinige ryskens aan de takken, en daar aan de bladeren ieder of meest doorwreeten, zo dat het een lelyke boom van aanzien is.*

Het Manneken heeft bladeren als die van Cananga, *of wel zo groot, dun, droog, en rammelende, doods-groen, boven glad, en onder ruig, van vyf tot acht duimen lank, twee en twee en een half breed, van vooren stomp, met een korte spitze, en veele evenwydige dwers-ribben. Zy staan verwisselt tegens malkander aan lange ryskens, die wat wolachtig zyn, met zes of zeven bladeren aan eene zyde. De schorsse aan de takken is swart-bruin, met veele puntjes bezet, en zyn veel swaarder en styver dan die van* Cananga, *gelyk als in leeden verdeelt.*

Het bloeizel komt uit den schoot der voorste bladeren, en het einde der takken zelfs voort, een span lank, en in korte zyde-takjes verdeelt, dewelke niet eenparig van stand en lengte zyn. Hier aan ziet men eerst spitze en geelachtige knopjes, dewelke veranderen in kleine bloemkens, van vyf smalle en bleek-geele blaadjes, of veel meer spitzen, dewelke een voetje maken, dragende boven op een kelkje of potje, daar in men vyf andere draadjes of smalle bladeren ziet, verbergende een klein knopje, als een spelde-hoofd. Na het afvallen van dit eerste bloeizel komt uit het voornoemde potje een geheele andere bloem, en de regte vrucht voort. Deze bloem is gemaakt van drie smalle blaadjes, omtrent een pink lank en breed, achter smal, en vooren breed, gelyk een Chirurgyns spadel, eerst bruinrood, en wolachtig, maar besterft vaal, in de lengte geribt, en met veele dwers-adertjes gerimpelt; daar tusschen staan nog twee, en zelden drie andere blaadjes, mede als tongskens geformeert, en besluiten in de midden een klein nootken, als een halve Hasel-noot, onder breet, en schielyk toegespitst, met een lankachtig spitsken boven op.

Onder een breekzame schaal leid een groenachtige en vette heest, bitterachtig, en t'zamentrekkende van smaak, doch de meeste nootjens zyn wrang, en onbequaam te eeten.

Zo staat ook te merken, dat voor dit regte nog een ander valsch bloeizel voorgaat, zo lang de boomen jong zyn, want

A
B

juniores, in summa enim rachidis parte tales quasi racemi oriuntur, plurima gerentes parva squamosa petala seu foliola, quæ tanquam flosculi apparent, sed dein degenerant in rachides & folia: Talem colui arborem usque in annum decimum sextum, talesque racemos tamquam veros habui flores, sed hisce nihil aliud umquam subsequebatur nisi folia, donec tandem descripti ac veri prodirent flores.

Trunci lignum viride ruffescit, sed siccum est fuscum instar Sideroxyli, cui etiam simile est duritie & pondere suo, fibris autem constat crassioribus, minusque durabile est, nec ita nitide potest poliri, substantia enim ejus est adeo crassa, ut hinc inde in ligno hoc venæ appareant crassæ resina alba repletæ, quæ inter elaborationem ligni decidit, afferesque inæquales foraminibusque excavatos reddit. Cæterum ex hisce truncis nulla vel pauca admodum exstillat resina, nec nisi in summa ipsorum senectute, quæ alba est & friabilis, neque colligitur.

Femina truncum gerit rugosiorem, comamque densiorem, folia autem ejusdem sunt formæ, sed majora & quoque alternata, sex octove in uno latere, quorum inferiora & superiora sunt brevissima, sex & octo pollices longa, media autem novem & decem, palmam vero lata sunt, brevibus crassisque insidentia petiolis, plurimis quoque transversalibus & parallelis costis pertexta, inferius rugosa, sed non ita quam maris, suntque magis flaccida, sed quoque exesa, colorem habent pallide viridem, sique tractantur vel moventur, crepitant.

In junioribus arboribus novem vel decem folia in una rachidis parte locantur, suntque magis lanuginosa quam in vetustis: In ramulorum extremo itidem ac primo in junioribus arboribus apparent foliola quædam racematim congesta ac squamosa, quæ male pro floribus habentur, talia quoque ex foliorum alis progerminant. Hisce autem veri subsequuntur flores ejusdem formæ ac maris, sed paulo majores, atque his iterum alter flos ejusdem cum descripto formæ, sed major, magisque *Canangæ* florem referens, ex tribus magnis formatus petalis spathæformibus, in vero triangulo positis, magisque extensis quam in *Cananga*, suntque magis scabra, & colorem pallidiorem gerentia, ex gilvo nempe & viridi mixtum, venosa porro sunt & rugosa, & uti supra notatum est, binis tribusve intermediis angustioribus linguæformibus petalis donata; Flores hi sunt racemosi uti in *Cananga*, cujus odorem etiam, sed debiliorem spirant: In horum centro fructus formatur Nucem avellanam referens leviter acuminatam, cujus putamen tenuius est, continetque nucleum mollem cinereum, ingrati magis saporis quam Canarii, quique teredine crasso & pingui plerumque perforatus est. Flos circa hanc nucem diu emarcidus dependet, plurimumque cum inmatura simul decidit, nuces autem hæ, si sint maturæ, solæ decidunt, & apris cibo sunt.

Feminæ lignum non ita fuscum ac durum est quam maris, multoque levius est, fungosius, & ædificiis inutile: Ex his autem truncis summam adsequentibus senectutem, licet non lædantur, sponte effluit copiosa flavescens resina ubique ex rimis & fissuris corticis exsudans, quæ magna etiam reperitur quantitate inter ipsum corticem & lignum, immo in ipso etiam ligno crassis contenta venis, ita ut nulla mihi sit nota arbor, quæ tanta copia resinam exhibeat, rami enim sæpe in hac observantur arbore, ex mera quasi resina constantes ad trium quatuorve pedum longitudinem, hujusque coni cruris habent crassitiem, vulgare enim est, si coni ex ramis dependentes brachii crassitiem habeant, atque ego ex *Xula* frusta hujus resinæ accepi, quæ artificialem referebant scopulum: Resina hæc (quæ communi vocabulo Dammara dicitur) mox indurescit, quamprimum ex arbore exsudat, estque in quibusdam arboribus flava, in quibusdam obscure viridis seu nigricans, in aliis partibus semi pellucida, adeoque similis crudo nec depurato Succino, ut vix distingui possit, præsertim quædam ejus segmenta, quæ pellucida, elegantisque & ita intense lutei sunt coloris, uti optimum Succinum, hæc autem Dammara plerumque fragilior est, quæque est ex junioribus arboribus, friabilis; E contra occurrunt frusta seniorum arborum, quæ colorem habent Colophoniæ, quæ in fluvios decidentia, atque ab iis in mare abrepta per continuos ac diuturnos fluxus externe rugosa sunt, &

want aan 't uiterste der ryskens koomen diergelyke trossen voort, met veele kleine en schubachtige blaadjes, die men voor bloeizel zoude aanzien, doch veranderen in ryskens en bladeren. Ik heb zodanigen boom opgequeekt by de zestien jaren, en het zelve altyd voor het regte bloeizel aangezien, daar op telkens niets volgde, dan bladeren, tot dat eindelyk het voornoemde regte bloeizel voortquam.

Het hout van den stam groen zynde, is licht-ros, maar besterft bruin, als yser-hout, dat het ook aan hardigheid en swaarte wel gelykt, doch is veel grofdradiger, min durabel, en laat zig zo glad niet werken, want het is zo grof van substantie, dat men hier en daar in 't hout dikke aderen ziet van witten hers, 't welk in 't werken uitvallende, de planken oneffen, en met kuiltjes maakt: anderzints druipt uit deze stammen geen of weinig hers, en dat in haren boogen ouderdom, 't welk wit en bryzelig is, en niet vergadert werd.

Het Wyfken heeft een ruigere schorsse en dichter kruin, de bladeren zyn van dezelfde fatzoen, maar grooter, mede verwisselt tegens malkander staande, zes en acht op eene zyde, waar van de achterste en voorste de kortste zyn, zes en acht duimen lank, de middelste negen en tien, en een hand breed, op korte en dikke steeltjes staande, ook met veele evenwydige dwers-ribben doorreegen, van onderen mede ruig, doch minder dan aan 't Manneken, en slapper, ook zeer doorvreeten, van een bleek-groene coleur, en in 't handelen rammelende.

Aan de jonge boomen staan negen of tien bladeren aan een zyde, en zyn wolachtiger dan de oude. Aan het uiterste der takskens ziet men insgelyks, en voor eerst aan de jonge boomen, zommige kleine blaadjes in een trosje, schubs gewys by malkander gevoegd, die men abusivelyk voor 't bloeizel aanziet, diergelyke ook hier en daar staan by den oorsponk der bladeren. Hier op volgt het regte bloeizel van het zelfde fatzoen, als aan 't Manneken, doch wat grooter, en daar op de tweede bloem, ook meest van het zelfde fatzoen, doch grooter, en beter na de Cananga-*bloem gelykende, gemaakt van drie groote spatel-formige blaadjes, regt in een driehoek staande, en meer geopend dan aan de* Cananga, *ook styver en bleeker van coleur, te weten, uit vaal en groen gemengt, voorts geadert en gerimpelt, als boven, met twee of drie smalle tongskens tusschen beiden; zy hangen met bosjens by malkander, gelyk aan* Cananga, *wiens reuk zy ook slappelyk nabootzen. In de midden werd de vrucht geformeerd, dewelke gelykt een Hasel-nootjen, met een korte spitsje, wiens schaal wat dunder is, en daar binnen een weeke grauachtige beest, onlieffelyker van smaak dan Canaris, en meest van een dikke vette worm doorvreeten. De bloem blyft rondom dit nootjen langen tyd vast hangen, en valt meest onryp met dezelve te gelyk af, anderzints vallen de rype nootjens ook alleene af, en werden van de wilde Verkens gegeeten.*

Het hout van 't Wyfken is zo bruin en hart niet, als van 't Manneken, veel lichter, vooser, en tot bouwen onbequaam. Uit deze stammen nu, alsze mede tot swa-re boomen geworden zyn, al quets menze niet, vloeid o vervloedig een geelachtig hers, over al uit de scheuren en groeven van de schorsse uitswetende, dewelke men ook rykelyk vind tusschen de schorsse en 't hout, ja zelfs met dikke aderen in 't hout, zo dat my geen andere boom ter weerelt bekent is, die in zulke meenigte hers van zig geeft, want men vind takken aan deze boom hangen van klinkklaar hers, drie en vier voeten lank, en een dye dik, maar keegels van een arm dik zyn gemeen, en ik hebbe stukken van Xula *bekomen, die men voor een artificieele klip zoude aanzien. Dit hers ('t welk men met een gemeene naam* Dammar *noemd) werd straks hard, zo dra het uit de boom sweet, is bleek-geel, aan zommige deelen half doorschynend, den vuilen Bern-steen zo gelyk, dat men 't qualyk onderscheiden kan, inzonderheid zommige brokjes, die schoon-klaar, en zo hoog-geel van coleur zyn, als de beste Bern-steen, doch deze* Dammar *is doorgaans brosser, en die van jonge boomen komen, bryzelig. Daar en tegen vind men stukken van oude boomen, van coleur als* Colofonie, *dewelke in de Rivieren vallende, en door dezelve in Zee gevoerd werdende, door 't lange rollen van buiten ruig en wit, van binnen klaar blyven, en doorgaans zo hard werden, dat ik ze op den strand voor Bern-steen opgeraapt hebbe: De stukken nu, die uit den stam op de aarde druipen, en met groote klompen uit de grond nit-*

& alba, interne autem pellucida, & plerumque ita indurescunt, ut in litore pro Succino illa collegerim. Frusta vero, quæ ex trunco in terram destillant, inque magnis glebis ex terra eruuntur, multo magis impura sunt, magisque nigricant, obscuriora sunt, pluribusque sordibus commaculata. Hæc quoque Dammara manibus tractata notabilem, sed ingratum spirat odorem, proxime ad Colophoniam accedentem, qui odor diu quoque in manibus remanet, quæ resina hac hebescunt. Carbonibus inposita jucundiorem spirat odorem, quam si thus, Colophonia, floresque *Cananga* permixta essent, odor autem non ita gratus est, ut hæc sola pro suffimigio sufficeret, sed aliis miscetur odoramentis. Est autem non ita pinguis, ac nostra Colophonia, unde non ita facile ignem concipit, stridet vero ac dissilit, acsi sal esset admixtum, si carbonibus inponatur, præsertim recens si fuerit ex arboribus collecta, vel per aliquod tempus in aqua obvoluta; quæ autem diu fuit conservata vel contrita, strepitum minorem dat, igni injecta, si dentibus masticetur, stridet quoque, & in pulverem comminuitur, ita ut omnium resinarum aptissima sit, quæ in pulverem conteri possit: Ardenti soli exposita vel fervidæ infusa aquæ neutiquam mollescit, sed indurescit magis, ignis autem flammæ admota liquescit, leniter ardet, & bullas excitat, cito vero ejus ignis perit, unde facile concludi potest, magnam *Salis Volatilis* partem in hac contineri resina, quæ etiam in caussa est, resinosam ejus pinguedinem facile ignem concipere, sed ob continuos strepitus & abjectiones illum nec continere nec fovere posse.

uitgegraven werden, zyn veel zuiverder, swartachtig, donker, en met vuiligheit vermengt. Deze Dammar ook slegts met de banden gehandelt, geeft een merkelyken, en niet aangenaam reuk van haar, zeer na ons Harpuis komende, welke reuk ook lang aan de banden blyft, die ook door bet handelen van dit hers stram werden: Op koolen riekt het nog lieflyker, als of wierook, Harpuis, en Cananga bloemen door malkander gemengt waren, doch geenzints zo lieflyk, dat men daar van alleen reukwerk zoude konnen maaken, hoewel 't onder andere gemengt werd, het is verre zo vet niet als ons Harpuis, daarom 't zo licht niet het vuur ontfangt, knerst, en springt op de kolen, als of het met zout gemengt was, inzonderheid 't gene vers van de boomen komt, of een tyd lank in water gerolt heeft, maar dat men lank verwaart heeft, of gevreven is, knerst weinig op 't vuur, zo dat 't ook tusschen de tanden knerst, als men daar in byt, en bryzeld geheel en al tot stof, latende zig onder alle herssen op 't gemakkelykste tot poeder brengen. In de heete Zon of heet water gelegt, zal 't geenzints week werden, maar nog harder, aan 't vlammende vuur gehouden, smelt het nogtans, brand zagtjes, en werpt bobbelen op, maar den brand gaat terstond weder uit, waar uit men afneemen mag, dat veel Sal volatile *in dit hers woone, 't welk oorzaak is, dat de resineeze vettigheid, 't vuur wel ligt ontfangt, maar wegens 't geduurig knerssen en springen niet lang behouden kan.*

Nomen. Hujus arboris resina magis nota est, vocaturque *Dammara Selanica*: Malaice *Dammar Selan* & *Dammar Sila*, quibusdam etiam *Dammar Malejo*. Ternatensibus *Salo Garo* h. e. Dammara odorata, instar *Garo* seu *Agallochi*, nostrates illam vocant Colophoniam Indicam vel Malajensem; Amboinice *Cama Lilan* dicitur. Arbor, quæ hanc exsudat, in Boero Ternatensi vocabulo nominatur *Caju Bappa*, incolis vero *Hiny*, & ejus resina *Salo-Hiny*. In Boero parte Australi *Babut* & *Biabut*. Unde nomen *Dammaræ Selan* originem habeat, mihi nondum pro certo constat: Vide autem de hac hallucinationem supra in capite *Canarii Odoriferi* propositam, quæ tamen huic Dammaræ non respondet, quum in istis Ceramæ tractibus raro vel non occurrat.

N. B. Dammara autem est nomen Malaico-Indicum, denotatque omnem resinam, & lachrymam, quæ sponte ex quadam fluit arbore, ignique admota ardet, sicuti *Gatta* vel *Gitta* tales denotat lachrymas aquosas, quæ instar succi vel lactis ex arboribus destillant, quas Gummi vel condensatos succos vocamus, qui in aqua liquescunt, ac non facile flammam concipiunt.

Vox *Dammara* derivatur ab Arabico *Damma* sive *Dammea*, quod significat quamlibet lachrymam concretam, & ex arbore stillantem; hoc vero porro originem habet ab Hebræo *Dema*, itidem lachrymam significante, in medio autem Arabici vocabuli *Dammar* apostrophus insertus est ad indicandam litteram Ain sive Ugain, quæ Latinis litteris exprimi nequit, & duntaxat post sequentem vocalem per nares pronunciandam esse docet.

Locus. Hæc Dammara in omnibus fere occurrit magnis insulis aquosæ Indiæ, uti in Sumatra circa Jamby & Palimbang, in Borneo circa Succadanam, uti & in binis minoribus insulis Bilittona & Crimata. In Java, aliisque porro insulis Orientalibus, uti quoque in Celebe, ubi tamen non multum est nota vel obvia, copiose vero in magna Xula, ac præsertim in sinu Lickatobi, in Boero circa Lucielam veterem & Kelangam: Cerama illam quoque exhibet, sed parva quantitate, Dammara enim Selanica, quæ inde defertur, a me putatur esse supra memoratum *Canarium Odoriferum* seu *Camacoan*. Invenitur autem æque in litore, ac in altis montibus, nullibi autem in planis silvis, sed semper ad pedes montium declivos, qui juxta oras fluminum ac maris sunt siti. Hinc in Boero hæc Dammara fluctuans reperitur æque ad litus, ac in majoribus fluviis, qui in sinum Cayli excurrunt. In hujus sinus parte Orientali quædam arbores in montium adscensu ita alte eriguntur, ut coma sua in mare declinent.

Usus. Resina hæc per totam aquosam Indiam usurpatur loco Colophoniæ, ad navigia consolidanda, sed longe

Naam. *Het hers van dezen boom is meest bekent, en werd eigentlyk genaamt* Dammara Selanica. *Op Maleyts* Dammar Selan, *en* Dammar Sila, *by zommige ook* Dammar Malejo. *Op Ternataans* Salo Garo, *dat is welriekende Dammar, als* Garo *of* Agelhout, *de onze noemen 't in Maleyts of Indiaans Harpuis. Op Amboins* Cama Lilan. *Den boom, daar 't van komt, werd op Boero met een Ternataans woord genaamt* Caju Bappa, *en by de Inlanders zelver* Hiny, *en het hers* Salo Hiny. *Op Boeroos Zuid-zyde* Bahut *en* Biahut. *Waar van de naam Dammar* Selan *kome, is my nog niet te deegen bekend, behalven de gissing, die ik boven in 't kapittel van de* Canarium Odoriferum *gesteld hebbe, 't welk echter op deze Dammar niet en past, om datze in dezelve Landstreke van Ceram niet of weinig valt.*

NB. Dammar is een Maleyts Indiaans woord, en beduit allerlei Resinen, *en Traanen, die van zelfs uit eenige boomen vloeyen, en aan 't vuur gehouden branden, gelyk* Gatta *of* Gitta *alderhande waterachtige traanen beduit, die als een zap of melk uit de boomen druipen, die wy Gommen of gedroogde zappen noemen, dewelke in 't water smelten, maar niet ligt branden.*

Het woord Dammara *is afkomstig van het Arabische* Damma *ofte* Damea, *het welk betekent alle zoort van barst of Gom t'zamengelopen, en uit de boomen druipende: En dit heeft weder zyn oorspronk van het Hebreeusch* Dema, *mede een barst betekenende, in het midden van het Arabische woord* Dammar, *is een Apostrophus ingevoegt om te beduiden de letter* Ain *ofte* Ugain, *welke in geen Latynsche letter uitgedrukt kan werden, en alleen na een volgende vocaal als door de neus uitgesproken werd.*

Plaats. *Men vind deze Dammar schier in alle groote Eilanden van Water-Indiën, als op Sumatra, omtrent Jamby en Palimbang, op Borneo omtrent Succadana, als mede op de twee kleinder Eilanden, Bellitton en Crimata. Op Java en verdere Oostelyke Eilanden, als mede Celebes isze niet veel bekent, maar weder overvloedig op groot Xula, inzonderheid in de bogt van Lickatobi op Boero omtrent oud Luciela en Kelang. Ceram heeftze ook, doch weinig, want de Dammar* Selan *van daar komende houd ik voor 't bovenstaande* Canarium Odoriferum *of* Camacoan. *Zy wast wel zo langs de strand, als 't hooge gebergte, doch nieuwers in vlakke bosschen, maar altyd aan 't hangen der bergen, die langs de oevers staan, zo van de Zee, als groote Rivieren. Daarom vind men op Boero deze Dammar niet alleen op strand, maar ook in groote Rivieren dryven, die in de bogt van Cayeli uitkomen. Aan de Oost-zyde van dezelve bogt staan zommige boomen zo styl aan de bergen, datze met haar kruin over de Zee hangen.*

Gebruik. *Dezen hers werd door gans Water-Indiën gebruikt, in plaats van Harpuis, om de vaartuigen te pikken*

longe alio modo ac apud nos fit, hæc enim Dammara supra ignem sola liquefieri nequit, uti Colophonia vel pix, unde cum oleo Calappi, nec sine labore liquefit, e contra Maleyenses alium adhibent modum, hanc enim contundunt Dammaram in tenuem pulverem, vel solam vel aquæ mixtam, quam dein leniter effundunt, hanc autem pastam cum Calappi lympha miscent, vel sensim cum ejus oleo, ac tantum parvis dosibus, quas in sartaginibus magna conterunt vi, ac baculis commiscent & elaborant, donec fit pasta adeo lenta & mollis, ac pasta Crustaciorum, hic enim pulvis cum Calappi lympha & Oleo sese commiscet, reliquamque massam a superflua separat aqua, si sit admixta: Hæc dein massa in longa & angusta ducitur filamenta, quæ navigiorum suturis infiguntur ope vitri vel operis porcellani, cui pasta ista non adhæret, quibus tam firmiter jungitur & inhæret, ac alia quævis Colophonia, quæ in aqua marina magis etiam indurescit. Ut restans porro navium lignum obliniatur, adhibent Maleyenses loco picis aliam pultem, quæ ex Calce & Oleo Ricini componitur, quodque in hisce Orientalibus insulis cum supra memorata Dammara-Itam perficitur. Si hanc pastam nigram desiderent, ipsi admiscent carbonum pulverem, ex vetustis Rottangæ filis combustum, hujus autem pastæ non major præparanda est quantitas, quam quæ usui necessaria est, quum adeo indurescat, ut postea tractari nequeat.

Simplex porro hæc resina facibus, quæ in vulgari sunt usu, quoque inserviunt, quæ artificiali præparantur modo, ac magna copia in Bataviam venales transmittuntur ex Bantama, Siama, aliisque Maleyensibus locis, sequenti autem conficiuntur modo; Dammara Selanica in tenuem contunditur pulverem, qui miscetur cum tertia nigræ terræ vel cineris parte, siccaque Pinangæ masticatione, vel Oryzæ paleis, quæ simul cum aqua in pastam commiscentur, quæ obvolvitur siccatis Calappi vel Pinangæ arboris surculis, vel siccis Lontari vel Gomuto foliis in formam facis, pedem circiter longæ, quæ externe calce obducitur; hæc fax superiore accenditur parte, inque manu per plateam circumfertur, facile flammam concipit, sed non bene fortioribus resistit ventis, at gratum spirat odorem, novitianis vero atque inadsuetis gravem. Boeronenses non tanti faciunt hanc resinam, quam cum nigra tantum contundunt terra, obvolvuntque foliis Gomuto vel similium arborum. Quam diu autem aliam conquirere possunt Dammaram, hanc non adhibebunt, ob stridorem, scintillarumque projectionem, quæ cutim tangentes vehementer urunt, licet stridor iste prohibeatur admista terra, aliisque sordibus additis, uti in Batavicis id conspicitur facibus. Xulanenses hanc ob caussam non adhibent illam, quum sufficienti quantitate aliam conquirere possint: Macassarenses optima ejus eligunt fragmenta Succino proxime accedentia, quæ Dupæ admiscent, quæ pro vulgo componitur, ad odorem ejus augendum, regiam vero Dupam non ingreditur.

Quum nostra natio sæpe non adeo munita sit paterna sua Colophonia, hanc sæpe Dammaram ejus loco adhibent, vel saltem cum ipsa commiscent, sumuntque ad triginta Dammaræ pondo decem Colophoniæ libras, & ultra heminam Olei Calappi, quæ simul liquescunt, hisque naves obliniunt.

Masculæ arbores, quum sint rectissimæ ac solidæ, optimum præbent lignum ad asseres secandos, uti aliter fit ex ligno *Tsjcki*, sunt autem hi gravissimi, ita ut a plebe pro Syderoxylo habeantur; Asseres hi densi secantur & navium exstructioni adhibentur, compertum vero est, facile teredines concipere, quod incolæ adscribunt ignorantiæ nostrorum lignariorum, qui illud adhibent lignum, quum recens adhuc sit, multoque salaci succo refertum: Fructus avide ab apris & animalibus, *Coescoesen* dictis, expetuntur & comeduntur, præsertim vero observarunt venatores nostrates, mirum aprum *Babi-Russa* dictum, qui in Boero & Xulæ insulis occurrit, lubenter sub hisce latere arboribus, non tantum fructus circumrodentem, sed anterioribus quoque pedibus sese ad arborem erigentem, qui ita contra illas sese adfricat, acsi Dammaræ odore delectaretur, unde & plurimum sub hisce capitur arboribus.

ken, doch heel op een ander manier, als wy met ons harpuis doen, want deze Dammar laat zig over 't vuur alleen niet smelten, gelyk Harpuis of pik: Dierhalven het met Calappus-Oly, en dat nog niet zonder moeite gesmolten moet werden, daar en tegen gebruiken de Maleyers een ander manier, want zy stampen deze Dammar klein, of alleen, of met water, 't welk zy daar na zoetjes afgieten, den deeg mengenze met Calappus melk, of Oly allenkskens, en met kleine partyen, in groote bakken sterkelyk vryvende, en met stokken door malkander arbeidende, dat het zo leenig werd als een Pastei-bakkers deeg, want dit poeder vermengt zig met de Calappus-melk, of Oly, en scheid de massa van 't resteerende water, dat'er nog onder mogte zyn. Deze massa werd daar naar in lange smalle riemen geklopt ofte getrokken, die men op de voegen van de vaartuigen leid, en daar tegen aanplakt met een stuk porcelyn, ofte iets glads, daar de deeg niet aan vatten kan, zo breed als men wil, daar 't zo vast aankleeft als eenig Harpuis, het welk in Zee-water hoe langer hoe harder werd: Om nu 't resteerende hout aan vaartuigen te besmeeren, gebruiken de Maleyers in plaats van teer een anderen bry, die zy van kalk en Oleum Ricini *maken, 't welk zy in deze Oosterze Eilanden met de bovenstaande Dammar-Itam verrigten. Alsze deze deeg swart willen hebben, doenze daar onder 't poeder van kolen, uit oude versleetene Rottang-touwen gebrant, van deezen deeg moet men niet meer maken, als men teffens gedenkt te gebruiken, om dat hy zo hard werd, dat men hem daar na niet handelen kan.*

Voorts werd het enkele hers tot branden gebruikt, en alle de gemeene toortzen daar van gemaakt, dewelke konstig toebereid, in meenigte op Batavia te koop komen van Bantam, Siam, en andere Maleytze plaatzen, zy werden aldus gemaakt: men stampt den Dammar Selan *tot poeder, en mengtze met een derde swarte stof-aarde of assch, en drooge Pinang-kaauzel, of rys-kaf t'zamen met water tot een deeg, die men wind in gedroogde scheutjes van Calappus of Pinang-boomen, drooge bladeren van Lontar of Gomuto, tot de gedaante van een toortze, omtrent een voet lank, werdende van buiten met kalk bestreeken, deze toortzen steekt men boven aan, en draagtze in de handt over straat, zy branden ligt, maar konnen tegen geen harde wind; Zy rieken lieffelyk, doch voor nieuwelingen en ongewoone zynze nog beswaarlyk. De Boeroneezen maken daar van zo veel werks niet, maar stootenze met swarte aarde, en binden deze in bladeren van Gomuto of diergelyke. Zo lange zy evenwel andere Dammar konnen krygen, zullenze deze niet gebruiken, wegens 't knerssen en springen der vonken, die op de huid rakende fel branden, hoewel dit knerzen gebrooken werd met de aarde, en andere ruigte, die daar onder komt, gelyk men aan de Batavische toortzen ziet. De Xulaneezen gebruikenze om die oorzake gants niet, om datze genoegzaam met andere voorzien zyn. De Macassaren kiezen de mooiste stukjes uit, die den Bern-steen best gelyken, dieze onder de Dupa mengen, dewelke ze voor den gemeenen man maken, om den reuk te versterken, maar by de Koninklyke Dupa heeftze geen plaats.*

Dewyl onze Natie zomtyds van 't Vaderlandsche Harpuis zo niet verzien is, zo moetenze deze Dammar in deszelfs plaats gebruiken, of immers 't zelve daar mede verlengen, nemende tot dertig pond Dammar, tien pond Harpuis, en ruim een kan Calappus-Oly, datze t'zamen laten smelten, en daar mede de Scheepen kalefateren.

De boomen van 't Manneken, om datze zeer digt en regt werden, zyn bequaam om planken daar van te zagen, gelyk men anders met Tsicki-*hout doet, doch zy zyn zeer swaar, zo datze van 't onervaren volk voor Yser-hout werden aangezien. Zy werden dik gezaagt, en tot den Scheep-bouw gebruikt, doch men heeft ervaren, datter de worm ligt in komt, het welk de Inlanders toeschryven de onervarentheid van onze Timmer-lieden, dewelke dit hout gebruiken, dewyl het nog vers, en vol geilen zap is. De vruchten werden greetig van de wilde Verkens, en Coescoezen gezogt en gegeten, inzonderheid hebben onze Jagers ervaren, dat het wonderlyk Swyn op Coero, en in de Xulas vallende, zig geern onder deze boomen ophoud, niet alleen de vruchten opknappende, maar ook met de voorste beenen tegen den boom opgeregt staande, en zig daar tegen strykende, als of 't vermaak in den reuk van die Dammar hadde, dies zy ook meest daar onder gevangen werden.*

Peculiare est, quod hoc lignum tam copiosam suppeditet resinam, & foco inutile sit, anno enim 1666 nautæ nostrates navem hoc ligno onustam adducebant ad arcem pro foco, quod in Boero & Kelanga circa litora cæciderant, putantes esse arbores Mangi Mangi, coqui autem hocce detestabantur lignum, quum ignem nec conciperet nec foveret, sed strepitum tantum in igne moveret, hoc enim lignum, uti supra dictum est, plurimas continet venas Dammara pellucida refertas, quas dein ex putrefactis stipitibus, instar venarum glacialium eruimus.

Alphorenses in Boero ejus crassum contundunt corticem, quem prius exsiccant, ac dein conservant ad ignem fovendum, cum quo ferrum cudunt, sed tantum pro cultris, parvisque cuneis formandis. Idem hic siccatus cortex ac minutim cæsus Dammaræ quoque admiscetur, quæ facibus componendis inservit: Resina hæc tanta in Bataviam adfertur copia, ut Pickol, quod centum & viginti quinque continet libras Hollandicas, ematur pro uno binisve inperialibus, sique carum sit, pro tribus.

Juniores hujus arbusculas ex Boero deduci curavi, quas in Amboina plantavi, quarum una in altam excrescebat arborem, sed anno decimo sexto nullos produxerat hactenus flores fructusve, neque ejus truncus, qui viri crassitiem habebat, ullam exsudaverat Dammaram, unde cognoscebam, hanc esse marem; Eodem autem anno flores ac fructus producere incipiebat. In Sumatræ ora Orientali prope Jamby & Palumbang, in litoribus variæ Dammaræ exstillant partes, quæ Dammaræ Kretje vocantur, quæ contunduntur, facibusque inserviunt.

Voces Dammara *Maleyo*, & Dammara *Batu*, quarum prima descriptæ Dammaræ Selanicæ, altera vulgari nostræ Amboinensi Dammaræ a nobis adtribuitur, alia a Maleyensibus usurpantur significatione circa Malaccam & Patanam; per Dammaram Maleyo enim intelligunt præparatas faces, quas in istis regionibus componunt ex quodam Oleo *Minjac Dammar* seu *Minjac Caju* ipsis dicto, nam post Patanam in montibus feri habitant populi *Bata* seu *Alphorenses* dicti, hi deducunt *Minjac Dammaram*, colliguntque illam ex arbore *Collulut*, quod semper est tenue, album, pellucidum, bonum spirans odorem, quod in ollulis ac vasculis conservant, de quo ulterius vide in *Auctuario nostro*. Ex hoc componitur *Dammara Maleyo*, sumitur enim certa hujus Olei portio, quæ cum *Caju Gelamæ* cortice contuso & conscisso miscetur, vel cum illo *Caju Puti*, dein cortex vel germina *Nibun* sumuntur, quæ fortiter inpinguntur in præparatum istud oleum ope baculi, dein instar lapidis indurescit, ex qua Massa dein formantur faces: Per *Dammaram Batu* autem intelligunt *Dammaram* istam *Selanicam*, quæ in istis quoque obvia est montibus, magnaque ejus frusta in silvis inveniuntur, raro enim illa colligitur, quum ob strepitum vix adhibeatur ad suffimigia, nisi a plebe, quæ illam contundit, commiscetque cum palea Padi, ac memorata Palepa, seu cortice ramorum Nibun, quam liquefaciunt carbone ignito.

Minjac Cawan aliud est oleum ex fructibus ignotæ arboris expressum, crassitie & substantia sebi albi, quod in arundine Bambu dicta venale adfertur, in quam, quum tenue ac fluidum sit, effunditur.

Arbor autem ista vocatur *Caju Cawan*, ac copiose crescit tam in Java, quam in regionibus Maleyensibus, ita ut vilis sit pretii.

Vulgus hoc oleum adhibet loco Olei Canarini, cum quo pisces fricant, quo & contra aphthas infantum utuntur cum pauca Allii quantitate liquefacto, inque tenue unguentum præparato.

De hac arbore ulterius vide in *Auctuario meo*; quæ ibi *capite* 26. sub *Dammara Leucomelæna*, quantum mihi videtur, sequenti describitur modo.

Hæc arbor truncum habet erectum & altum, glabro & cinereo oductum cortice: Ejus rami plurimis constant incurvis & nodosis rachidibus, quæ folia gerunt opposita, ad quorum ortum genicula quoque apparent: Folia hæc optime referunt Canarii folia, sed paulo sunt minora, rachides vero ad suum ortum squammosa illa non gerunt foliola, quæ in Canarii genere observantur.

Fructus

Het is vreemd aan dit hout, dat het zo overvloedigen hers van zig geeft, en tot branden zo weinig deugt, want Ao. 1666. *bragten onze Scheeps-lieden een lading brand-hout, van dit hout aan 't Kasteel, 't welk zy op Boero en Kelang omtrent de stranden gekapt hadden, meenende dat het Mangi Mangi-boomen waaren, maar de Koks vervloekten dit hout, om dat 't niet branden wilde, en in 't vuur lag te knerssen, want dit hout, als gezegt, heeft veele aderen vol klaren Dammar, die wy namaals uit de verrotte blokken, als ystakken uitgehaalt hebben.*

De Alphoereezen op Boero kloppen dezen dikken bast eerst wat, droogen, en bewaren hem om vuur mede te stoken, waar hyze haar yser smeeden, doch alleen tot messen en kleine byltjes. Dezelfste gedroogde, en kleine gekapte bast werd ook onder de Dammar gemengt, als men toortzen daar van maken wil. Men brengt dit hers in zulke meenigte op Batavia, dat men den Picol van 125. *Hollandze ponden koopt voor een of twee Ryksdaalders, en als 't duur is, voor drie Ryksdaalders.*

Ik heb de jonge boompjes ook van Boero laten brengen, en op Amboina geplant, waar van de eene wel tot een hogen boom opschoot, maar in 't 16. *jaar nog geen bloemen of vruchten had, noch den stam (zynde een man dik) de minste Dammar uitgaf, waar aan ik bemerkte, dat het een Manneken was. Doch in 't zelfde jaar begon hy eerst zyn bloeizel en vruchten te geven. Op de stranden van Sumatras Oost-kust, by Jamby en Palumbang werden uitgedreeven verscheide brokken van eenig Dammar, dieze Dammar* Cretje *noemen, dieze al te zamen stooten, en tot branden gebruiken.*

De woorden Dammar Maleyo, *en Dammar* Batu, *waar van wy 't eerste de voorschreeven Dammar* Selan *toegepast hebben, en het tweede aan onze gemeene Amboinsche Dammar geven zullen, gebruiken de Maleyers omtrent Malacca en Patana wat anders, want door Dammar Maleyo verstaanse de toegemaakte toortzen, dieze in die Landen toebereyden uit een zeeker Oly* Minjac Dammar *of* Minjac Caju *genaamt, want achter Patane in 't gebergte woonen de wilde volkeren* Bata *of* Alphoereesen, *deze brengen af het* Minjac Dammar *van den boom* Collulut, *blyvende altyd dun, wit, klaar, welriekend, in tonnetjes en potten verwaard: waar van ziet uitvoerlyker in 't* Auctuarium. *Hier uit maakt men de Dammar* Maleyo, *men neemt den Oly, mengtze met de gekapte schorsse van* Caju Gelam, *of* Caju Puti, *neemt daar na de schorsse of schuitjes van* Nibum, *stampt het daar in digt met houten, zo werd het zo hard als een steen; en maakt als dan toortzen hier van; daar en tegen door Dammar* Batu *verstaanze de voorschreeve* Selan, *dewelke in 't voornoemde gebergte ook valt, en met groote stukken in 't Bosch blyft leggen, om dat menze tot het branden wegens haar knerzen weinig gebruikt, behalven by slegte lieden, dezelve stootende en vermengende met kaf van Padi, en de voornoemde* Palepa *of schorsse der takken van* Nibum, *en met een kool vuur smeltende.*

Minjac Cawan *is een ander Oly uit de vruchten van een onbekende boom geperst, in de dikte en substantie van witten ongel, 't welk men in Bamboezen te koop brengt, waar in 't nog dun zynde gegooten werd.*

De boom hiet ook Caju Cawan, *en wast overvloedig zo op Java, als in de Maleytse Landen, zo dat het goed koop is.*

De slegtste lieden gebruiken het in plaats van Canary, om vis daar in te bakken, als mede tegens de sprouw der kinderen, met een weinig Ajuin gesmolten, en tot een dunne zalve gemaakt.

Van dezen boom ziet breeder in myn Auctuarium: *dewelke aldaar in het* 26. Hoofdstuk *onder* Dammara Leucomelæna, *zo 't my voorkomt, op de volgende wyze beschreeven werd.*

Deze gewint een regt hooge stam, met een evene en witachtige schorsse bekleed; De takken hebben veele kromme en knoestige ryskens, daar aan de bladeren regt tegens malkanderen staan, ook met eenige knietjes aan haare ryskens. De bladeren gelyken zeer wel na de Canary-bladeren of wat kleinder, maar de ryskens by haaren oorspronk hebben de gebaarde blaadjes niet gelyk andere Canaris.

De

Fructus in brevibus producit racemis arcte conjunctis, ex ramis immo ex foliorum rachidibus ortum ducentibus; Hi autem parvos referunt Canarios, sed non constant putamine duro, sed sub molli cortice dura reconditur ac sicca medulla, in bina utcunque segmenta divisibilis, quidam autem fructus in quatuor oblongas partes dividi possunt, suntque amari, austeri, & saporis ingrati.

Ex trunco exstillat flavescens ac molle gummi, quod nunquam siccum exsiccatur: Raro occurrit, sed plurimum invenitur in Oma, vocaturque ab incolis *Kamal Metten Polti*, h. e. ex albo nigricans Dammara, atque inde mihi denominatur *Dammara Leucomelæna*. Ejus lignum adhibetur ad ædes exstruendas.

Tabula Quinquagesima Sexta

Ramum exhibet *Dammaræ Selanicæ*, quæ *Dammar Selan* incolis dicitur.

OBSERVATIO.

Dammara hæc *Selanica* a *Valent.* in *Amboinæ descript. p.* 211. exaratur, & in *Tabula* sub *No.* XXXVIII. delineatur.

De vruchten komen voort aan korte trossen digt achter malkander, uit de takken zelfs tussen de ryskens der bladeren. Zy gelyken kleine Canaris, doch hebben geen harde schaal, maar onder een weeke schelle legt een hard droog merg, meerendeels in tweeen deelbaar, doch sommige zyn ook in vier lankwerpige stukken gedeelt, bitterachtig, wrang, en onlieflyk.

Uit den stam loopt een geelachtig week Gom, nooit hard opdroogende: Men vind hem zelden, en meest op Oma, *en werd by de Inlanders genaamt* Kamal Metten Poeti, *dat is, wit-swarte Dammar, en daarom by my* Dammara Leucomelæna. *Het hout is gebruikelyk tot den huisbouw.*

De zes-en-vyftigste Plaat

Vertoont een Tak van de *Dammara Selanica*, ofte de *Dammar Selan*, zo als ze by de Inlanders genaamt wert.

AANMERKINGE.

De *Dammar Selan-Boom* wert by *Valent. p.* 211. mede beschreven, en op de *Plaat* onder *No.* XXXVIII. verbeeldt.

CAPUT NONUM.

Resina Carneola: Ramack Daging, & Mor.

HÆc resina adeo similis est *Dammaræ Selanicæ*, ut diu hanc pro ejus optimis frustis habuerim, vel saltem ex hac per artem humanam præparatam, ex externa enim partium fabrica quis judicaret, in vas aliquod has fuisse infusas. Plurimum vero sunt segmenta plana, parum sinuosa, digitum crassa, binos longa pollices, ejusdem utcunque crassitiei, externe albicantia, acsi mucaginosa essent, plurimis distincta striis, ac rugis, intus clara, pura, & fere pellucida, instar succini flavi, vel lapidis Carneool, quem vulgus rubram vocat Gagatam.

Odor, quem carbonibus inposita spirat, similis est *Dammaræ Selanicæ*, sed debilior & gratior, aliquid peculiare præ se ferens. Ulteriore autem indagine comperi, nihil aliud esse, nisi vetustam & per naturam depuratam *Dammaram Selanicam*, non ex ipsa arbore productam, sed profluentem ex fissuris scopulorum, instar *Colophoniæ mineralis*, unde & planam dicunt adquisivisse formam, quum inter saxa tali modo fit figurata. Raro autem invenitur, unde & carissima est, ac plurimi Maleyenses mercatores ipsius ignorant ortum, ita ut plurimos locutus fuerim, qui mecum putabant, artificialem esse *Dammaram Selanicam*, ex pinguissimis ejus frustis liquefactione ac depuratione ita præparatam, uti apud nos Colophonia conficitur.

Nomen. Latine *Resina Carneola.* Malaice *Ramak Daging* & *Dermack*, seu *Dormack Daging*, ex carneo ejus colore, quibusdam etiam dicitur *Lemmack Daging.*

Locus. Non novi alio occurrere in loco, nisi in insula *Crimata*, quæ scopulosa admodum est, ubi saxa sibi invicem sunt inposita instar magnarum cistarum, ubi plurimæ etiam crescunt arbores *Dammaram Selanicam* fundentes, uti & in declivibus collibus juxta litus plurimæ ferratæ lapides: Maleyenses perhibent, ubique in sua terra reperiri, ubi *Dammaræ Selanicæ* arbores occurrunt, ad illarum radices inter scopulos.

Usus. Resina hæc ad flammas vel suffimigia non adhibetur, sed ad artem tantum Medicam a muliercuculis, quæ cum aliis simplicibus celebrem ipsarum potum *Djudjambu* ingreditur, qui propinatur puellis & puerperis reconvalescentibus: Portugalli illa utuntur tamquam thure in templis suis ad suffimigium, ut & ad infantum fascias & incunabula contra inpurum aërem ejus suffitu depuranda.

In eadem quoque insula *Crimata* ex declinantibus scopulis in litore exsudans invenitur molle gummi forma

IX. HOOFDSTUK.

Vlees-verwige Harst.

D*It hers gelykt de Dammar* Selan *zo wel, dat ik het langen tyd voor de beste stukken daar van gehouden hebbe, of immers door menschen banden daar uit gemaakt; want uit de uiterlyke gedaante der stukken zoude men oordeelen, datze in eenig vat gegooten waren. Het zyn meest platte stukken of wat bochtig, een vinger dik, en een paar duimen lank, meest van eenparige dikte, van buiten witachtig, als beschimmelt, en vol streepen ofte plooyen, van binnen klaar, zuiver, en bykans doorschynend als rossen Bern-steen, of den steen* Carneool, *die den gemeenen Man roode Agaat noemd.*

De reuk op koolen is als van Dammar Selan, *doch slapper en lieflyker, ook wat byzonders hebbende. Nu by nader onderzoek heb ik verstaan, dat het anders niet is, dan een oud en van naturen gerafineerd Dammar* Selan, *doch niet aan of uit deszelfs boomen voortkomende, maar werd gevonden in de scheure der Steen-rotzen; als een* Colophonia Mineralis, *en daar van zeggenze, zalze haar platte figuuren hebben, als zynde tussen de steenen geformeerd. Men vind het zeer weinig, dierhalven het ook duur is, en de meeste Maleytse Koopliedem weten zyn oorsprong niet, zo dat ik 'er veele gevonden hebbe, die met my meenden, dat het een* Artificiele *Dammar* Selan *zy, van deszelfe vetste stukken door smelten en rafineeren aldus gemaakt, gelyk men by ons de* Colophonia *prepareerd.*

Naam. *In 't Latyn* Resina Carneola. *Op Maleyts* Ramak Daging *en* Dermack. *of* Dormack Daging, *alles van de vleeschverwige coleuren, by zommige ook* Lemmack Daging.

Plaats. *My is niet bekend, dat het elders valt dan op 't Eiland* Crimata, *het welk zeer klippig is, en daar de steenen op malkander leggen, als groote kisten, alwaar ook veel Dammar* Selan *boomen wasschen, als mede in de lage heuveltjes langs de strand veel yser-steenen, De Maleyers zeggen, dat het over al in hare Landen valle, daar Dammar* Selan*-boomen staan, by derzelver wortelen in de klippen.*

Gebruk. *Deze* Resina *werd tot branden of wierooken niet gebruikt, maar alleen tot de Medicyne by de vrouwtjes, dieze met andere droogeryen onder hare vermaarden drank* Djudjambu *mengen, dewelke zy de jonge dochters en Vrouwen, die uit het kraam-bedde wederom opstaan, ingeven. De Portugeezen gebruiken het tot wierook in de Kerken, tot reukwerk, en om de luiren der kinderen te berooken tegens de quade-lugt.*

Nog vind men op 't zelfde Eiland Crimata *uit de overhangende klippen op strand uitsweeten een weeke Gom,* in

forma Myrrhæ, sed inpurum magis, semperque mollem obtinens substantiam, nec unquam indurescens, ex quo obscure fuscæ præparantur placentulæ instar denarii minoris: Hæ inpurum referunt mel cum quadam re condensatum, sed non viscidítate adhærent, saporis fatui & fere insipidi, aliquando parum salsi. Si masticetur, arenosum apparet, quod fit, quum ex scopulis colligatur: Rarissime hoc gummi reperitur, unde & carius est *Ramack Daging*: Maleyenses illud vocant *Mor* seu *Umor Daging*, quod denotat aliquid, quod carnem conservat, vel aliquid, quod forma carnis semper sese offert.

Usus. A mulierculis adhibetur uti præcedens resina ad potum nempe *Djudjambu*, & magis interne, quam *Ramack Daging*: Hic loci inserere illud debui, licet minerale videatur, quod ad plantas non pertinet, sed quum utraque cum Dammara Selanica magnam habeant convenientiam, simulque vendantur in eosdem usus, hic convenienti locari poterant modo.

De ejus ortu jam non agam, sed quidam hanc denotant differentiam, dicentes, *Mor* seu *Umor Daging* ita dictum fuisse, quum ingestum sese cum carne nostrisque venis assimilet, hasque in prospera conservet valetudine, *Dormac* vero *Daging* ulterius penetrare, in ipsam nempe nostrorum ossium medullam. Commiscent vulgo utrumque, infantibusque propinant, uti dicunt, ad salubrem solidamque ipsorum carnem constituendam.

Si propinetur cum *Padma*, qui est fructus niger & squammosus, & *Djudjambu* potui incoctus, mulierculas reddit post partum *Rapat* i. e. coarctatas, naturam exsiccans, licet etiam exhibeatur puellis.

in de gedaante van Myrre, doch vuilder, en altyd week blyvende, en niet hard werdende, waar van men donker-bruine koekjes maakt, in de grootte van een kleine schelling; Zy gelyken ook vuilen honing, die met iets dik gemaakt is, doch gants niet kleverig, aan smaak smets, en bykans onsmakelyk, en zomtyds wat siltig. In 't kaauwen werd men ook eenige zandigheid gewaar, dewyl het van de klippen afgenomen werd. Men vind 't ook zeer weinig, en is nog duurder dan 't Ramack Daging. *De Maleyers noemen 't* Mor *of* Umor Daging, *'t welk wil zeggen, of iets, dat het vlees langduurig maakt, of iets, dat altyd in de gedaante van vleesch blyft.*

Gebruik. *Het werd van de Vrouwtjes gebruikt als van 't voorgaande, onder de* Djudjambu, *doch meer binnens lyfs dan de* Ramack Daging, *ik heb 't alhier moeten zetten, hoewel 't schynt een mineraal te zyn, het welk onder de planten niet en hoord, en dat om datze beide met de Dammar* Selan *groote gemeenschap hebben, te zamen verkogt, en tot eenderlei einde gebruikt werden.*

Immers zynen oorspronk uitgesteld; zo maaken ook andere dezen onderscheid, dat het Mor *of* Umor Daging *alzo genaamt zy, om dat het ingenomen zynde, zig met ons vleesch en aderen vermengt, en dezelve in een gezonde dipositie behoudt, maar* Dormac Daging *dringt dieper in tot in 't merg der beenderen van ons lyf. Zy mengenze gemeenelyk t'zamen, en gevenze de kinderen in, zo ze zeggen, om een gezond en hard vleesch te maken.*

Met Padma *een swarte schilferige vrucht, en* Djudjambu *gedronken, maakt de Vrouwtjes* Rapat, *dat is gesloten na 't baren, en de natuur opdroogende, hoewelze het ook de jonge Dochters ingeven.*

CAPUT DECIMUM.

Dammara alba. Dammar Puti; seu Dammar Batu.

HÆc secunda usitatissima & vulgatissima hisce in regionibus est resina: Ejus arbor omnium fere altissima & maxima est; trunco erecto & rotundo altam Abietem vel Cedrum referens, qui nunquam sinuosus est, vel ullis constat ramis, nisi in summo vertice, ubi respectu trunci parva tantum conspicitur coma.

Ejus cortex est glaber, ex russo & cinereo mixtus colore, forma sua ab aliis facile hæc distinguitur silvestribus arboribus: Ejus vulgaris crassities est octo vel decem pedum in diametro, inferiorque trunci pars magnis constat nodis instar capitis, ex quibus tamquam ex mammis profluit ejus Dammara.

Ejus mas & femina occurrit, trunco ac foliatura parum differens, unde simul has describemus arbores, illarumque differentiam in fructibus notabimus.

Foliorum rachides sunt rectæ, lentæ, & virides, & cruciatim fere in ramis locantur, rotundæ, in anteriore parte striatæ: Hisce folia insident utcunque opposita, exceptis junioribus surculis, in quibus alternata sæpe locantur.

Sunt autem angusta, ab utraque acuminata parte, in junioribus vero arboribus longiora, magisque acuminata, quatuor nempe vel quinque pollices longa, ultra digitum lata, Salicinis foliis simillima, sed non serrata, in senioribus autem arboribus tres vel tres cum dimidio pollices longa, vix digitum lata, obtuse acuminata, unde & hæc Oleæ folia æmulantur.

Nullum gerunt nervum intermedium, sed ibi parum sunt excavata instar canalis, suntque porro scabra, glabra, ac per longitudinem tenuissimis ac vix notabilibus venulis pertexta, glauca, primo autem propullulantia ac tenera foliola pallide virent, vetusta vero folia ad oras retroflectuntur, acsi ab inferiore parte cymbam formarent. Adeo brevibus insident petiolis, ut sessilia fere sint, sed ibi parum intorta sunt, unde hæc folia non recto locantur ordine, sed obliquam efformant crucem. In surculis foliorum rachides nunc oppositæ, nunc alternatæ progerminant, inque iis a tribus ad sex foliorum paria excrescunt: Con-

X. HOOFTSTUK.

De Dammar Batu-Boom.

D*It is de tweede gebruikelykste en de gemeenste hers in deze quartieren: Den boom is eene van de hoogste en grootste, met een regte ronde stam, een hooge mast of Ceder-boom verbeeldende, nooit bochtig, en zonder takken tot boven toe, alwaar by na proportie van den stam een kleine kruin heeft.*

De schorsse is effen, uit den licht-rossen en graauwen gemengt, en aan zyne gedaante onder andere Wout-boomen van verre ligt te kennen. Zyn ordinaris dikte is acht a tien voeten in de ronte, en de onderste stam is bezet met groote knoesten als koppen, daar de Dammar als uit mammen loopt.

Hy is Manneken en Wyfken, aan stam en bladeren weinig van malkanderen verschillende, daarom zullen wyze onder malkander beschryven, en het verschil alleenlyk in de vruchten aanwyzen.

De ryskens zyn regt, taai, en groen, en staan bykans in kruis om de takken regt-rond, na vooren wat gestreept. Aan dezelve staan de bladeren meest regt tegen malkanderen, behalven aan de jonge telgen, daar aan zommige verwisselt staan.

Zy zyn smal, achter en vooren toegespitst, aan de jonge boomen vooren spitzer en langer, te weten, vier en vyf duimen lank, ruim een vinger breed, de willige bladeren gelyk, doch zonder kerven, aan de oude boomen drie en drie en een half duimen lank, schaars een vinger breed, en met een stompe spits, dierhalven de Olyf-bladeren gelyk.

Zy hebben geen middel-zenuwe, maar zyn aldaar wat hol, gelyk een geut, voorts styf, glad, in de lengte met subtile en pas kennelyke adertjes doorreegen, booghof Zee-groen, doch de eerste uitkomende welke blaadjes bleek-groen, ook krommen aan de oude bladeren de kanten wat nederwaarts, als ofze van onderen een schuitje wilden maken. Zy hebben zo korte voetjes, dat zy schier geene schynen te hebben, maar zyn aldaar wat gedraait, weshalven de bladeren niet in ryen staan, maar een schuins kruis maken: Aan de telgen staan de ryskens ook dwers en regt tegen malkander, en aan ieder van drie tot zes paren bladeren; gevreeven zynze van een hersachtigen reuk, en

Contrita hæc folia resinosum spirant odorem, talemque habent saporem, avulsa diu sunt viridia: Flores ob arborum altitudinem, quæ adscensum negant, ignoti sunt, nec sub arboribus umquam inveniuntur decidui, unde concludo, fructuum germina mox propullulare sine natabilibus floribus, quum vero ex fructibus optima inter marem & feminam detegatur differentia, separatim utrosque describam fructus.

Primo itaque feminæ fructus, qui vulgatissimi & maxime noti sunt, formam habent & magnitudinem *Limonis Manis* seu Aurantii Sinensis, subrotundi nempe, superius parum compressi, coloris glauci, in simplices distincti squamas, instar Pinearum, quæ tamen sibi adhærent & adglutinatæ quasi sunt, quamdiu virides, si vero maturi sunt fructus vel avulsi, intra paucos dehiscunt dies, atque separantur hæ squamæ; quæ non crassæ sunt, sed plurimæ sibi incumbunt, interne albicantes, molles, & ab inferiore angustatæ parte, ubi fissuram patiuntur, communique pedunculo adfiguntur, refertæ seminibus amplis & planis, instar Cucumeris seminum, sed latioribus & tenuioribus, quæ squamarum speciem etiam referunt, quæ primo sunt alba, dein fusca, inque medio parum protuberant, ubi farina reconditur alba, mollis, & sicca, in qua vis seminalis latet. Fructus hi in rachidis summo solitarii vel gemini excrescunt, plurimis insidentes brevibus, crassis, & lignosis pedunculis, multis minoribus rachidibus obsessi, juniorem referentes Ananassæ fructum, quam diu nempe in squamas nondum excrevere.

Secundo; Maris fructus multum differt a præcedenti, multoque minor est, binos longus pollices vel paulo magis, digitum crassus, extremitatem referens apexabonis, ex plurimis formatus parvis & angustis squamis, quæ regulari ordine sibi invicem arcte incumbunt: Juniores hi fructus flava adspersi sunt farina, dein vero ex viridi & purpureo mixti colore, si maturescant, intense lutei vel fusci sunt. Si horum squamæ sibi adhæreant, sunt glabræ ac fere splendentes, quum autem aperiantur, non pungunt uti Pini, sed facile a communi decidunt pedunculo, ubi etiam bifidæ sunt, inque hac fissura paleaceum quidquam reperitur, quod semen mentitur, hi autem fructus plurimum inmaturi decidunt, unde hæ arbores non multum propagantur.

Ex utrisque hisce domesticis arboribus, sed præfertim ex femina, pellucida effluit resina, primo mollis & viscosa, sed intra paucos dies instar lapidis indurescens, alba atque pellucida instar Crystalli, præsertim quæ arboribus siccata adhæret, in quibus dependet instar conorum glacialium, quæ autem ex arboribus in terram destillat, nigricat, & sordibus commaculata est. Glaciales isti coni aliquando palmam lati & pedem longi sunt, striati, & ex plurimis quasi compositi loramentis, quod elegantem præbet adspectum.

Primo semi-anno, uti dictum est, resina hæc est alba & pellucida, sed dein elegantem contrahit aureum colorem instar Succini, fragilis, interne splendens instar disfracti vitri. Multo durior est præcedente *Dammara Selanica*, & frigida quodammodo inflecti vel duci potest, sed contusa friabilis est: Quæ ex mare colligitur, magis pellucida est & albicans, sed lentius exsiccatur & pauca exstillat quantitate, unde rara vel nulla fere ex hac colligitur arbore. Ut itaque hæc majori copia hanc suppeditaret resinam, inferior trunci pars inciditur magnis cultris, ex quibus vulneribus copiosior hæc effluit Dammara, unde arbor ibi magnos generat nodos, constantes ex duro & variis venis intricato ligno instar Aceris, qui instar capitum protuberant, atque in superficie sua continuo Dammara obducti sunt, plurimisque constant ramis. Incolæ etiam undique circa hujus arboris radices terram depurant, foveolasque excavant, in quibus depluentem colligunt Dammaram, ut non ita sordibus sit commaculata, ubi vero radices supra terram sese erigunt & denudatæ sunt, nodosæ sunt per incisiones, similiterque hanc exsudant resinam, quæ albo cortice ipsis quasi superducta est.

Odor recentis & mollis Dammaræ resinosus admodum est, sicca autem nullum spirat odorem; Carbonibus inposita mixtum dat odorem ex Resina Pini & Mastiche, qualis & sapor est, sed ad Canarinum accedit hic. Facile ignem suscipit, diutiusque fovet quam

en smaak, en afgebrooken hare groente lang behoudende. Het bloeizel is, wegens de hoogte der boomen, die onbeklimmelyk zyn, onbekent, en onder de boomen is het ook nooit te vinden, zo dat ik gisse, dat de schepzelen van de vruchten straks voortkomen, zonder kennelyk bloeizel. En dewyl aan de vruchten het beste onderscheid tusschen Manneken en Wyfken te kennen is, zo zal ik ieder in 't byzonder beschryven.

Eerst de vruchten van het Wyfken, als zynde de gemeenste en meest bekende, zyn in de groote en gedaante van een Lemon Manis *of Sineeze zoete-appel, te weten, rondachtig, en vooren een weinig gedrukt, ligt Spaansch-groen, en in enkelde schubben verdeelt, gelyk de pyn-appels, die echter aan malkander kleeven, zo langze groen zyn, maar aan de rype en afgebrookene openenze haar in weinige dagen, en vallen van malkander: Deze schubben zyn niet dik, en leggen veele op malkander, binnen wit, week, en achter toesmallende, alwaar ze een kloofjen hebben, en aan de middelste steel breede platte zaden, als Comcommers-zaden, doch breeder, en dunder, die men voor schubben zoude aanzien, eerst wit, daar na bruin, in de midden hebbenze een kleine buik, daar een wit, week, en droog meel in leid, waar in de zaad-kragt steekt. De vruchten staan aan 't voorste der ryskens, een of twee by malkander, omgeven met veele kleine ryskens, en op korte, dikke, en houtachtige voetjens, gelykende een jonge* Ananas, *zo lang zy niet schilferen.*

Ten tweeden; de vrucht van 't Manneken verschilt veel van de voorgaande, en is veel kleinder, twee duimen lank of wat meer, een vinger dik, gelykende een eindeken van een Soucys, van veele kleine en smalle schubben gemaakt, die ordentelyk en digt op malkander leggen. De jonge vruchten zyn met een geel meel bestrooid, daar na groen, en paars gemengt, alsze ryp zyn, donker-geel en bruinachtig. Als de schubben nog aan malkander kleven, zynze glad, en bykans glimmende, en al geopend steekenze geenzints als de pyn-appels, maar vallen mede ligt af van den middelsten steel, alwaarze mede gekloofť zyn, en daar tusschen leid ook iets kafachtigs, 't geene het zaad wil zyn, doch vallen deze vruchten meest onryp af, en daarom vermenigvuldigen hun deze boomen niet veel.

Uit beide deze stammen, doch voornamentlyk uit het Wyfken, vloeid een helder hers, eerst week en kleverig, maar in weinig dagen steen-hard werdende, wit en doorschynende als kristal, inzonderheid het geene aan de boomen opdroogt, alwaar men het ziet hangen, als yskegels, maar het geene van de boomen afdruipt op de gront, is swartachtig, en met vuiligheid gemengt. De voornoemde ys-takken zyn zomtyds een hand breed, en een voet lank, gestreept, en als uit veele strengen t'zamen gezet, fraai om aantezien.

In 't eerste halve jaar zynze, als gezegt, wit en doorschynend, maar verkrygen daar naar een schoone goudgeele coleur, gelyk den Bern-steen, kort afbreekende, en van binnen glimmende, als gebrooken glas. Het is veel harder als het voorgaande Dammar Selan, *laat zig kout zynde, eenigzints buigen en aftrekken, maar bryzelt geklopt of geslagen zynde. Dat van 't Manneken is klaarder en witter, droogt lankzamer op, en druipt zeer schaars uit, daaromme van dezelve geene of weinig vergadert werd. Op dat nu deze boomen rykelyker dit hers zouden uitgeven, werdenze beneeden in de stam rondom gekapt met houwmessen, uit welke quetsuuren dan rykelyk deze Dammar uitloopt, waar door de boom aldaar groote knoesten gewind, van een hart en met aderen verward hout, gelyk het Boog-hout, die als koppen uitsteeken, en buiten geduurig met Dammar bekleet, en vol takken zyn: Ook maken de Inlanders rondom de wortelen dezen boom schoon, en eenige kuiltjes, daar in ze de afdruipende Dammar vergaderen, om met minder vuiligheid vermengt te werden; daar de wortelen bloot boven de aarde leggen, zynze knoestig door het kappen, en sweet insgelyks dit hers uit, dat met een witte schorsse daar op hangt.*

De reuk in de versche en weeke Dammar is zeer hersachtig, maar in de drooge heeft men geenen. Op koolen gelegt of gebrant, heeftze een gemengde reuk van pynhers en Mastyk, gelyk ook den smack is, doch wat na de Canaris *trekkende. Zy ontfangt ligt het vuur, en houd* het

quam Dammara Selanica. Rarum & nullum fere dat ſtrepitum, ſed plurimum emittit fumum acidulum, inſolitis gravem. Uti vulgaris Dammara, quæ in foro venalis proſtat, alba ac ſemi-pellucida eſt, qualis colligitur ex nodis inferioris trunci, ita & hæc verſicolor reperitur, nunc enim ruffa eſt, nunc cornea, nunc vero nigricans, nihilominus tamen dura & ſemi-pellucida, quales ſunt magnæ glebæ & capita, quæ ex craſſioribus ramis & vetuſtiſſimis dependent arboribus, quum enim hæ arbores ob ſummam altitudinem non conſcendantur, glebæ iſtæ ibi diu ſunt pendulæ, priſtinamque perdunt ſuam albedinem, corneique ſunt coloris, hoc autem plurimum obſervatur in Dammaræ arboribus circa Way, unde comperio, colorum diſcrimen provenire ex diverſo tempore, prout glebæ diu ex arbore dependent vel decidunt, atque in terram prolapſæ fuerunt.

Anno 1688 tale fruſtum miſi ad Academiam Leidenſem, quod formam habebat capitis infantis, & paulisper ope humana tali modo formatum erat, hujus vero naſus deformis erat, prope quem rubra decurrebat ſtria, acſi ſanguis foret: Servo quoque ejus fruſtum album & ſemi-pellucidum, formam gerens veſicæ fellis ingentis bovinæ: Criſtallinos iſtos ramos quoque in Patriam tranſmiſi, ſed certus ſum nullos albo colore præditos, ſed inſtar Succini flavos ibi perveniſſe.

Arboris lignum albicat, longitudinalibus conſtans fibris inſtar Pinaſtri, putaretque aliquis lignum eſſe Cedrinum: In aſſeres ſecari poteſt, & ſatis bene poliri, inque loco ſicco ſatis durabile eſt, neutiquam vero in aqua marina, unde ad ligniarium uſum non adhibetur, præſertim quum hocce lignum difficulter ex remotis petatur montibus: Obſervavi quoque projectos ejus truncos intra paucos annos omnino putrefactos fuiſſe, inque rubram degeneratos terram, quale ſolum erat circumjectum, inque rubra iſta terra diſtincte notari poterant venæ iſtius ligni, atque inter illas plurimi pellucidi ramuli duræ Dammaræ: In hiſce putrefactis truncis hinc inde pulchra quoque reperiuntur fruſta pinguis ligni, mellei coloris, quibusdam in locis ſemi-pellucida & eleganter venoſa, quæ circa nodos trunci ac ramorum locata fuerant: Pinguia hujus ligni fruſta non putreſcunt, licet quam diutiſſime in terra projecta fuerint, ſed non ſunt majora, quam ut ex iis cultrorum manubria, vel globuli ad opus acicularum formari poſſint.

Nomen. Latine *Dammara Alba:* Malaice *Dammar Puti* & *Dammar Batu*, h. e. lapidea reſina, quum ſit duriſſima omnium Dammararum, unde proxime accedit ad *Gummi Animæ:* Ternatenſibus dicitur *Salo* ſolummodo, & *Salo Bobuda:* Amboinice *Camal*, *Camar*, & *Cama*, & circa Lariquam *Iſſe*. Javanis circa Griſeccam *Dama*, quod cum Arabica voce in antecedenti explicata capite convenit.

Locus. Nuſquam hæ arbores occurrunt, niſi in ſummis montibus & ſolitudinibus, ab hominum converſatione remotis, unde & noſtræ nationi ſunt plurimum ignotæ, ſolum amant rubrum argilloſumque, quo omnes fere Amboinenſes montes conſtant, omneſque porro excelſos locos, ita ut per regionem Hituenſem pervagantes, illas quaſi plantatas videamus ad mediam montium partem eo præciſe loco, quo terra eſt altiſſima, & ab utraque parte declivis fit. In ſummis vero & frigidis montibus non creſcunt: Mas utcunque ſolitarius invenitur aliis junctus ſilveſtribus arboribus, hujusque in lata via, quæ per iſtam Hituenſem decurrit regionem, quatuor vaſtæ & ingentes arbores prope viam locatæ ſunt, quarum omnium, quantum apparet, radices ſibi mutuo junctæ & intricatæ ſunt, binæ ſaltem harum arborum ſupra terram ita conjunctæ ſunt, ut inter illas tamquam in ſedili quis ſedere poſſit.

Femina ſemper copioſe, plurimæque ſimul creſcunt, quæ peculiarem formant ſilvam, non tamen denſam, ſed diſperſam, circa terræ quoque ſummitatem, quales in Amboina ſunt ſilveſtres montes inter Mamalo in Hitoes ora & Waya, ubi plurima invenitur Dammara, quæ in Amboina uſurpatur; occurrit porro in Hoeamohela in montibus poſt Lockin & Anin. In Batsjana vero in magna inſula *Gelolo*, ac forte in plurimis inſulis Moluccis, uti etiam in Boero, ſed non multum inde defertur hæc reſina, quum ejus ſil-

het zelve beter, dan de Dammar Selan. *Zy knerſt niet of weinig, maar geeft veel rook van haar, die na den zuuren trekt, en de ongewoone beſwaarlyk voorkomt. Gelyk nu de gemeene Dammar, die men op de markt verkoopt, wit en half doorſchynend is, diergelyke men haald uit de knoeſten van den onderſten ſtam, zo heeft men daar en tegen dezelve nog van andere coleuren, namentlyk ros, hoornverwig, en ſwartachtig, niet te min hard en half-doorſchynend, gelyk 'er zyn de groote klompen en koppen, dewelke aan de dikke takken en zeer oude boomen hangen, want dewyl deze boomen wegens haar hoogte niet beklommen werden, zo blyven de klompen aldaar lang hangen, verliezen hare eerſte witte coleur, en werden hoornverwig, doch vind men dit meeſt aan de Dammar-boomen omtrent Way, waar uit ik bemerk, dat het onderſcheid der coleuren komt, na dat de klompen lang aan den boom gehangen of afgevallen, op den grond gelegen hebben.*

Anno 1688. *heb ik zulken ſtuk na de Academie van Leyden gezonden, gefatzoeneert als een lankwerpig kinds-kop, zynde maar een weinig door menſchen hand geholpen, en de neus wat miſmaakt, waar by men een roode ſtreep zag, als of het bloet was: Ik hebbe ook een ſtukje wit en half doorſchynend, gefatzoeneerd als een groote gal-blaas van een Os. De voornoemde Criſtalyne takken heb ik ook in haar eerſte coleur na 't Vaderlandt gezonden, doch betrouw, dat daar van geene in haar witte coleur, maar Bernſteen-geel zullen overgekomen zyn.*

Het hout is wit, langdradig als vuurenhout, en men zoude meenen, dat men Ceder-hout voor hadde: 't Laat zig ook tot planken zagen, en redelyk glad werken, en op het drooge kan het een tyd lank duuren, maar in Zee-water geenzints, en daarom werd het tot timmerwerk niet meer gebruikt, te meer, alzo dit hout moeyelyk uit het verre gebergte te haalen valt. Ook heb ik bevonden, dat de omgevallene ſtammen in weinig jaren gants vergaan, en in roode aarde weder verandert waren, gelyk de gront was, daarze op ſtonden, kunnende men in dezelve roode aarde nog duidelyk beſpeuren de aderen van 't hout, en daar tuſſchen veele klaare takjes van harde Dammar. In deze verrotte ſtammen vind men ook hier en daar mooye ſtukjes vet hout, honingverwig, en op zommige plaatzen half-doorſchynend en mooi geadert, 't welk aan de knoeſten des ſtams en takken geſtaan heeft. De vette ſtukken vergaan niet, al leggenze nog zo lang in de aarde, maar zy vallen niet grooter, dan dat men kleine ſteelen, en hegten of kloſſen tot ſpelde-werken daar van maken kan.

Naam. *In 't Latyn* Dammara Alba, *in 't Maleyts* Dammar Puti en Dammar Batu, *dat is ſteen-hers, om datze de hartſte onder alle Dammar is, en daar in zeer wel met het* Gummi Animæ *overeenkomende. Op Ternaats* Salo *ſlegts, en* Salo Baboda, *op Amboins* Camal, Camar, *en* Cama. *En omtrent Larique* Iſſe. *Op Javaans omtrent Griſec* Dama, *het welk met 't Arabiſche in 't voorige kapittel geſteld overeenkomt.*

Plaats. *Men vind deze boomen nieuwers dan in 't hooge gebergte en wilderniſſen, gants van menſchen omgang afgezondert, en daarom zynze onze Natie meeſt onbekent. Zy beminnen een roode klei-grond, gelyk meeſt alle de Amboinſche bergen zyn, ende altyd de hooge plaatzen zodanig, dat men 't Land Hietu overgaande dezelve als geplant vind, halfweegen juiſt, daar 't Land op 't hoogſte is, en men te weder zyden afgaat: Doch op 't allerhoogſte en koude gebergte willenze niet waſſchen. Het Manneken ſtaat meeſt eenzaam, onder andere Wout-boomen gemengt, en daar van ziet men aan de groote Landweg, die 't voornoemde Land Hitoe overgaat, vier geweldige groote boomen digt aan de weg ſtaan, alle vier (zo men niet beter bemerken kan) met de wortelen aan malkander vaſt, immers twee daar van zyn boven de aarde aan malkanderen vaſt, dat men daar tuſſchen als in een ſtoel zitten kan.*

Het Wyfken waſt altyd veel, en met groote troepen by malkander, maakende een byzonder Boſch, niet digt, maar ydel verſpreid, meede omtrent 't hoogſte van 't land, gelyk in Amboina is 't woeſte gebergte tuſſchen Mamalo *op Hitoes-kuſt en Way, alwaar men de meeſte Dammar vind, die men in Amboina gebruikt: Voorts vind menze op Hoeamohel, in 't gebergte achter Locki en Anin: Op Batsjan, op 't groot Eiland* Gelolo, *en miſſchien in de meeſte Molucze Eilanden, als mede op Boero, doch werd niet veel afgebragt, om dat deszelfs wilde bergen niet wel*

silvestres montes vix perambulari possint. Ex quibusdam intellexi Maleyensibus in Borneo quoque occurrere hanc resinam, sed parva cum differentia, quum non ita alba ac pellucida sit ac Amboinensis.

Usus. Uti Dammara Selanica in occidentalibus aquosæ Indiæ partibus est usitatissima ad faces, sic & hæc Dammara Batu in Amboina huicque adjacentibus insulis. Melius ardet, nec tanto constat labore ejus præparatio, quanto *Dammara Selanica*, ejus enim dura frusta, qualia naturaliter sunt, sive pura sive inpura promiscue sumuntur, hæcque involvuntur foliis Gomuto vel Sagueri ad pedis longitudinem, ac trium digitorum crassitiem in forma facis, quæ etiam Dammara vulgo vocatur: Hæ autem Dammaræ in superiore parte accensæ æqualiter ardent cum pauco & sæpe nullo strepitu, sed vehementem emittunt fumum instar coronularum picearum, qui insolitis gravis & incommodus est, omnemque supellectilem atro obducit colore, ubi multum accenduntur hæ faces, ac præsertim in loco clauso. Sæpius autem sunt perforandæ, quum sæpe nimis fortiter compactæ sint, nec flammam concipiant.

Amboinenses peculiares formant ex *Gabba Gabba* sedes, quibus hanc inponunt Dammaram, quæ sæpius totæ conflagrant, quum dormiunt homines.

Ardentes guttæ, quæ instar stellularum ex hac destillant Dammara, quum per plateas circumfertur, statim suffocantur, quæ alioquin sæpius noxas caussarent, si vero alicujus tangant cutim, quod servis sæpe accidit, qui illam gerunt, vehementer urunt, & malignam dant exulcerationem, quæ sæpius in Amboinenses degenerat phlyctænas, si non cito curetur.

In re medica ejus usus nondum est exploratus, quidam vero Amboinenses, quod tamen ego, ac multi mecum nollent experiri, præsertim quum pedum vulnera contrahunt ex tribulis, acutisve lignorum ramentis, quam primum illa extraxerunt, unam alteramve ardentis hujus Dammaræ instillant vulneri guttam, qua vulneris ulcus prohibetur, hanc autem Indi in corneis suis ac callosis pedum plantis vix sentiunt.

Dammara hæc sola difficulter liquescit, sed melius cum Calappi oleo, vel pice nostra, qua quidam navigia obliniverunt, compertum autem est, illam non fortiter adhærere, ac facillime decidere, unde huic operi inutilis est, saltem non ulterius tentatum fuit, licet defectus picis navigationem periculosam reddat in hisce regionibus, quod tamen per supra memoratas resinas suppletur quodammodo. Illis, qui scripturam exercent, vel ab actis & Secretis sunt, hæc quoque Dammara in usu est, si enim hi erronea quædam vocabula vel litteras male expresserint, atque illa expunxerint, isti loco inspergunt pulverisatam hanc Dammaram, qua glabram terunt chartam, in quo loco alias formare possunt & inscribere litteras, hæ autem tempore iterum decidunt.

In deciduis & putrefactis truncis, uti dictum est, elegantia conspiciuntur pinguia ista frusta, quorum illa elegantissime sunt striata & venosa, quæ nodis inhæserunt, ex quibus Dammara profluxit: Hæc frusta eligunt Maleyenses & Macassarenses, ex quibus manubria telorum & cultrorum formant, quæ eleganter norunt incidere.

Ex cæteris crassioribus frustis sphærulæ fabricantur pro acicularum opere, & gradus sediles, lignum vero est fragile, nec vim ferre potest. Hæc frusta ignem facile concipiunt, elegantemque spirant Mastichinum odorem, præsertim si lignum hoc rapsatum carbonibus inponatur. Dammara hæc accensa & patinæ supposita, ipsam obducit atro levique rubro colore, ex qua massa scriptores Æthiopes suum conficiunt atramentum, uti apud nos Typographi atramentum suum librarium præparant ex fuligine; illud autem atramentum est nigerrimum, citoque siccatur & facile expungi potest, si necessitas illud requirat.

Æthiopum illud atramentum difficillime præparatur ex ista Dammaræ fuligine, quæ acquiritur, si magna Dammaræ quantitas fossæ inponatur & accendatur, ipsique superinponatur patina terrea parum irrorata liquore quodam: Fuligo hæc bis terve cum aqua conterenda est, ac bis cum aceto exsiccare vel evaporare debet, ultimo iterum cum aqua, in qua cortex Catappan & Mangæ Utan incocta est, omni die commovendo

wel te bewandelen zyn. Van zommige Maleyers hebbe ik verstaan, datze op Borneo ook valt, doch met een kleinen onderscheid van 't hers, 't welk zo wit en doorschynend niet is als het Amboinsche.

Gebruik. *Gelyk de* Dammar Selan, *als gezegt, in de Wester deelen van Water-Indiën de gebruikelykste is tot het branden, zo is deze Dammar* Batu *in Amboina en deze omleggende Eilanden. Zy brand beter, en men heeft 'er zo veel moeite niet mede om te bereiden, gelyk met de Dammar* Selan, *want men neemt de harde brokken, zo alsze vallen, klaar en onzuiver door malkander, en wind dezelve slegts in de bladeren van Gomuto of Sagueers-boomen, in de lengte van een voet, en dikte van drie vingers, tot de gedaante van een toorze, die men in 't gemeen ook Dammar noemd: Deze Dammars dan boven aangestooken branden gestadig met weinig knerssen, en zomtyds niet, maar geven een geweldige rook van hun, gelyk de pik-kranssen, dewelke de ongewoone lastig voorkomt, en alle huisraad met swart-root bedekt, daarze veel gebrand werd in een besloote plaats. Men moet deze toortzen dikwils stookeren, om datze zomtyds te digt gepakt zyn, en niet branden willen.*

De Amboineezen maken byzondere stoeltjes van Gabba Gabba, *daarze deze Dammar inzetten, die zomtyds met Dammar en al wegbranden, als de Huisluiden daar by slapen.*

De brandende droppels, die als sterretjes van deze Dammar afvallen, als menze over straat draagt, gaan datelyk uit, anders zouden 'er meer ongelukken van komen, maar als dezelve iemand op de huid vallen, het welk de slaven dikmaals gebeurt, dieze dragen, brandenze zeer fel, en maken een quade ulceratie, daar uit dikwils de Amboinsche pokken werden, zo men 't niet spoedig geneest.

In de Medicyne heeft het nog geen bekende gebruik, behalven eene, dewelke ik en veele met my, de Amboineezen niet gaarn zouden willen nadoen, namentlyk alsze de voeten quetzen met trappen in voet-angels of spitze houten, zo draze 't zelve uitgetrokken hebben, druipenze een of twee droppels van deze brandende Dammar daar op, 't welk belet dat de wond niet sweert, 't welk de Indianen aan haare hoorne-zoolen niet veel voelen.

Deze Dammar smelt mede moeyelyk alleen, maar wel met Calappus-Oly, of een weinig met onses Lants teer gemengt, waar mede zommige de vaartuigen bestreeken hebben, maar men heeft bevonden, dat het niet vast en houd, en ligt weer afvalt, daaromze tot dat werk onbequaam is, immers men heeft het niet verder onderzogt, hoewel 't gebrek van pik en teer de Zeevaart in deze Landen bekommerlyk maakt, het welk men eenigzints met de voorgaande herssen verzetten kan. By de Schryvers op de Secretaryen heeft deze Dammar ook haar nuttigheid, want eenige abusive woorden op 't papier uitgeschrapt hebbende, stroyenze daar op deze fyn geschrapte Dammar, en vryvent glad, zo kunnenze andere letters daar op schryven, doch deze letters vallen metter tyd weder af.

Aan de omgevallene en verrotte stammen, als gezegt, vind men de schoone vette stukken, waar van die geene mooist geadert zyn, die in de knoesten gestaan hebben, daar uit de Dammar geloopen heeft; deze stukken zoeken de Maleyers en Macassaren, om kris-hegten daar van te maken, dieze konstig weten uit te snyden.

Uit de andere stukken, die lankdradiger zyn, maakt men klossen tot speldewerks kussens, en traalytjes voor de stoelen, doch 't is bros hout, en kan geen geweld uitstaan. Deze stukken branden licht aan 't vuur gehouden, en geven een aangename Mastyks reuk, als men 't hout schrapt, en op koolen legt. Deze Dammar aangesteeken, en onder een schootel gehouden, zet daar aan veel swart en fynrood, waar van de Moorse Schryvers hare Inct maken, gelyk onze Drukkers van swartzel, welke Inct zeer swart is, en terstond opdroogt, ook haar licht weder uitschrappen laat, als 't van nooden is.

De Moorsche Inct word zeer moeyelyk gemaakt van het voorschreve roed dezer Dammar, dewelke men gewint, als men een party van deze Dammar in een kuil gelegt aansteekt, en een aarde schootel daar over stort, die wat nat gemaakt zy: Dit roed moet men twee a drie malen met water wryven, en tweemaal met Azyn t'elkens weder laten opdroogen, ten laatsten met water, daar in de schorsse van Catappan en Manga Utan opgekookt zyn, alle

vendo per integrum mensem, quum demum fit massa seu atramentum scribendo aptum.

Dammara Radja, Ternatensibus *Salo Colano* dicta, eadem hæc Dammara est, sed ejus tantum maxima & optime transparentia frusta, quæ in superiore trunci parte dependent, nullis commaculata sordibus; Quæ autem in Batsjana & Hallemahera occurrit, nunquam ita flavescit ac Amboinensis, sed plerumque alba est vel sensim parum flavescit, cæterum sapore & odore Amboinensi similis est, inque similibus reperitur & colligitur arboribus. Hæc sola a Moluccorum regibus ad suffimigia adhibetur, unde & Dammara regia vocatur, nec plebi licet illam comburere.

Jucundum præbent spectaculum & exhibent historiam novitiani, si forum frequentent, qui recentem hanc Dammaram habent pro saccharo cantho, quod optime refert; quam vili vendunt pretio, ac læti angulum petunt, ut illam sapiant, sed deceptos sese mox comperiunt.

Uti supra indicatum est, in quibusdam navigatoriis Annalibus adnotatum legitur, magnam Mastiches copiam in hisce reperiri insulis, per quam hæc Dammara Batu intelligenda est, quæ accensa optime Mastiches spirat odorem.

Juniores Dammaræ arbores sunt elegantissimæ, minoremque repræsentant Cedrum, erectum enim gerit truncum, qui non longe supra radicem foliola & ramulos emittit laterales, in quibus hoc peculiare observatur, ramulos hosce transversales ab inferiore trunci parte binos, tres quatuorve in uno circulo esse positos, atque inter horum ramulorum spatium intermedium ex ipso trunco folia per paria excrescunt: Si horum aliquid decerpatur vel avellatur, viscosus effluit succus resinosus, & fortem spirans odorem.

In *Appendice* hæc adduntur.

Anno 1691. ex Ternata mihi transmissa fuit *Dammara alba* regia, *Salo Colano* ibi dicta, tam frustula ipsius resinæ quam juniorum arbuscularum siccatarum, ex quibus liquido constabat, eandem arborum ac resinæ esse speciem, cum Amboinensi alba *Dammara*, sed magis pellucida erat ac purior, quædam enim ejus frusta erant penitus pellucida, & instar Crystalli alba, quædam autem erant inpura & quasi cornea, omnia vero fragilia, nec sub dentibus trita in massam cogi poterant, uti in masticata Mastiche fit, cum qua odore quam proxime conveniebant: Folia illis Amboinensis arboris similia erant, sed paulo longiora, tenuiora, ac flaccidiora, quæ sicca flavescebant, quinque pollices cum dimidio longa, & ultra pollicem lata, quum illa Amboinensis arboris viridia persistant, cæterum eodem locata erant modo in rachidibus opposita. Bataviæ, ut audivi, hæc resina *Dammar Kesi* vocatur.

EXPLICATIO

Tabulæ Quinquagesimæ Septimæ,

Quæ ramum exhibet *Dammaræ albæ*, quæ Mas seu *Damar Poeti Lacki Lacki* vocatur.

A. *Fructum* majori forma denotat.
B. Vero *folium*.
C. *Junioris arboris ramulum*, seu maris seu feminæ demonstrat.
D. Vero ramulum *Dammaræ feminæ*, cum ejus fructu naturali.

OBSERVATIO.

Arbores hæ sub nomine Dammaræ Batu arboris a *Valent. p.* 212. describuntur.

le dagen omroerende tot een maand lang, wanneerze eerst bequaam werd tot schryven.

Dammar Radja, *by de Ternatanen* Salo Colano *genaamt, is dezelfste Dammar, doch alleenlyk de grootste en klaarste stukken, die boven aan de stam hangen, met geen vuiligheid vermengt, dewelke op Batsjan en Hallemahera valt, 't welk nooit zo geel besterft, als de Amboinsche, maar blyft doorgaans wit, of werd metter tyd een weinig geel, anders van smaak en reuk de Amboinsche gelyk, en valt ook aan diergelyke boomen. Deze werd alleen by de Molucze Koningen tot branden gebruikt, daarom menze Konings-Dammar noemt, en de gemeene Man magze niet branden.*

Een geneuglyke klugt ziet men aan de nieuwelingen, die op de Amboinsche markt komen, en deze versse Dammar voor Candy-zuiker aanzien, daarze wel naar gelykt, dieze dan voor een gering gelt opkoopen, en al blyde daar mede om een hoekje loopen, om op te knappen, maar bevinden haar straks bedroogen.

Gelyk boven gezegt, vind men in zommige Scheeps-Journalen aangeteekent, dat 'er veel Mastyk in deze Eilanden zoude vallen, waar door men deze Dammar Batu verstaan moet, die in 't branden zeer na de reuk van Mastix sweeft.

Een jong Dammar-boompje staat zeer cierlyk, en verbeelt ons een Ceder-boompje, want het zet een regten stam, beginnende niet ver boven de wortel bladeren, en zydetakjes uit te geven, daar aan men dit byzonders ziet, dat de dwers-takjes van onderen op met twee, drie, en vier in een kring staan, en telkens tusschen deze vergaderinge der takskens ziet men aan den stam zelfs de bladeren met paren staan, als men iets afbreekt, loopt 'er een kleverig zap uit, sterk riekende en harsachtig.

In het Aanhangzel *werd dit 'er bygedaan.*

Anno 1691. *is my uit Ternaten de witte Konings-Dammar, aldaar* Salo Colano *genaamt, toegezonden, zo de stukjes van 't hars als jonge doch drooge boompjes, aan welke genoegzaam bleek, dat het eenderley slag van boomen en hars is met de Amboinsche witte Dammar, doch wel zo klaar en zuiver, want eenige stukken waren helder doorschynent, wit als Kristal, eenige vuil, en trokken na 't hoornverwige, alle gantsch bryzelig onder de tanden, en in geen Massa te brengen, gelyk men aan den geknauden Mastix doen kan, wiens reuk zy zeer na kwamen. De bladeren waren als aan de onze Amboinsche Dammar, doch wat langer, dunder, en slapper, geelachtig opgedroogt, 5½ duim lank, ruim een breet, daar de Amboinsche ook gedroogt, groen blyven, anders stonden zy op dezelfste manier aan de telgen in ordre geschikt tegens malkander. Op Batavia, zo ik versta, wert deze hars* Dammar Kesi *genaamt.*

UYTLEGGING

Van de zeven-en-vyftigste Plaat,

Dewelke een Tak verbeeldt van de witte Dammar-Boom, die het Mannetje ofte de *Dammar Poeti Lacki Lacki* genaamt wert.

Alwaar Lett. A. een vrucht in grooter gedaante vertoont.
B. Deszelfs bladt.
C. Een Takje van een jong boompje, het zy mannetje, het zy wyfje.
D. Is een Takje van de Dammar-Boom het wyfje, met deszelfs natuurlyke vrucht.

AANMERKING.

Deze boomen werden onder de naam van *Dammar-Batoe-Boom* by *Valent. p.* 212. voorgesteld.

A
B
C
D

CAPUT UNDECIMUM.

Dammara Celebica. Dammar Celebes.

DAmmaræ Batu præcedenti similis est alia species, quæ Celebica nobis dicitur, quum plurimum in ista occurrat regione, cujus arbor mihi huc usque ignota est, hic tamen illam locare volui, quum magna adducatur copia.

Ex magnis constat glebis seu placentis, ultra pedem latis, externe cinereis & pulverulentis, ita ut pro terra quadam haberetur, interne vero pura est, solida, semi-pellucida, & cornea, quibusdam in locis nigricans, in aliis alba instar Succini vel Gummi animæ, nunquam vero ita clara ac Amboinensium Dammara Batu, sed æque dura est & fragilis, si contundatur vel ore manducetur, & licet vetustissima sit hæc Celebica, nunquam tamen ita ruffescit ac Amboinensis, a qua etiam odore & sapore differt. Celebica hæc fere nullum habet saporem, carbonibus vero inposita pinguiorem spirat odorem quam Amboinensis, fere instar Occidentalis *Tacamabacæ*, cum aciditate quadam instar Emplastri *Oxycrocei*, licet tamen substantia ejus neutiquam cum Tacamahaca conveniat. Cito flammam concipit, sed lentam, minoremque dat strepitum, quam Amboinensis, nec ejus odor adeo gravis est. Quæ in Provincia Manado occurrit, albissima est in claris ejus segmentis, in aliis nigra corneique coloris, atque idem hic color sæpe in unis iisdemque observatur frustis, quæ vero ex Tambucko, Banaya, & Luboe adfertur, ejus partes maxime pellucidæ magis accedunt ad flavum vel ruffum, reliquum vero est itidem corneum.

Ex relatu quorundam testium ocularium hujus resinæ arbor quoad formam & speciem maxime referret Amboinensem, quum sit itidem altissima & erectissima, magnisque nodis quasi protuberantibus, capitibusque constans in inferiore trunci parte. Ejus folia autem sunt breviora, latiora, crassiora, magisque subrotunda quam Amboinensis, cæterum ejusdem formæ similique modo striata: Ejus fructus quoque magnitudinem & formam Limonum habent, inque magnis squamis ab invicem decidentes: Ejus resina supra ignem liquescit, inque fervida infusa aqua mollescit, unde patet, pinguiorem magisque ductilem esse Amboinensi: Magnis dependet in glebis tam in crassis arboris ramis, quam ex ejus trunco, atque ejus inveniuntur frusta, quæ Pickol h. e. centum & viginti quinque libras ponderant.

Nomen. Latine *Dammara Celebica.* Malaice *Dammar Celebes*, & *Dammar Bangay*, quum in hisce plurimum reperiatur insulis: Maleyenses hanc quoque vocant *Dammara Batu*, uti præcedentem, cujus generis hæc quoque species habenda est. In Celebe vocatur *Damma*, & in Manado *Dammar.* Circa Tambuco *Hulo.* Quidam ex nostro populo hanc habent pro specie *Tacamabacæ*, uti & mihi ex *Manado* transmissa est nomine *Tacamabacæ Orientalis*, cum qua tamen externa facie parvam habet convenientiam, sed tantum odore quodammodo, qui in vera *Tacamabaca* pinguior est, nec unquam hæc in tantis reperitur glebis, magisque ruffescit, ac magis obscuri est coloris ut & fragilior quam Dammara, de qua ulterius vide *Nicol. Monardi libr. simplicium. cap.* 2.

Locus. Hæc *Dammaræ Batu* species in Amboinensium insulis non crescit, quantum novi, sed magna copia in insula Celebe, ac potissimum in ejus parte Orientali, in Tambucci tractu usque ad Manado, uti & in Provincia Lubock, quæ sita est ad internam magni sinus Boegensis partem, unde & a quibusdam Dammara *Lubo* dicta est. In Bangay etiam reperitur, ejusque districtu Balante, in magna ejus regione. In Manado plurimum occurrit circa ingentem Lacum, prope pagum Dandano, in districtu Tambuao, Bangay, ac porro in Celebes parte Orientali circa litora crescit, ita ut arbores sæpe supra aquam inclinent, hujusque resinæ elegantia & pellucida frusta ubique in litore reperiuntur & colliguntur.

Usus. Bangayenses, Celebenses, & Boegienses hanc adhibent Dammaram ad candelas, quam primum liquescunt in aqua fervida, ac dein manibus formant in

XI. HOOFTSTUK.

Celebische Dammar ofte Harst.

DE *voorgaande* Dammar *Batu beeft een mede-zoorte, die wy Celebische noemen, om datze meest op dat Land valt, wiens boom my tot nog toe onbekent is, echter heb ikze alhier zetten willen, om datze veel ingebragt werd.*

Zy bestaat in groote klompen of koeken, van een voet breed en meer, van buiten meest graauw en stoffig, dat men 't voor een schol-aarde zoude aanzien; maar van binnen isze zuiver, massyf, half-doorschynend, boornverwig, aan zommige plekken swartachtig, aan zommige wit, als Bern-steen of Gummi Animæ, nooit zo helder, als de Amboinsche Dammar Batu, maar even hard en bryzelig, als menze klopt, of daar in byt, en hoe oud de Celebische is, werd nooit zo hoog-geel als de Amboinsche, aan reuk en smaak verschillenze ook, want de Amboinsche trekt wat na de Canary-reuk, als menze kauwt of brant. De Celebische heeft bykans geen smaak, maar op kolen riektze vetter dan de Amboinsche, schier als de West-Indische Tacamahaca, *met eenige goorheid, als de pleister* Oxycroceum, *hoewelze anders aan substantie de* Tacamahaca *gants niet gelykt. Zy brand mede ligt, en gestadig, knerst minder dan de Amboinsche, en den reuk is zo beswaarlyk niet. Die in de Provincie Manado valt, is aan haar klaarste stukken heel wit, en aan de andere swart, boornverwig, welke beide coleuren men dikwils aan een stuk ziet, maar die men van Tambucko, Banay, en Luboe brengt, trekt aan de klare stukken meer na 't gele en rosse, de rest is ook boornverwig.*

Na rapport van eenige oog-getuigen, zoude dien boom aan gedaante meest overeenkomen met den Amboinschen, als zynde mede zeer hoog en pyl-regt, met groote knoesten of koppen aan den onderster stam. De bladeren zyn wat korter, breeder, dikker, en vooren ronder dan de Amboinsche, anders van de zelfste fatzoen, en mede zodanig gestreept: De vruchten insgelyks van grootte en gedaante de Lemoenen gelyk, en in groote schilferen van malkander vallende. De hers daar van komende, kan men over 't vuur smelten, en in heetwater week maken, tot een bewys, datze vetter en gedweeger is, dan de Amboinsche. Zy hangt met groote klompen, zo wel aan de dikke takken, als aan den stam, en men vind 'er stukken die wel een Picol, dat is een hondert en vyf en twintig pont wegen.

Naam. *In 't Latyn* Dammara Celebica. *Op Maleyts* Dammar Celebes *en* Dammar Bangay, *om datze op dezelve Eilanden 't meeste valt. De Maleyers noemenze ook* Dammar Batu, *gelyk de voorgaande, van welkers geslagt zy ook te houden is. Op Celebes noemt menze* Damma, *en in de Manado* Dammar. *Omtrent Tambocko* Hulo. *Zommige van onze Natie willenze voor een zoorte van* Tacamahaca *houden, gelykze my ook van Manado toegezonden is onder den naam van* Tacamahaca Orientalis, *met de welke zy echter aan de uiterlyke gedaante weinig over een komt, maar wel eenigzints in den reuk, die in de opregte* Tacamahaca *nog al vetter is, die nooit met zulke groote klompen valt, rosser en donkerder van coleur is, en brosser dan de Dammar, waar van ziet breeder* Nicol. Monardus Lib. simplic. cap. 2.

Plaats. *Deze zoorte van* Dammar Batu *wascht in de Amboinsche Eilanden niet, zo veel my bekent is, maar overvloediger op 't groote Eiland Celebes, en dat meest aan deszelfs Oost-zyde van Tambuccos district, tot aan Manado, als mede in de Provincie Lubock, gelegen aan 't binnenste van de groote Boegische bogt, waar van daanze by zommige* Dammar Lubo *genaamt werd. Zy valt mede op Bangay, en deszelfs district Balante, op het groote Land. In Manado heeft menze meest omtrent 't groote Lack, by de Negory Dandano, in het district van Tambuao, Bangay, en voorts op Celebes Oost-kust wast ze omtrent de stranden, zo dat de boomen zomtyds over 't water hangen, en de schoone klaare stukken vind men over al op de strand verspreid.*

Gebruik. *Die van Bangay, Celebes, en Boegies gebruiken deze Dammar tot branden, dezelve eerst week makende in heet-water, en rollende dan met de handen tot* de

in craſſas candelas ſpithamam circiter longas, quas *Nipæ* foliis obvolvunt, ita ut Batavicam referant Dammaram, excepto quod minores ſint: Continuam atque æqualem dant flammam, nullum vero ſtrepitum, meliusque ignem fovent quam Amboinenſes: Manadenſes hanc liquefaciunt Dammaram ſupra ignem, inque tenues effundunt arundines Bambu, quas accendunt uti apud nos candelas. Per totam porro Celebem uſurpatur ad omnium armorum manubria firmanda, uti *ſupra cap.* 7. de *Canario Decumano* fuit dictum.

In Manado incruſtant terrea vaſa, patinas, ollas cum hac contrita, ac ſuperne illinita, uti Amboinenſes illud cum ſua perficiunt. Hac quoque obducunt ligneas vaginas telorum ſuorum & armorum *Kriſſen* dictorum, qua illas glabras ac ſplendentes reddunt, lignique nodi inſerviunt ad manubria illorum Kriſſen, trunci vero lignum non eſt durabile, nec operi mechanico utile eſt.

Ulteriore disquiſitione forte conſtabit, Dammaram Batu in Borneo creſcentem, multo magis cum hac Celebica convenire quam cum præcedente Amboinenſi: Corneum amittit colorem, ſi diu coquatur, atque albeſcit.

de gedaante van een dikke keerze, omtrent een ſpan lank, dieze dan met bladeren van Nipa *bewinden, datze de Bataviſche Dammar gelyken, behalven datze kleinder zyn: Zy branden geſtadig zonder knerſſen, en houden 't vuur beter dan de Amboinſche. De Manaders ſmelten deze Dammar over 't vuur, en gietenze in dunne Bamboezen, dieze dan branden, als kaarſſen. Voorts wertze op heel Celebes gebruikt, om alderhande wapenen in haar ſteelen vaſt te maken, gelyk boven cap.* 7. *van het* Canarium Decumanum *gezegt is.*

In Manado verglazenze ook de aarde potten, ſchootels, en bakken met deze gewrevene, en daar op geſmeerde Dammar, gelyk de Amboineezen met de haare doen. Zo beſtrykenze ook de houte ſcheede van hare Kritzen daar mede, om dezelve glad en glimment te maken, en 't hout van de knoeſten dient tot krits-hegten, maar dat van den ſtam is niet durabel, en dient tot geen timmerwerk.

By nader onderzoek zal men miſſchien bevinden, dat de Dammar Batu, op Borneo vallende, veel meer met deze Celebiſche Dammar zal over een komen, dan met de voorgaande Amboinſche. Zy verlieſt hare hoornverwige coleur, als menze lang kookt, en wert wit.

CAPUT DUODECIMUM.

Camirium. Camiri.

CAmirium eſt arbor craſſa, ſed non alta, quum ejus truncus mox in ramos ſeſe dividat, qui corticem gerit glabrum, cinereum, multisque punctis hinc inde notatum, fragilem, ac ſuccoſum. Folia duplicem habent formam, in junioribus enim ramis multo ſunt majora, triangula, inque tres acutos apices diviſa, fere inſtar Hederæ, ſed multo majora, plerumque ſex pollices longa & lata, aliquando etiam decem & undecim pollices: Tres gerunt ac quædam quinque magnos nervos, qui ad pedunculum concurrunt, qui ſeptem & octo pollices longus eſt, rotundus, rugoſus, acſi arena conſperſus eſſet, vel etiam lanuginoſus, uti & ſupremi rami, ac inferior foliorum pars. Prope foliorum ortum in ipſorum pediculis binæ locantur verruculæ, folia autem ſine ordine arcte ſibi junguntur circa ramos.

Alia ac maxime vulgaria folia in adultis arboribus ab inferiore parte latiſſima ſunt, ſenſimque acuminata deſinunt, ſed nullos habent angulos, excepto quod horum quædam ad oras ſint ſinuoſa, octo novemque pollices longa, quinque vel ſex lata, cum tribus ingentibus nervis ad petiolum concurrentibus, ſed paucis conſtantia coſtis, ſuperne obſcure viridia, inferne ex viridi gilva.

Inter folia flores proveniunt brevibus, ſed extenſis racemis inſidentes, tres quatuorve ſimul juncti, brevibus & herbaceis pedunculis ſuffulti. Flores hi referunt illos Gayang, ſed ſunt minores, ex quinque tenuibus & anguſtis petalis conſtantes, in quorum centro quædam brevia apparent ſtamina antheris luteis inſtructa, illi autem jucundum ſpirant odorem. Fructus ex ipſis non progerminant floribus, ſed eo loci, ubi pedunculi floriferi concurrunt, ſimplices quoque plerumque proveniunt, aliquando gemini uno in pedunculo brevi, craſſo, & lignoſo juncti. Singulus iterum fructus duplex eſt, vel integer vel bifidus, integer formam & magnitudinem fere habet Nucis Juglandis, ſed irregularis, & ſuperius obtuſo apice inſtructus. Bifidus formam habet ſcroti, in medio ſulcatus, ſuperius obtuſe acuminatus, ex viridi cinereus, & quaſi farina & arena conſperſus: Exterius putamen ſimile eſt Juglandis, ſed non ita colore ſuo manus inquinans, ſub hoc reconditur nux in integro ſimplex, in bifido fructu duplex, ſingula vero obvolvitur tenui pellicula ſeu cellula, quæ ab una parte ingens habet foramen, per quod nux conſpici poteſt, duplices autem vulgatiſſimæ ſunt.

Nux ipſa formam habet rotundi Canarii, ſed paulo magis eſt plana & lata, parum compreſſa, externe nigricans & rugoſa. Putamen vero craſſius & durius eſt quam in Canariis, quod non niſi forti ictu aperitur: Ejus

XII. HOOFTSTUK.

De Camiri-Boom.

DE Camiri-*boom is wel dik, maar niet hoog van ſtam, die hem ſtraks in takken verdeelt, met een effene licht-graauwe ſchorſſe, hier en daar met eenige punctjes beſpikkeld, bros, en zappig. De bladeren zyn van tweederlei gedaante, want aan de jonge takken zynze veel grooter, driehoekig, of in drie ſpitzen verdeelt, bykans als die van Eyloof, maar veel grooter, in 't gemeen zes duimen lank, en breed, zomtyds ook tien en elf duimen. Zy hebben drie, en zommige ook vyf groote zenuwen, die by den ſteel zamenſtooten. De ſteel is zeven a acht duimen lank, rond, ruig, als met zand beſtrooit, of wolachtig, gelyk ook de voorſte takken, en onderſte zyde der bladeren. Aan de ſteelen by de bladeren ziet men twee roodachtige vratjes, en ſtaan de bladeren zonder ordere digt agter malkander rondom de takken.*

De andere en gemeenſte bladeren aan de volwaſſchene boomen zyn agter ook breedſt, en loopen allenskens ſpits toe, maar hebben geen hoeken, behalven dat zommige aan de kanten een weinig bogtig vallen, acht en negen duimen lank, vyf en zes breed, met drie groote zenuwen agter t'zamen ſtootende, en voorts weinige ribben, boven donker-groen, en van onderen uit den groenen vaal.

Tuſſchen de bladeren komt 't bloeizel voort aan korte, doch uitgeſpreide trosjes, drie en vier bloempjes by malkander, op korte grasachtige ſteeltjes. De bloempjes gelyken 't bloeizel van Gayang wat, doch zyn kleinder, en uit vyf teere en ſmalle blaadjes beſtaande, in welkers midden men eenige korte draatjes ziet met geele nopjes, die wat lieffelyk van reuk zyn. De vruchten komen uit de bloeme zelfs niet voort, maar aan die plaats, daar de bloemdragende ſteeltjes t'zamen ſtooten, zy komen ook gemeenlyk enkelt voort, zomtyds twee by malkander gevoegt op een korte, dikke, houtachtige ſteel. Ieder vrucht is wederom tweederlei, of enkelt of dubbelt, de enkelde is in de gedaante en grootte bykans van een Walnoot, doch wat ſcheef, en na vooren met een ſtompe ſpits. De dubbelde heeft de gedaante van een klootſak, in de midden van agteren na vooren met een kloove, en een ſtompe ſpitze uit den groenen-graauw, en als met meel en zant beſtrooit. De buitenſte holſter is gelyk aan de Wal-nooten, doch zo verwende niet: Daar onder leid een noot in de enkelde een, in de dubbelde twee, ieder beſlooten in een dun vliesken, of huisken, 't welk aan de eene zyde een groot gat heeft, waar door men de noot zien kan, en zyn de dubbelde de meeſte.

De noot zelfs heeft de gedaante van een ronde Canaris, doch wat breeder en platter, aan 't een einde wat zamengedrukt, van buiten ſwartachtig en rimpelig. De ſchale is dikker en harder, dan aan de Canaris, die men niet dan

A
B

Ejus interior pars repleta eſt undique nucleo albo & pingui, ſubſtantia & ſapore ſimili Nuci Juglandi, ſed hæc oleoſior eſt magisque nauſeoſa: In maturo fructu putamen parum flaveſcit ac denuo nigreſcit: Trunci lignum eſt album & inutile, in ramis fragile, medulla aquoſa repletum, unde periculoſum eſt ejus inſiſtere ramis, quum facile rumpantur.

Anni tempus. Floret in Septembri, fructus vero dat in Octobri & Novembri, ſæpe etiam ejus rami ex inferiore trunci parte progerminant, majores vero rami non erecti excreſcunt, ſed incurvi, & late ſeſe extendunt.

Nomen Latine *Camirium.* Malaice *Camirin*, *Camiri*, & *Boa Cras.* Ternatenſibus *Saketa.* Amboinice *Yaro Mahu*, h. e. *Canarium Javanum*, vel quia in Java plurimum creſcat, vel quia a Javanis ejus uſum ac nucleos primum acceperint: Econtra Amboinenſes *Ricinum* vocant *Camirium*, quum ex ejus nucleo oleum quoque pingue exprimatur. In Boero *Sibu* & *Sibut.* Macaſſarenſibus *Sapiri.* Boegenſibus *Ampiri.* Bimenſibus *Callelli.*

Locus. Plurimum creſcit in Java & in Moluccis, præſertim in Batsjana & Mackiana: item in Bonoa & Buro, ut & in Celebes parte Occidentali Macaſſarenſibus ſubdita. In Amboina & Banda quædam etiam hujus inveniuntur arbores, ſed raræ, nec ita magnæ ſunt quam aliis in locis.

Uſus. Vulgatiſſimus uſus apud Javanos & Macaſſarenſes eſt candelas ex ejus nucleis formare, qui depurati contunduntur, ac commiſcentur cum Goſſypio vel Calappi putamine, quæ ſibi invicem ſubiguntur, donec conſiſtentiam craſſioris ſebi habeat, dein bacelli fiſſarum arundinum Bambu, vel Leleba ſumuntur, quibus obvolvitur hæc paſta inſtar linamenti, quod manibus tractatur, donec craſſitiem & ſpeciem candelæ referat, quæ prope arundinem iſtam accenditur. Hæ candelæ æqualiter ardent, ſed citius conſumuntur ſebaceis, ingratumque ſpirant odorem, unde a primoribus non uſurpantur, ſed tantum a plebe. Bonoënſes minorem inpendunt laborem, nucleosque modo faſciant veruculo ex Bambu confecto, quo illos perforant: Amboinenſes ex naturali pigritia illos non curant, ſed quidam illos crudos comedunt, cum pauxillo piperis mixtos, ſed non multi ſimul ſunt edendi, eo quod inebrient.

Securiſſimum eſt, ſi totæ nuces in ignem projiciantur, ac tamdiu torreantur, donec putamen exterius deflagret, quod mox exſtinguitur, toſtusque nucleus eximitur, qui ita comeditur, vel Sajoræ incoquitur loco Calappi medullæ, cujus defectus hoc ſuppletur nucleo, uti & mulierculæ caput ſuum hocce lavant loco Calappi nuclei: Oleum excoqui etiam poteſt eodem modo, ac ex rapſata Calappi medulla, quod viles uſurpant homines ad piſces fricandos, ſi vero ſit vetuſtum, nulli inſervit uſui, niſi lampadibus illuminandis, quum craſſum ſit ac lente ardeat: Putamina adhiberi poſſunt ad carbones, uti Canarii putamina, quum ſint pinguia, craſſa, ac diu ignem foveant: Eadem quoque putamina *Caſſombæ* floribus miſcentur, ut pingues ac boni conſerventur, ne nimis exſiccentur damno venditoris, licet emptoribus hoc obſtet.

dan met een goeden ſlag open krygen kan: Het binnenſte is digt uitgevult met een witte en vette beeſt, van ſubſtantie en ſmaak de Wal-nooten gelyk, doch wat olyachtiger en walgelyker: Aan de rype vrucht werd de bolſter wat geel, en ten laatſten roodachtig. Het hout van de ſtam is wit en ondeugent, aan de takken bros, en met een waterachtig hert, daarom het op deze takken zorgelyk te ſtaan is, als kort afbreekende.

Sayſoen. *Het bloeit in September, de vrucht heeft men in October en November, men ziet zomtyds ook de takken uit den onderſten ſtam uitſpruiten, en de hooft-takken gaan niet regt op, maar krom, en breiden zig ver uit.*

Naam. *In 't Latyn* Camirium. *In 't Maleyts* Camirin, Camiri, *en* Boa Cras: *Op Ternaats* Saketa: *Op Amboins* Yaro Mahu, *dat is* Canarium Javanum, *ofte om datze op Java meeſt valt, of om datze van de Javanen het gebruik en korrels eerſt ontfangen hebben: daar en tegen noemen de Amboineezen den* Ricinus Camirium, *om dat quanſuis uit deszelfs korls ook een vette Oly geperſt werd. Op Buro* Sibu *en* Sibut: *Op Macaſſar* Sapiri, *op Boegis* Ampiri, *op Bima* Calleli.

Plaats. *Hy waſt meeſt op Java, en in de Moluccos, inzonderheid op Batsjan en Mackjan. Als mede op Bonoa, en Buro, en op Celebes Weſterdeel, onder de Macaſſaren ſtaande. In Amboina en Banda zynder ook eenige, doch niet veel, en werden zo groot niet als op andere plaatzen.*

Gebruik. *Het gemeenſte gebruik by de Javanen en Macaſſaren is kaarszen daar uit te maken, want men ſtampt de ſchoongemaakte korrels, mengt dezelve met een weinig kattoen, ofte Calappus-bolſter te deegen door malkander kneedende, tot de conſiſtentie van dik ongel, daar na neemt men de ſtokjes van geſpleete Bamboezen, of Leleba, en rold dezen deeg daar om, als om een Lemmet, met de handen tot de dikte en forme van een kaarze, die men by dat rietken aanſteekt. Deze kaarzen branden wel geſtadig, maar conſumeeren haaſtiger dan de ongel-kaarſſen, geven ook een onlieflyken reuk van haar, daaromze by groote Heeren niet gebruikt werden, maar alleen by ſlegte lieden. De Bonoërs doender minder moeite aan, rygende ſlegts de binnenſte korrels aan een ſpeetjen van Bamboezen gemaakt, en ſteekenze zo aan. De Amboineezen uit aangebooren traagheid, maken der geen werk af, behalven datze zommige rauw eeten, met een weinig peper gemengt, doch men moet 'er niet veel van eeten, want zy maken dronken.*

't Zeekerſte is, dat men de nooten eerſt in 't vuur ſmyte, en zo lang brade, tot dat de buitenſte ſchaal in de brant raakt, die men terſtond wederom uitblaſt, en de gebraden keeſt wederom daar uitneemt, die men dan zo uit de bant eet, of met ander Sayor kookt, in plaats van Calappus-pit, welkers gebrek men door deze korrels vervult, gelyk ook de Vrouwen 't hooft met dezelve waſſen, in plaats van Calappus-pit. Men kan der ook een Oly van kooken op dezelfde manier, als uit de geraspte Calappus-pit, het welk de ſlegte lieden gebruiken, om Vis daar in te braden, maar wat oud zynde, is 't nergens toe bequaam, dan tot branden in de lamp, want het dik is, en langzaam brand. De ſchaalen kan men gebruiken om koolen daar van te maken, gelyk de Canary-ſchaalen, want zy zyn vet, dik, en houden 't vuur lange. Dezelfde ſchalen werden ook onder de Caſſomba-*bloemen gemengt om dezelve vet en goet te behouden, en op datze niet te zeer op en droogen, tot ſchaade van de verkooper, hoewel de koopers daar tegen aanzien.*

EXPLICATIO

Tabulæ Quinquageſimæ Octavæ,

Quæ ramum exhibet *Camirii.*
A. Fructum *geminum.*
B. Ejus *nucleum* denotat.

OBSERVATIO.

Camirium a *Valent. pag.* 213. deſcribitur, ſed ejus figura *No.* XL. propoſita penitus diverſa eſt ab illa *Rumphii*, quæ alioquin in omnibus partibus & ſpeciebus cum *Rumphianis* reſpondent. Nec dubito, quin *Valentinius* figuras ſuas ex *Rumphianis* compoſuerit, vel ſaltem ab hujus pictoribus forte dono acceperit, licet nullam hujus rei in præfatione ſua faciat mentionem.

UYTLEGGING

Van de acht en vyftigſte Plaat,

Dewelke vertoont een Tak van de *Camiri-Boom.*
A. Verbeelt een *dubbelde vrucht.*
B. De *binnenſte korrel.*

AANMERKINGE.

De *Camiri-Boom* wert by *Valent. p.* 213. mede beſchreven, doch deszelfs figuur onder *No.* XL. verbeeldt verſchilt geheel van die van *Rumphius*, die anders in al hun deelen en gedaante met elkander overeenkomen: En ik twyffele niet, ofte *Valentyn* heeft zyn figuren uit die van *Rumphius* ontleent, of door de Teekenaars ontfangen, ſchoon hy daar van in zyn Voorreden geen gewag maakt.

CAPUT DECIMUM TERTIUM.

Pangium. Pangi.

PAngium truncum gerit altiorem magisque erectum, quam præcedens: Ejus folia sunt duplicia, multum a sese invicem differentia, uti de Canario genere fuit notatum, in junioribus enim arboribus sunt maxima, inque tres angulos seu lacinias divisa, pedem circiter longa, decem pollices lata & ultro, plurima autem decem pollices sunt longa & novem lata, quædam ad unam tantum oram angulosa sunt, quum alterius lateris angulus jam excreverit, alia utrisque carent istis angulis. Tenera vero folia sunt cordiformia, ita ut tria quatuorve folia differentia in una conspiciantur arbore juniore: Prope foliorum petiolum quinque, in quibusdam vero septem magni concurrunt nervi, atque foliorum oræ prope petiolum sunt æquales, nec sinuatæ. Petioli autem longi sunt: Folia adultarum arborum cunctos istos amiserunt angulos, formamque habent oblongo-cordatam, novem longa pollices, septem & octo lata, obtuso apice donata, intense viridia, glabra, & splendentia, saporis ingrati & fervidi.

Flores me latent. Fructus vero simplex dependet hinc inde ex ramo forma, & magnitudine ovi Struthiocameli, vulgaris vero ovi Casuarii, plurimi autem sunt umbilicati, ad latera gibbosi, externe obscure ruffi, ac tandem ex fusco cinerei instar Calappi veteris, rugosi, parvisque notati punctis instar fructus *Atun*, qui ex crasso dependent pedunculo, prope fructum extenso. Cortex externus crassus est uti in Malo Punico, sub quo pauca reconditur caro albicans, in qua nuces seu castaneæ quasi compactæ sunt: Hæ nuces sunt planæ, multiformes, plurimæ vero instar compressæ bursulæ, majores Juglandibus, plano latere sibi accumbentes, angusta vero illarum pars introrsum sita est, latissima vero extrorsum, quædam crassiores sunt & triangulares, aliæ aliam habent formam, plerumque unum cum dimidio vel binos longæ pollices, quædam vero tres, binæ enim occurrunt species seu varietates, una major, altera minor. Minor seu vulgatissima species formam habet Nucis Juglandis, plerumque triangularis, aliæ autem ita differunt & irregulares sunt, ut inter decem vix binæ occurrant sibi similes. Pellicula nucis exterior hirsuta est, lignosa, ex nigro cinerea, rugosa, protuberantibus pertexta venis & intricata instar sacci coriacei vetustioris & rugosi, seu contracti: Major autem species instar bursæ formata est, plana, recta, nigra, multoque rugosior, protuberantes enim venæ ita intricatæ decurrunt; ut arbusculas quasi referant, vel ramos & frutices artificum manu elaboratos, omnesque hi elevati sunt, quorum oræ in quibusdam locis adeo acutæ sunt, ut difficulter tractari possint, ac magis spinas referant, inferior vero nucum pars æqualior est, nec ita rugosa, latissima illarum pars, quæ putamini adjacet, aperturam habet, ex oblonga formatam fissura, quæ obtegitur operculo ejusdem substantiæ cum cortice, qui adeo firmiter ipsi inhæret, ut non nisi vi avelli possit. Putamen crassitiem cultri habet substantia &c. conveniens cum Tampurong Calappæ nucis. In hoc reconditur nucleus planus, amplus, albus, putaminis formam habens, qui in bina dividi potest segmenta saporis nucis Avellanæ, substantia constans molliore & lenta, quæ, si non sit matura penitus, amaricat, saltem in Amboina sese ita offert, in aliis vero locis major est, pinguior, & dulcior. Hi fructus in arbore relinquuntur, donec sponte decidant, atque exterior putrescat cortex, tum enim nuclei nigrescunt & permaturi sunt, a quibus caro illos ambiens facile separari potest, illi vero raro ac vix crudi comeduntur, vim enim habent inebriantem, homnesque vertiginosos reddentem, unde & quidam in animi deliquium incidunt, licet satis grati ac dulcis sint saporis, sed præparandi sunt, ut mox indicabitur; Hujus arboris lignum durum est, solidum, & grave: Cortex vero fragilis, lignoque firmiter adhæret.

Nomen.

XIII. HOOFTSTUK.

De Pangi-Boom.

DE Pangi-*boom heeft een hooger en regter stam, dan het voorgaande. De bladeren zyn tweederlei, wel veel van malkander verschillende, gelyk van de Canari gezegt is, want aan de jonge boomen zynze zeer groot, en in drie hoeken of lappen verdeelt, omtrent een voet lank, en tien duimen breed, zommige meer, de meeste zyn tien duimen lank, en negen breed, zommige hebben aan de eene zyde nog een hoek, zynde den bogt van de andere hoek bykans uitgewasschen, andere weder zyn niet hoekig. De geheele jonge zyn regt hertformig, zo dat men drie of vierderlei bladeren aan een jonge boom ziet. By de steel stooten vyf, en aan zommige zeven groote zenuwen te zamen, en zyn de randen by den steel vlak, en zonder bogt. De steelen zyn lank. De bladeren van de volwassene boomen hebben alle de uitsteekende hoeken verlooren, en zyn geformeert, als een lankwerpig hert, negen duimen lank, zeven en acht dito breed, met een stompe spits, hoog-groen, glad, en glimment, onlieffelyk van smaak, en wat heet.*

Het bloeizel is niet bekent. De vrucht hangt enkeld hier of daar aan de takken, in grootte en gedaante van een voogel Struis-Ey, in 't gemeen als een Casuaris-Ey, de meeste met een tepel voor aan, en aan de zyden wat bultig, van buiten donker-ros of tanyt, ten laatsten grauw, als de oude Calappus, van buiten ruig, en met kleine punctjes bezet, gelyk de vrucht van Atun, *hangende aan een dikke steel, die by de vrucht een kransjen heeft, de buitenste schorsse is zoo dik als aan den Granaat-appel, daar onder een weinig wit vleesch; en daar inne zeekere nooten of Castanjen gepakt zyn. Deze nooten zyn plat, en van veelderlei fatzoen, doch meest als een gedrukte beurze, wat groter dan onze nooten, met de platte zyde op malkander leggende, met 't smalle eind na binnen, en 't breedste na buiten gekeert, zommige zyn wat dikker, gants driezydig, en van andere fatzoen, in 't gemeen een en een halve, en twee duimen lank, en zommige drie, want men heeft 'er twee zoorten van groote en kleine. De kleine of gemeenste zoorte is in de gedaante van een Wal-noot, door de bank driekantig, maar zommige zo verschillend, en rond-bollig van fatzoen, dat men onder tien geen twee zal vinden, die malkander gelyk zyn. De buitenste schel is ruig, houtachtig, uit den swarten grauw, rimpelig, en met uitsteekende aderen door malkander loopende, verwerd, als een leeren zakje, dat nat gemaakt is, en inkrimpt. 't Groote geslagt is meest geformeert als een beursje, en plat, regt, swart, en veel ruiger, want de uitsteekende aderen loopen zo aardig door malkander, datze eenige boompjes verbeelden, of dorre takken en struiken door meesters hand in eenig Ebben-hout uitgesneeden, en dat allegaar verheeven werk, waar van de kanten op zommige plaatzen zo scherp zyn, datze moeyelyk om te handelen zyn, en veel meer doorns gelyken, doch de onderste zyde is altyd effender, en min ruig, den breedsten hoek, die tegen de holster ziet, heeft een deurtje, zynde een lankwerpige scheur, dewelke gesloten is met een dekzel van dezelfde substantie, als de schel, die 'er zo vast in sluit, dat hy niet dan met gewelt kan afgetrokken worden. De schaale heeft de dikte van een mes van substantie &c. gelykende de Tampurong aan een Calappus-noot. Daar binnen leidt een breede, witte, en platte kern, na de gedaante van de schaal geformeert, die zig in twee bladeren laat verdeelen, van smaak als Hasel-nooten, van substantie weeker en tayer, en als hy niet ter deegen ryp is, wat bitter, immers in Amboina is hy zo, maar op andere plaatzen valt hy grooter, vetter, en zoeter. Deze vruchten laat men aan de boomen hangen, tot datze van zelfs afvallen, en de buitenste schorsse verrotte, want als dan zyn de korrels swart, en ter degen ryp, waar van men 't ombangende vleesch gemakkelyk kan afschudden. De binnenste kern werd niet of weinig rauw gegeten, want hy heeft een duizelig- of dronken-makende kragt, waar van ook zommige in swym vallen, hoewel hy redelyk aangenaam van smaak is, maar men moet hem toebereiden, gelyk straks gezegt zal werden. Het hout van dezen boom is hart, digt, en swaar. De schorsse bros, en aan 't hout vast klevende.*

Naam.

Nomen. Latine *Pangium:* Malaice *Pangi*, *Capaya*, & *Copaya.* Javanis *Poutsjong*, præparatus vero ejus cibus vocatur *Caluac* & *Colowac:* Macassarenbus & Baleyensibus dicitur *Pangy*, Boetonensibus *Pany*, Ternatensibus *Bobbi* & *Sawan.* Boeronensibus *Hami.* Amboinensibus *Any*, Omensibus *Salea.*

Locus. Optimi plurimique hujus arboris fructus inveniuntur in Celebes regione, sub Macassarensi & Boegensi inperio, uti & in Java, Baleya, Boetona, Boero, & Cerama, rari sunt in Amboina, & tantum hinc inde in planis silvis, quumque non ita jucundi sint saporis quam in aliis locis, hinc non multum ab Amboinensibus expetuntur vel adhibentur, vulgusque anxium est illos edere, quum fructus hi habeantur nocivi.

Usus. Apud Maleyenses, Macassarenses, Boegenses, & Boetonenses fructus hic in magno est usu ad cibum, sed non crudus, verum sequenti præparatus modo: Maturæ nuces totæ in aqua ebulliuntur, dein putamina in partes contunduntur, nucleique eximuntur, inque angusta conscinduntur frusta instar Brassicæ lactucariæ, quæ scrobiculo inponuntur, intus repleto palea, dein per 24 horas macerantur in fluviali vel pluviali aqua, qua malignitas extrahitur, ac tum sine noxa comeduntur vel sola, vel cum Calappa nuce rapsata. Cum hisce incoquuntur etiam pisces, ut condimentum eorum sit pinguius, uti alias cum Calappæ medulla fit. Frusta hæc exsiccantur quoque & conservantur, ut pluviosis mensibus cibus hisce pinguior reddatur: Javani norunt ex siccis & calefactis nucleis inter binos asseres Oleum exprimere lampadibus inserviens, quod plenis amphoris fallaciter vendunt pro *Minjac Widjing* seu *Oleo Sesamino*, quod multo pretiosius est.

Boegenses illud oleum alio præparant modo, contundunt nempe & in pastam manibus formant depuratos & soli exsiccatos nucleos, sensim affundentes aquam tepidam, donec oleum supernatet, quod aufertur. Hoc oleum, si recens, dulcescit, & aptum est ad placentas & pisces fricandos, nec ita cito rancescit ac oleum Calappæ.

Arboris cortex contritus aquæque injectus pisces enecat in ipsa natantes. Foliorum succus ulcerationibus, vel putridis instillatus vulneribus, vermes enecat & animalcula pruritum excitantia, quæ circumjectam arrodunt carnem. Hoc autem casu expertum fuit, quum putrefacta & a vermibus exesa caro in hisce obvolveretur foliis, unde hi vermiculi statim mortui fuere, atque ex illa carne in folium tale deciderent, istaque caro iterum rubebat, sanumque adquirebat colorem.

Hanc vero antipatiam habent hæc folia, simulque vim omnes enecandi vermes in putrefactionibus nidulantes, quos enecant & prolabi faciunt: Idem quoque præstant recentes nuclei, si manducentur vel aqua conterantur, & capiti illinantur, pediculos enecant: cavendum vero est, ne inter manducandum succus eorum deglutiatur: Gallinæ quoque moriuntur, si hos crudos vel coctos edant nucleos: Si decidui fructus nondum fissi fuerint, paleis vel aliis rebus siccis inponendi sunt, donec putrescant, ac nuclei tolli possint, qui sub cineribus calidis etiam torrentur, dein officula eximuntur, inque cibos præparantur, uti supra dictum fuit. Sinenses quidam quibusdam abhinc annis nucleos hosce ex Java venales adduxerunt, quorum decem pro stuvero vendunt, quos tostos cum piscibus edunt, non erant autem ita rugosi ac Amboinenses.

Si Amboinenses hunc fructum in cibum præparant, clam id efficiunt, nec coram pluribus hominibus, credunt enim, si malevolus homo, qualem *Wangis* & *Matta Panas* h. e. Magum & Ferventoculum vocant, casu præteriret, illosque adspiceret nucleos, malignam qualitatem talem cibum contracturum esse, idem quoque observant in præparatione silvestris Oebis: Excavata horum nucleorum putamina adhibentur pro igniario, cui operculum ligneum adaptant. Sæpius illa in mari fluctuant, inque litus projiciuntur, unde nigra & polita sunt.

Fructus ex crassis proveniunt ramis, e pediculo longo, & incurvo dependentes, qui major, & crassior est reliquis foliorum pedunculis. Baleyenses hos non edunt,

Naam. *In 't Latyn* Pangium, *in 't Maleyts* Pangi, Capaya, *en* Copaya, *op Javaans* Poutsjong, *maar de geprepareerde kost hiet* Caluac *en* Colowac. *Op Macassars en Baleys* Pangy, *op Boetons* Pany, *op Ternaats* Bobbi *en* Sawan. *Op Boero* Hami, *op Amboins* Any, *op Oma* Salea.

Plaats. *De beste en meest van deze vruchten vind men in 't Land Celebes, onder 't Macassaarze, en Boegische gebiet, als mede op Java, Baley, Boeton, Boero, en Ceram: Weinige heeft men in Amboina, hier en daar in de vlakke Bosschen, en om datze slegter van smaak zyn dan op andere plaatzen, werdenze van de Inlanders niet veel gebezigt, zynde 't gemeene volkje meest bang, om die te nuttigen, om datze het voor een schadelyke vrucht houden.*

Gebruik. *By de Maleyers, Macassaren, Boegis, en Boetonders, is deze vrucht in groot gebruik tot de kost, niet raauw, maar eerst aldus toebereit. De rype nooten kookt men geheel in water te degen op, daar na klopt men de schaale in stukken, neemt de korrels uit, en snydze in smalle riempjes, als kool-salaat, legt dezelve in een korfje, van binnen met stroo belegt, en weektze een etmaal of een nagt in een Rivier of anders vers water, het welk de quaadaardigheid uittrekt, daar na kan menze zonder schade eeten alleen, of met geraspte Calappus. Men kookt'er ook Visschen en Sayor mede, om dezelve vet te maken, gelyk men anders met Calappus-pit doet: Zo werden ook deze riempjes gedroogt, en verwaart, om in de reegenmaanden de kost daar mede te vetten. De Javanen weten uit de gedroogde, en weder warm gemaakte kernen tusschen twee planken een Oly te perzen, tot de lampen gebruikelyk, 't welk zy met potten vol bedrieglyk voor* Minjac Widjing *verkoopen, 't welk veel kostelyker is.*

De Boegis maaken die Oly op een ander manier; zy stampen, en kneeden de schoongemaakte, en in de Zon gedroogde kernen, allenkskens werm water opgietende, tot dat 'er de Oly boven op dryft, het welk zy dan afscheppen. Deze Oly vers zynde, is zoet en bequaam om koekjes en Visschen in te bakken, werdende zo ligt niet garstig als Calappus-Oly.

De schorsse van den boom gewreven, en op water gestrooit, dood de Visschen, die daar in zyn. Het zap van de bladeren in verrotte wonden of ulceratien gedroopen, dood de Wormen, en diertjes daar in, die 't jeuken veroorzaaken, en in 't vleesch om zig vreeten, zynde dit by geval ondervonden, als men een stuk rottende en wormig vleesch in een van deze bladeren wond, daar van de wormpjes terstond stierven, en uit het vleesch op 't blad vielen, werdende 't zelve wederom rood, en van een gezonde coleur.

En zulke antipatye en kragt hebben deze bladeren, om allerlei wormen in verrottinge te dooden, en doen afvallen: Het welk ook doen de versche korrels, als men dezelve kaauwt, ofte met water wryft, en op 't hooft smeert, om luizen te dooden, wel toeziende, dat men in 't kaauwen geen zap inswelge. Ook sterven de Hoenders, alsze van deze pitten eeten, het zy raauw of gekookt. Als de afgevallene vruchten nog niet geborsten zyn, zo moet menze in stroo of andere ruigte begraven, tot datze verrotten, en men de korrels mag uitneemen, die men ook onder heete asche braad, daar na de pitten uitneemt, en tot eeten bequaam als vooren maakt. Sommige Sineezen hebben eenige jaren herwaarts deze korrels uit Java alhier te koop gebracht, gevende tien voor een stuiver, om gebraden by de visch te eeten, maar zy waren zo ruig niet als de Amboinsche.

Als nu evenwel de Amboineezen deze vrucht tot kost willen toebereiden, zo doenze 't zelve buiten 't gezigt van veele menschen, want zy gelooven als een quaadaardig mensch, diergelyke zy Wangis *en* Matta Panas, *dat is Tovenaars en Heet-oogen noemen, by geval daar voorby gingen, en deze kerns aanzagen, zo zoude dezelve kost een schadelyke eigenschap ontfangen, 't welk zy ook observeeren in 't toebereiden van de wilde Oebis. De uitgeholde schaalen van deze korrels werden ook gebruikt, om tontel daar in te verwaren, werdende wederom een dekzel van hout daar op gemaakt. Zy dryven dikwils in Zee, en werden op de strand uitgesmeeten, waar vanze swart en mooi geschuurt werden.*

De vruchten komen ook aan dikke takken voort, aan een lange kromme steel, en grooter dan de rest aan den boom. De Baleyers zullen daar niet van eeten, of moeten

edunt, nisi prius per aliquot septimanas in aqua fuerint macerati, ac prius quædam illorum portio gallinis obfertur, ut exploretur, an sine noxa illos comedere possint. Recentia folia matutino collecta tempore, quum a rore madida sint, cum pauxillo salis & Limonum succo contrita, ac siccæ scabiei, *Cadel* dictæ, illinita, quæ cum pruritu proserpit, si fortiter illinantur, illam curant. In Uliassensibus insulis aliud addunt folium mihi ignotum. In Baleya sæpe fit, ut vaccæ inprudenter hæc comedant folia, quæ inde moriuntur: In fructibus diu in terra projectis & putridis vermiculi generantur.

Pangii maris foliatura convenit cum femina, sed nullos gerit fructus, ac plurimum in Baleya occurrit, ejus autem folia & cortex vim habent magis nocivam quam femina, unde & adhibentur ad pisces enecandos.

Utriusque *Pangii* folia contrita, inque aquam projecta squillas enecant, quæ tamen innoxie edi possunt.

EXPLICATIO

Tabulæ Quinquagesimæ Nonæ,

Quæ ramum exhibet *Pangii*, ex quo *fructus* dependent.

A. *Fructum majori* exprimit *forma.*
B. Ejus *ossicula* seu *nucleos* sistit.

OBSERVATIO.

Pangium a *Valentino* in *Amboin. descript. pag.* 213. obiter etiam commemoratur.

CAPUT DECIMUM QUARTUM.

Fructus Musculiformis: Boa Assuesseng.

FRuctus hic videtur esse ex genere præcedentis *Pangii:* Formam habet & magnitudinem coerulei conchylii dehiscentis, ac forte est *Pangium* montanum hirtum, protuberantibus eminentiis & conulis figuratum instar Pangii: A postica parte, quæ dorsum refert, ad aliquam adnectitur partem instar conchyliorum, atque ab ista parte & ad supremum & undique ad acutum apicem fissura est, acsi sese aperiret, in suprema vero ejus parte operculum videtur adhæsisse, quod per maturitatem decidit, uti in Pangio fit, in interna ejus parte bina crassiuscula & sicca apparent foliola instar labiorum, quæ in inferiore sua parte crassissima sunt, atque ex plurimis siccis filamentis intricatis constant: In externa fructus parte aliquando prismatica fungosa substantia reperitur instar suberis, quæ inter siccas rugas facile auferri potest, quum quædam etiam filamenta mollia sint: Siccum putamen nigricat cum cinereo mixtum instar Pangiorum.

Arbor ipsa ignota penitus est. Sicca ac vacua hæc putamina in Ceramæ litore inveniuntur circa Camariam & Hatisoam, uti & in Oma in fluviis prope Aboro, nec incolæ norunt ex quanam decidant arbore, dicentes, per flumina ex altis rapi montibus.

Nomen. Latine hactenus mihi dicitur *Fructus Musculiformis*, & Malaice *Boa Assuesseng*, h. e. fructus Conchylii ex ejus forma. Omenses hunc vocant *Ayhua Ette* seu *Ay Hoeamette*, h. e. fructum nigrum, multi autem non perfectam habent coerulei Conchylii formam, superna nempe parte planam, sed ab utraque parte compressi sunt, ita ut crassiores sint quam plani. Quidam etiam ad summum acute desinunt, unaque pars brevior est altera.

Usus ejus nondum notus est, sed quum rari sint hi fructus, tamquam aliquid curiosum asservantur, & incolæ Omæ illos colligunt, ut internam extrahant medullam, quam clavis pedum vel ulcerationibus illorum inponunt, quas curat.

In

ten eerst eenige weeken in 't water geweekt zyn, en dan werpenze nog eerst wat voor de Hoenders om te beproeven, of die het zonder schade kunnen eeten. De versche bladeren 's morgens vroeg afgenomen, alsze nat van den daauw zyn, met een weinig zout en zap van Lemoen-Maas *gewreven, en op de drooge schurft,* Cadel *genaamt, gesmeert, het welk met jeuken zeer voortkruipt, eerst dapper gewreven, geneest 't zelve. In de Uliassers doenze nog een ander blad daar by, zynde my nog onbekent. Op Baley gebeurt 't zomtyds dat de Koebeesten onvoorzigtig van deze bladeren eeten, die dan daar van sterven. In de vruchten, die lang op de grond leggen rotten, werden wormpjes gegenereert.*

Pangium *'t Manneken is van bladeren 't Wyfken gelyk, maar 't draagt gantsch geen vruchten, word meest op Baley gevonden, en is aan bladeren en schorsse nog schadelyker dan 't Wyfken, dierhalven tot dooden van Visschen gebruikelyk.*

De bladeren van een ieder Pangi *gewreeven, en in 't water gesmeeten, dooden de Garnalen, dewelke men echter zonder schade eeten kan.*

UYTLEGGING

Van de negen-en-vyftigste Plaat,

Dewelke vertoont een Tak van het *Pangium* met zyn *vruchten.*

A. Beduyt een *vrucht* in *'t groot.*
B. Deszelfs *korrels.*

AANMERKINGE.

De *Pangi-Boom* wert mede ter loops vermeldt by *Valent.* in de *beschryving* van *Ambon. pag.* 213.

XIV. HOOFDSTUK.

De Mosselformige vrucht.

D*Eze vrucht schynt een geslagt te zyn van de naastvoorgaande* Pangi*: Zy heeft de grootte en gedaante van een blaauwe-Mossel, dewelke gaapt, en is misschien een berg* Pangi*, buiten met uitsteekende rimpels en kanten, gefigureert als de* Pangi*: Van achteren (dat de rugge wil zyn) hangtze mede maar een stuk weegs vast, gelyk de Mosselen, en van daar af na boven, en rondom weder tot aan 't spitze eind is een openinge, als ofze gaapten, doch daar boven op schynt een dekzelken geweest te zyn, 't welk door rypheid afgevallen zy, gelyk aan de* Pangi *geschied, binnen ziet men twee dikachtige gedroogde blaadjes als lippen, die beneeden op 't dikste zyn, en van veele gedroogde draadjes in malkander verwert bestaan. Buiten om ziet men zomtyds nog hangen een persige vooze substantie, als kork, die men ligt tusschen de gedroogde rimpeltjes kan uitbaalen, wanneer men ook bevind, dat zommige draatjes nog week zyn. De gedroogde schaal is swartachtig, met wat graauw, gelyk de* Pangi-*vrucht.*

Den boom is nog onbekent. Men vind de drooge en leege schaalen op de strand van Ceram*, omtrent* Camarien *en* Hatisoa*, als mede op* Oma *in de Rivieren by* Aboro*, zonder dat de Inlanders weten te verhaalen, van wat boomen datze komen, zeggende alleenlyk, datze door de Rivieren van 't hooge gebergte afgevoert werden.*

Naam. *By provisie magze in 't Latyn heeten* Fructus Musculiformis, *of in 't Maleyts* Boa Assuseng, *dat is Mossel-vrucht, na hare gedaante. Die van* Oma *noemenze* Ayhua Ette *of* Ay Hoea Mette, *dat is swarte vrucht, veele hebben niet de volkomen fatzoen van een blaauwen Mossel, te weten bovenwaarts plat, maar zyn van vooren en achteren gedrukt, datze dikker zyn, dan breed. Zommige loopen ook na boven spits, en de eene zyde is wat korter dan de andere.*

Het Gebruik *is nog niet bekent, behalven dat menze wegens haar zeldzame fatzoen tot een rariteyt bewaart, en dat de Inlanders van* Oma *weeten te zeggen, datze deze vruchten zoeken om 't binnenste merg daar uit te krygen, en op krabben der voeten, of verouderde zeeren der beenen te leggen, en die te geneezen.*

In

A
B
B

In *Rumphii Appendice* hoc caput correctum & auctum sequenti invenitur modo.

Hic fructus, ut certus essem, ex quanam proveniret arbore, per triginta me annos occupatum tenuit, nec huc usque recte cognoscere id potui, diu enim ejus arborem putavi esse montanam praecedentis Pangii speciem, quum incolae nunquam mihi ejus perfectos flores vel folia ostendere potuerunt, qui semper modo depuratos & per aquam circumactos invenerunt fructus in Ceramae ora australi prope fluminum ostia. Donec tandem anno 1693. in magna Correnorum visitatione mihi folia fructusque perfecti fuerint adlata ex Ceramae ora, ex quibus cognovi nullam cum Pangio habere affinitatem, sed potius montanam esse speciem subsequentis *arboris Lactariae*, seu *Mangae Bravae*, in certo enim ejus ramulo mihi apparuit, folia ejus locata eodem fere modo solitaria circa ramulos, quorum tria quatuorve simul uno ex ortu proveniunt, ex quorum centro racemus florifer exoritur. Hujus autem folia sunt minora illis *Mangae Bravae*, inferiore parte angustata, superiore magis dilatata seu rotunde desinentia, instar illorum *Caju-Puti*, sex vel octo pollices longa, tres digitos lata, horumque costae transversales sunt.

Flores ex simplici brevique progerminant racemo, qui similes sunt illis Mangae Bravae, sed multo minores, inque illo unus alterve modo fructus perfectus est, illosque silvestris Catappae aemulans, tres nempe pollices longus, vix unum latus, ex rotundo compressus, & ab utraque parte per longitudinem sulcum planum gerens, externe graminei coloris, interne duriuscula carne fructus hic musculiformis repletur, caro haec lacte turget, uti & cuncta folia, eorumque petioli, in vetustis vero fructibus haec exsiccatur in lentam ac tenacem substantiam, quae adnectitur oris fructuum protuberantibus: Siccus vero fructus, qualis plerumque invenitur, prona parte amplam gerit fissuram, cui tamen nullum operculum fuit junctum, ad dorsum vero & ab inferiore parte usque ad summum connectitur, unde conchae apertae speciem prae se fert: Fructus hic externe rugosus est, apicibus protuberantibus ac lineis obductus, acsi opus topiarium esset, qua in re cum Pangio convenit, omnes autem ejus anguli ac foveae substantia tenaci ac sicca replentur, acsi ex subere esset confecta, quae externe pellicula obducitur tenui.

Intus locantur bina triangularia & sicca foliola labiata, inferiore sua parte latissima & crassissima, atque ex plurimis siccis filamentis adunatis & intricatis constant: Si nuclei substantia eradicetur, vel aquae rotatione abradatur, tum fructus miram contrahit formam, quae est, acsi arte quadam prominentiis certis esset exsculpta, ipsique figurae quaedam inpressae, quaedam autem harum formarum orae sunt molles & fibrosae.

Hujus quoque fructus variae inveniuntur formae, quae forte totidem ejus sunt species, vulgatissimae autem sunt oblongae instar vulgaris conchae seu musculi, quaedam sunt breviores & rotundiores, sed prominentiae harum sunt majores magisque circinnatae, quaedam vero sunt Glandibus minores. Putaminis color est ex cinereo nigricans instar illorum Pangii.

Nomen. Latine *Fructus Musculiformis*: Malaice *Boa-Assusseng*. Belgice *Mossel-vrucht*. Omenses illum vocant *Ay-hua-ette* seu *Ay-hua-mette*, h. e. fructum nigrum, Camarienses vero illum nominant montanum *Wabo* seu *Obupaë* terrestrem, h.e. *Mangam Bravam* montanam.

Locus. Hi fructus plurimum inveniuntur in littoribus Camariensibus, & in australi Omae plaga circa majorum fluminum ostia, eorum vero arbores incolis fere ignotae sunt, credentes in montibus remotis locari, memorata autem Correorum visitatione compertum est, arbores hasce haud ita remotas a litore crescere.

Usus. Incolae de ejus usu nil nobiscum communicandum habent, excepto quod Omenses praedicent, hosce sese quaerere fructus, ut medullam internam extrahant, quam clavis pedum inveteratisque exulcerationibus inponunt, quas curat, alioquin sicci & depurati hi fructus inter res curiosas adservantur.

In de Appendix *van* Rumphius *werd dit Hooftstuk vermeerdert en verbeetert gevonden op de volgende wyze.*

Met deze vrucht uit te vorschen, van wat boom dat zy komt, heb ik wel 30 *jaaren toegebragt, en tot nog toe geen volkomene kennisse gekregen, want ik hebze lang voor een berg-zoorte van de voorgaande Pangi gehouden, dewyl my de Inlanders nooit bladeren, of volkome vruchten daar van konden toonen, vindende alleenlyk schoongemaakte en door 't water gerolde vruchten op Cerams Zuid-kust, by den uitgank van de Rivieren. Eindelyk anno* 1693 *by de groote visite der Corren, zyn my bladeren en volkome vruchten van Cerams kust gebragt, waar aan ik gemerkt hebbe, dat het geen gemeenschap heeft met Pangi, maar veel meer een berg-zoorte zy van de volgende* Arbor Lactaria *of* Manga Brava, *want aan een taksken daar van medegebragt, bevond ik dat de bladeren staan op gelyke manier enkelt rondom de takken, waar van* 3. *en* 4. *by eenen oorspronk t'zamen stoten, gevende uit haar midden het bloeyende trosje. Doch deze bladeren zyn kleinder dan die van* Manga Brava, *achter smal, en vooren breed of rondachtig, gelyk die van* Caju-Puti, 6. *en* 8. *duimen lank,* 3. *vingers breed, en haare ribbekens lopen dwers.*

Het bloeizel komt aan een enkeld kort trosje, gelykende na dat van Manga Brava, doch veel kleinder. Aan 't zelve trosje komt maar een a twee vruchten tot perfectie, en gelyken na die van de wilde Catappan, te weten, 3. *duimen lank, en schaars een breed, uit den ronden wat plat, ter weder zyde in de lengte een vlakke geut hebbende, buiten gras-groen, en met een hartachtig vleesch, de binnenste Mossel-vrucht verbergende, welk vleesch vol melk is, gelyk ook alle de bladeren en steelen zyn, doch aan de oude droogt het op tot een taaye substantie, dewelke vast hangt aan de uitstekende kanten van de vrucht. De drooge vrucht, gelyk menze gemeenlyk vind, heeft aan de voorste kant, als gezegt, een wyde scheur rondom, waar op echter geen dekzel gezeten heeft, en aan de rugge en van onderen rondom tot aan de voorste helft hangtze aan malkander, waar door zy de gedaante van een gapende Mossel verbeelt. Buiten isze ruig met uitstekende punten en linien, als met graveerzel bezet, waar inze met de Pangi overeenkomt, zynde alle de hoekjes en kuiltjes met een drooge taaye substantie als met kork uitgevult, en buiten om bekleet met een dun velletje.*

Binnen ziet men twee dikachtige en gedroogde blaadjes als lippen, die beneden op 't dikste zyn, en van veele gedroogde draatjes in malkander verwert bestaan. Als men de korkachtige substantie uitpeutert, of door het rollen in 't water versleten werd, zo krygt de vrucht een rare gedaante, als ofze door konst met verheve figuurtjes gegraveert was, doch zommige kanten van dit graveerzel zyn week en vezelachtig.

Zoo heeft men ook verscheide gedaanten van deze vrucht, het welk misschien zo veele zoorten zyn, want de gemeenste zyn lankwerpig als een ordinaris Mossel, zommige zyn korter en ronder, doch het graveerzel is zo klein als Eekelen. De coleur van de schaal is swartachtig, met wat graauw, gelyk die van Pangi.

Naam. *In 't Latyn* Fructus Musculiformis. *Op Maleyts* Boa Assusseng, *in 't Duits* Mossel-*vrucht. Die van* Oma *noemenze* Ay-hua-ette, *of* Ay-hua-mette, *dat is swarte vrucht, die van* Camarien *noemen het* Berg-Wabo, *of Land-*Ohupaë, *dat is Berg* Manga Brava.

Plaats. *De vruchten vind men veel op de stranden van* Camarien, *en op de Zuid-zyde van* Oma, *omtrent de uitgank van groote Rivieren, doch de boomen zyn by de Inlanders meest onbekend, gelovende datze diep in 't gebergte staan, maar by de voornoemde Corre-togt is bevonden, dat de boomen zo heel verre van strand niet en staan.*

Gebruik. *De Inlanders weten ons van zyn gebruik niets te zeggen, behalven dat die van* Oma *voorgeven, datze deze vruchten zoeken om het binnenste merg daar uit te krygen, en op krabben der voeten, en verouderde zeeren der beenen te leggen, om die te geneezen, anders zyn de drooge en schoongemaakte vruchten waard, dat menze onder rariteiten bewaart.*

Meo autem judicio hæc arbor affinis est alii, quæ itidem anno demum 1693 mihi innotuit, ac memorato in itinere detecta fuit, quæ *Lactaria Salubris* seu *Upas Lacki Lacki* vocatur, quæ affinis quoque est *Mangæ Bravæ*, quæ infra in 42 capite describitur.

Myns oordeels heeft dezen boom eenige maagschap met een ander, dewelke Ik ook eerst in 't jaar 1693. heb leeren kennen, en op de voornoemde togt ontdekt is, genaamt Lactaria Salubris, *of* Upas Lacki Lacki, *zynde mede een maagschap van Manga Brava, den welken ziet in 't volgende 42. Kapittel.*

EXPLICATIO

Tabulæ Sexagesimæ,

Quæ ramum exhibet arboris, cujus fructus *Musculiformis* a *Rumphio* vocatur.
A. Ipsum denotat *fructum.*

UYTLEGGING

Van de zestigste Plaat,

Dewelke vertoont een Tak van een boom, welkers vrucht de *Mosselvormige vrucht* van *Rumphius* genaamt wert.
A. Wyst aan de vrucht zelve.

OBSERVATIO.

Arborem hanc ad *Apocyni* genus pertinere, facile constat, unde & *Apocynum* arborescens fructu Musculiformi topiario vocari posset.

AANMERKING.

Dat deze Boom tot het geslagt van de *Apocynum* behoort, is licht uit de beschryving af te nemen, waarom ze ook boomachtige *Apocynum* met een Mosselformige verhevene vrucht genaamt kan werden.

CAPUT DECIMUM QUINTUM.

Ampacus latifolius. Ampac.

AMpacus duplex est, major nempe & latifolius, alter vero minor & angustifolius, major *Ampacus* hoc peculiariter describetur capite.

Est autem plerumque frutex ingens, raro arbor, hominem crassa est, qualis in desertis crescit locis, ejusque truncus non rectus, sed incurvus & sinuosus est, atque sæpe etiam inclinans. Ejus cortex est ex cinereo ruffus, fragilis, succosus, ac facile ab arbore separari potest. Folia sunt magna, tria semper juncta in communi petiolo longo, quorum medium longius est binis lateralibus, sunt autem oblonga, ab utraque parte angustata, superius subrotundo-acuminata, plerumque octo longa pollices, quatuor lata, in junioribus vero duodecim longa sunt pollices, septem & octo pollices lata, flaccida, inferius mollia & lanuginosa, instar foliorum Cydoniæ, quales & sunt petioli, qui in tenuibus & longis ramis cruciatim locantur, costæ transversales arcte sibi accumbunt & oblique decurrunt: Ex foliorum alis longi progerminant racemi, uti in Alcanna vel Vite.

Flosculi sunt copiosi & congesti, atque ex quatuor parvis & subrotundis constant petalis, qui in centro plurima gerunt stamina breviuscula cum antheris flavescentibus, in quorum medio stilus excrescit luteus, sunt autem inodori, atque sub hisce racemis bina plerumque foliola supponuntur flaccida, minora reliquis. Flosculis succrescunt baccæ parvæ, binæ sibi junctæ Coriandri semini similes vel paulo minores, virides, quæ sese aperientes ossiculum exhibent parvum instar seminis Sinapios, ex coeruleo nigrum, glabrum & splendens instar Margaritæ. Si baccæ istæ in quatuor dehiscant segmenta, florem referunt quadripetalum, quæ diu in racemo persistunt, licet semina fuerint delapsa, quæ nullum notabilem habent saporem.

Arboris lignum est molle, album, siccum, & inutile, ex trunco effluit, sed perpauca & rara resina flava, plerumque pellucida, nunc citrina, nunc crocea instar Succini, quæ dura admodum est instar *Dammaræ Batu*, sique recens sit, nullum peculiarem spirat odorem, immo ingrata fere est, sed vetusta & crocea, carbonibus inposita odorem spirat *Styracis Calamitæ* vel proprie *Caju Lacca*, resina hæc non invenitur nisi circa fissum corticem prope nodos, qui soli expositi sunt, in parvis granulis.

Arboris cortex gravem spirat hircinum odorem, incolis tamen gratum, in una tamen regione jucundiorem quam in altera. In Hitoe saltem & Uliassensibus insulis non ita ingratus est quam in Leytimora: Flores fert Junio, ac brevi post fructus conspiciuntur maturi, qui diu ex racemis dependent in quatuor fissi segmenta, qui semina sua emiserunt.

Nomen.

XV. HOOFTSTUK.

De Breedbladige Ampac-Boom.

DE Ampac-boom is tweederlei, de eerste groote, en breedbladige, de tweede kleine, en smalbladige. De groote, zynde de eigentlyke Ampac, zullen wy in dit Kapittel beschryven.

De zelve blyft meest een groote struik, zelden werdende een boom van een mans dikte, te weten, op eenzame, wilde plaatzen, wiens stam ook niet regt, maar bochtig, en voor over hellende staat. De schorsse is ligt-ros, en met graauw gemengt, breekzaam, zappig, en laat zig ligt van den boom schellen. De bladeren zyn groot, staande altyd drie by malkander op een lange steel, waar van het middelste langer is dan de twee ter zyden, lankwerpig, en achter toesmallende, voor rond met een kort spitsje, in 't gemeen acht duimen lank, vier dito breed, aan de jonge boomen twaalf lank, en zeven a acht dito breed, slap, van onderen zagt en wollig, als queebladeren, gelyk mede de steelen, dewelke aan de dunne lange takken in 't kruis staan, de ribben zyn digt, en loopen schuins. Uit den schoot der bladeren komen lange trossen, gelyk aan de Alcanna of Wyngaart.

De bloempjes staan digt, en zyn van vier kleine en rondachtige blaadjes gemaakt, met veele korte draatjes in de midden, en bleek-geele nopjes, daar op in de midden een geel heuveltje, en zonder reuk: aan deze trossen ziet men ook gemeenelyk twee weeke bladeren staan, kleinder dan de andere. Op de bloempjes volgen kleine bezien twee en twee by malkander, den Coriander gelyk, of wel zo klein en groenachtig, dewelke opengaande vertoonen ieder een klein korltje, van binnen als een Mostaart-zaat, uit den blaauwen swart, glad, en glimmende, als een Parel. Als de voornoemde bezien haar openen in vier schilfertjes, verbeelden zy een vierbladig bloempje, blyvende nog lang aan de tros staan, al zyn de zaden uitgevallen, die geen merkelyke smaak hebben.

Het hout is week, wit, droog, en tot niets gebruikelyk, uit den stam vloeid, doch zeer schaars, een weinig bleek-geele hers, meest doorschynend, zommige Citroenverwig, zommige hoog-geel, als Bernsteen, zo hart als de Dammar Batu, vers zynde heeftze geen byzondere reuk, ja bykans onlieffelyk, maar oud en te deeg geel geworden zynde, riekze op koolen na Styrax Calamita of eigentlyk na Caju Lacca. Men vind deze hers niet dan omtrent de geborstene schorsse by de knoesten, die wel ter Zonne staan, en dat nog met kleine klonters.

De schorsse van den boom heeft ook een sterken bokachtigen, doch by de Inlanders aangenamen reuk, maar op 't eene Land lieffelyker dan op 't ander: Immers op Hitoe, en in de Uliassers isze zo onlieffelyk niet, als op Leytimor: Het bloeid in Juny, en kort daar na ziet men ook de rype vruchten aan de trossen, die daar lang blyven aanhangen, te weten, in vieren gespleeten, die 't zaad meest uitgeworpen hebben.

Naam.

Nomen. Latine *Ampacus.* Malaice & Balaice *Ampac.* Amboinice in Hitoe *Sico Hajate.* In Leytimora *Siu Hunæ*, & *Suibumate*, h. e. foetentes umbilici sordes, ob ingratum corticis odorem, præsertim in Leytimora. In Oma & Uliassensibus insulis vocatur *Ayassa*, *Assa*, & *Mattælan.* In Manipa *Sassea.*

Locus. In Amboina non frequenter occurrit, ac plurimum in Hitoes regione, atque in tribus insulis Uliassensibus non procul a litore in levibus silvis soli expositis, nec vastas arbores habentibus, nullum enim emittit gummi, si per solem non bene exuratur. In Baleya majori occurrit quantitate, ubi & plus resinæ exsudat, quæ tarde indurescit, ac melleum gerit colorem.

Usus. Apud Amboinenses hæc arbor ejusque resina nullo in usu est, Baleyenses vero ejus adhibent resinam ad manubria armorum firmanda, quem in finem hæc aptior ab illis judicatur ulla alia resina, licet enim in arbore tarde indurescat, si semel fuerit sicca, durissima est, ac firmiter retinet illa, quæ ipsi sunt juncta. Hanc autem iterum liquefactam in manubria effundunt, ac dein arma inmittunt.

Cum foliis in quibusdam locis caput & corpus lavant, quum sudorem & sordes optime detergant. Cervi hanc amant arrodere arborem, ejusque corticem graviter olentem comedunt.

Sassea in Manipa crescens odoratum gerit corticem instar Amboinensis, quem mulierculæ præparant in linimentum, quo faciem inungunt ad colorem ipsi conciliandum purum ac splendentem.

Arbor *Haulawan*, h. e. Caryophyllum spirans, in Manipa crescens, ex genere Ampaci videtur, licet non gerat folia ternata, ejus enim folia sunt oblonga & rugosa instar *Ampelaes*, sed longiora & tenuiter serrata. Post folia in rachidibus plurima excrescunt grana longis insidentia petiolis, magnitudine Cubebarum, viridia, sine notabili sapore. Hujus arboris corticem contundunt Manipenses in aqua, corpusque illiniunt, si illud lavant depurationis gratia.

Tabula Sexagesima Prima

Ramum exhibet Ampaci latifoliæ, uti a *Rumphio* vocatur.

OBSERVATIO.

Hæ arbores Rhois veræ sunt species, vocaturque mihi hæc Rhus foliis ternatis petiolatis oblongis, ex petiolis florifera.

Naam. *In 't Latyn* Ampacus. *Naar 't Maleytse en Balische* Ampac. *Op Amboins, op Hitoe* Sico Hajate. *Op Leitimor* Siu Hunaë, *en* Suihumate, *dat is stinkende vuiligheid des navels, wegens den onlieflyken reuk van de schorsse, inzonderheid op Leitimor.* *Op* Oma, *en de Uliassers* Ayassa, Assa, *en* Mattaëlan. *Op Manipa* Sassea.

Plaats. *Men vind het in Amboina niet veel, en meest op 't Land van Hitoe, en in de drie Uliassers, niet verre van strand, in ligte Bosschagien, die wel ter Zonne staan, en geen groote boomen rondom hebben, want hy geeft anders geen Gom, als hy niet ter degen van de Zonne gebrand werd. Op Baly vind menze in meerder quantiteit, alwaarze ook meerder hers geven, het welk langzaam opdroogt, en hooningverwig is.*

Gebruik. *By de Amboineezen is dezen boom en zyn hers in geen gebruik, maar de Baleyers gebruiken 't hers om hare Kritsen in de hegten vast te maken, waar toeze dit bequamer vinden dan eenig ander hers, want hoewel 't aan den boom langzaam droogt, zo werd het nogtans, eens droog zynde, zeer hard, en houd vast al 't geene, daar het aanhaakt. Zy moeten het eerst wederom smelten, in de hegten gieten, en daar na 't geweer in steeken.*

Met de bladeren wassen zy op zommige plaatszen 't lyf en hooft, om datze den sweet en vuiligheid afneemen. De Herte-beesten knauwen ook gaarn aan dezen boom, en eeten de sterkriekende schorsse daar van.

Het Sassea *op* Manipa *wasschende, heeft een schorsse welriekende als de Amboinsche, die de Vrouwtjes mede gebruiken tot papjes op het aangezigt te smeeren, om het zelve rein en blinkend te maken.*

Den boom Haulawan, *dat is nagel-ruikende, en op Manipa wasschende, schynt mede uit de maagschap van* Ampac *te zyn, hoewel hy geene drie bladeren by malkander heeft, want de bladeren zyn ruig en lankwerpig, als* Ampelaas, *doch langer en fyn gezaagt. Achter de bladeren aan de ryskens staan veele ronde korreltjes op lankachtige steeltjes, in de grootte van Cubeben, groenachtig, zonder merkelyken smaak. Dezes booms schorsse stooten de Manipeezen in water, en smeeren het lyf daar mede, als ze het wassen willen, om het zelve te reinigen.*

De een-en-sestigste Plaat

Vertoont een Tak van de breedbladige Ampac-boom, zo alsze van *Rumphius* genaamt werd.

AANMERKING.

Deze boomen zyn waare zoorte van de Rhus, en werd deze van my genaamt Rhus, met drie lankwerpige gesteelde bladen, uit de steelen bloem dragende.

CAPUT DECIMUM SEXTUM.

Ampacus angustifolia. Gendarussa Besaar.

MInor seu angustifolia Ampacus cum præcedenti maxime convenit forma & modo crescendi, sed folia sunt plerumque minora, quinque nempe et sex pollices longa, binos & binos cum dimidio lata, ternata quoque, & cruciatim posita in longis flagellis, in hac vero specie non sunt lanuginosa, sed glabra, & ex nigro splendentia folia; longioribus rotundioribus & angustioribus petiolis insidentia, triaque semper uno ex ortu propullulant, ubi folia hæc sunt latiora & sibi invicem quasi adunata. Quæ contrita acidulum & aromaticum quasi spirant odorem, qualem & cortex fundit in quibusdam locis: Lagondi folia esse quis putaret, nisi essent nimis magna.

Trunci lignum satis grave est, si recens cædatur, adeoque siccum, ut nulla humiditas in illo observetur, aliquando ejus frusta sicca foco adhibentur, quæ aromaticum spirant odorem, si cortice obducta sint. Truncus itidem plerumque fruticosus est, excepto si per octo vel decem annos in hortis silvestribus conservetur, ubi frutex binis ternisve truncis excrescit in Abietis altitudinem & cruris crassitiem, cæterum in viis publicis, aliisque incultis silvis humilis est frutex & incurvus. Cortex glabrior & tenuior est quam præcedentis, ex nigro fuscus, fragilis, & a ligno facile separandus, sed fortiorem spirat odorem, proxime accedentem ad piscem *Cutanam*, quæ piscis coriacei species est, hircinum olens fœtorem: In Uliassensibus non ita gravem habet odorem, immo si siccus sit ac tostus, satis gratum diffundit odorem, ita ut ibi quoque conservetur & aliis misceatur suffimigiis, e contra Leytimorensis, quique circa Larique crescit, penetrantissimus ac purissimus est.

Ex hoc cortice nullum notabile exsudat gummi, sed hinc inde in fissuris aliquid resinosi hæret, immo aliquando granula colliguntur ex illis, flava instar sulphuris, & fragilia. Flores, racemi, ac semina sunt uti præcedentis, excepto quod majori copia in foliorum rachidibus observentur, brevibus copiosisque incidentia racemis istis in locis, ex quibus folia deciderunt. Floret Februario, ac semina obscure nigricantia & instar margaritarum splendentia diutius pericarpiis inposita sunt atque inhærent.

Nomen. Latine *Ampacus angustifolia.* Malaice & Balaice *Genda Russa Besaar*, hanc enim habent pro specie *Genda russa*, quum gravi odore cum ipsa conveniat: Amboinenses idem ipsi tribuunt nomen ac præcedenti æque in Hitoe, ac in Uliassensibus insulis. Ternatice dicitur *Giba.*

Locus. In iisdem invenitur locis, in quibus præcedens, optima autem occurrit in insula Oma.

Usus. Quum hujus lignum sit solidius, gravius, diutiusque duret, ad tigilla adhibetur, licet raro ita rectum inveniatur, ac solummodo in remotis montibus, ubi per multos annos quiete steterit, uti in Leytimora in montibus Oorimessensibus, ubi elegantissimum ac rectissimum præbet lignum. Si vero terram tangit, facile putrescit, sed tectis optimum est & satis durabile, præsertim in Amboinensium ædibus copioso fumo sæpe repletis.

Qui insulam Omam inhabitant, adservant inferiorem corticis partem prope radicem decorticatam, illumque adhibent siccum ad suffimigia, quæ vulgo *Tonohubo* ipsis vocantur. Hic cortex cum illo *Pule*, in aqua contritus & oleribus inspersus vermes & erucas fugit. Cervi sese lubenter adfricant hujus arboris cortici.

Hujus species in litore videtur crescere, quæ similiter folia gerit ternata, communi petiolo insidentia, *Cacaræ* fere similia, sed angustiora & glabriora. Fructus ex longis dependent racemis instar Piperis arcte sibi juncti, sphærici instar nodi Thoracis, corallii rubentis coloris, externe molli obducti carne, intus ossiculum durum gerentes instar officuli Cerasi. Arbor hæc crescit in litoribus sterilibus & saxosis, fructus gerit mense Julio.

In-

XVI. HOOFTSTUK.

De smalbladige Ampac-Boom.

HEt kleine of smalbladige Ampac, *is aan gedaante en manier van wassen, 't voorgaande meest gelyk, behalven dat de bladeren doorgaans kleinder zyn, te weeten, vyf en zelden zes duimen lank, twee en twee en een half breed, ook drie by malkander op lange steelen, mede in 't kruis, rondom de lange garten, die aan deze zoorte niet wolachtig zyn, gelyk ook de bladeren, maar glad en swart-bruin, deze ryskens zyn langer, ronder, en ranker dan aan 't voorgaande, en staan altyd drie by malkander, en als aan malkander gezet. De gewreevene bladeren hebben een zuurachtigen, en schier specer yachtigen reuk, gelyk ook de schorsse op zommige plaatzen. Men zoudeze aanzien voor Lagondi, zoze niet te groot waren.*

Het hout van den stam is redelyk swaar, als men 't vers kapt, en zo droog, dat men daar aan de minste vogtigheid niet ziet, zomtyds vind men de drooge stukken, die men tot brandhout gebruikt, die een specery achtigen reuk van haar geven, als 'er de schorsse nog aan is. Den stam blyft ook meest een struik, ten ware dat men hem acht à tien jaren in de Bosch-thuinen bewaarde, wanneer den struik met twee à drie stammen opschiet, tot de boogte van een sparre, en de dikte van een dye, anderzints blyft hy maar laag en krom. De schorsse is effender, en dunder dan 't voorige, swart-bruin, zeer bros, en van 't hout licht afvallende, doch sterker van reuk dan 't vorige, zeer na komende met den Vis Cutana, *een zoorte van Leer-vis, die zeer bokachtig ruikt. In de Uliassers ruiktze zo stark niet, ja gedroogt zynde, en gebrand, werdze redelyk aangenaam, zo dat zyze aldaar ook bewaren, om onder ander reukwerk te mengen, daar en tegen die op Leitimor, en omtrent Larique ruikt het aldersterkste en zuiverste.*

Uit deze schorsse sweet geen merkelyken Gom, maar hier en daar in de scheuren hangt zo wat hersachtigs, en zomtyds ook kleinder kruimtjes, geel als swavel, en bryzelig. De bloeizel, trossen, en zaad zyn als aan 't voorgaande, behalven datze in meerder meenigte aan de ryskens staan, in korte trosjes veele by malkander, in plaatzen daar de bladeren afgevallen zyn, en men zietze in February, en de glimmende swart-bruine Pareltjes blyven langer in de huiskens hangen.

Naam. *In 't Latyn* Ampacus angustifolia. *Op Maleyts en Balys* Genda Russa Besaar, *want zy houden 't voor een zoorte van de* Genda russa, *alleenlyk om datze in sterken reuk der schorsse met 't zelve wat over een komt. De Amboineezen noemen het met den zelfsten naam als 't voorgaande, zo wel op Hitoe, als in de Uliassers, op Ternaats* Giba.

Plaats. *Men vind het op dezelfste plaatzen, als 't vorige, doch 't beste vind men op het Eiland Oma.*

Gebruik. *Dewyl dit hout wat digter, swaarder, en duurzamer is, zo werd het tot sparren gebruikt, hoewel men 't zelden zo regt kan vinden, en dat alleen in 't afgelene gebergte, daar 't lange jaren rust heeft, gelyk op Leitimor in 't gebergte van Oorimessen, daar 't zeer schoon en regt wast. Als 't de aarde raakt, vergaat het zeer ligt, maar in het dakwerk is 't durabel, bezonderlyk in der Amboineezen huizen, daar veel rook is.*

Die op 't Eiland Oma bewaren de onderste stukken van de schorsse, die naast de wortel afgeschilt zyn, en gebruiken die gedroogt onder haar reuk-werk, 't welk zy in 't gemeen Tonohuho *noemen. Deze schorsse met die van* Pule *in 't water gewreeven, en op de Moeskruiden gestrooit, verdryven al 't gewormpte en rupzen. De Herte-beesten wryven zig geern tegens zynen bast.*

Hier van schynt een zoort op strand te wasschen, waar aan de bladeren insgelyks drie en drie op een steel staan, bykans de Cacara *gelyk, doch smalder, en gladder. De vruchten hangen aan lange trossen als peper, digt in malkander gedrongen, regt-rond, als een Wambas-knoop, koraal-rood, buiten met een week vleesch, binnen met een harde steen, als een kersse-steen: 't Wast op magere en steenige stranden, de vruchten ziet men in July.*

Het

Interim *Ampacus Litorea prima* dici potest, Amboinensibus nullo innotuit nomine nec usu.

In Leytimora altera ejus minor occurrit species, quæ in longis petiolis tria simul juncta folia quoque gerit, brevibus propriis insidentia pedunculis, quæ quinque pollices longa sunt, binos cum dimidio lata, medium vero sex, septem, & octo pollices longum est, Lansii foliis simillimum, siccum, & tenue, costæ transversales alternatim locantur.

Flores vero amplis insident racemis ex quatuor parvis & albicantibus petalis constantes, parum retroflexis, acidulum spirantes odorem, non autem ingratum, in horum centro quinque albicantia stamina locantur.

Quædam ex Amboinensibus mulieribus corticem supra memoratæ angustifoliæ speciei conterunt in tenuem pultem, qua faciem illiniunt, ut elegantem sibi concilient colorem.

Tabula Sexagesima Secunda

Ramum exhibet Ampaci angustifoliæ, floribus ex ramo & petiolis ortum ducentibus.

OBSERVATIO.

Hæc mihi dicitur Rhus foliis ternatis oblongo-acutis, ex ramis & petiolis florifera. Ampacus arbor a *Valent. p.* 213. obiter describitur, ejusque ramus in *Tabula No.* XLI. exhibetur.

Het mag by provisie bieten Ampacus Litorea Prima, *by de Amboineezen beeft bet nog geenen naam, of gebruik.*

Op Leitimor vind men een kleinder geslagt, 't welk op lange steelen mede draagt drie bladeren by malkander, op korte steeltjes gevoegt, vyf duimen lank, twee en een halve breed, waar van 't middelste zes, zeven, en acht duimen lank is, de Lanze-bladeren zeer gelyk, droog, en dun, de dwers-ribben staan verwisselt tegen malkander.

De bloemen staan aan wyde trossen, van vier kleine en witte blaadjes gemaakt, een weinig achterwaarts geboogen, wat zuur riekende, doch niet onlieflyk, binnen in verbergenze vyf witte draatjes.

Zommige Amboineeze vrouwen wryven de schorsse van 't bovenstaande Angustifolia *tot een fynen bry, en besmeeren baar aangezigt daar mede, om op baar manier blank te werden.*

De twee-en-zestigste Plaat

Vertoont een Tak van de smalbladige Ampac-Boom, met zyn bloemen uit den Tak en steelen der bladen te voorschyn komende.

AANMERKING.

Deze Boom wert van my genaamt Rhus, met drie langwerpige puntige bladen, uit de takken en steelen vrucht dragende. En wert Ampac-Boom van *Valent. p.* 213. genaamt, en op de *Plaat* onder *No.* XLI. verbeeldt.

CAPUT DECIMUM SEPTIMUM.

Flos Cuspidum. Bonga Tanjong, Fula Kauki.

Describturo tales arbores, quæ ob gratos coluntur flores, primo mihi occurrit *Bonga Tanjong*, quæ a Malayensibus, qui optimam habent florum cognitionem, tanquam princeps arborum floriferarum habetur.

Arbor proxime accedit ad Caryophyllum, estque elegantissima, comâ regulari modo ordinata & densa, cujus rachides ac folia jucundum quoque præbent adspectum, magnitudinem & altitudinem habet vulgaris Limonii; Ejus truncus simplex est & erectus, sed non altus ac crassus, raro rotundus, plurimum angulosus, quasi ex variis constructus esset truncis, si nempe vetustus sit, mediocres enim vulgo rotundi sunt. Ejus cortex est crassus, durus, rugosus, & fissus, sique incidatur, paucum exstillat spissum lac. Folia sunt solitaria, irregularia, sed copiosa, Citri foliis quodammodo similia, vel paulo latiora, integra, quatuor pollices longa, binos lata, obtuso apice instructa, glabra, firma, & splendentia, multis transversalibus pertexta venulis, non tamen protuberantibus, nec adeo parallelis ac in Caryophylli foliis. Horum foliorum oræ ab inferiore parte quodammodo sinuosæ sunt, suntque ob scabritiem parum incurvæ.

Ex foliorum alis tria, quatuorve, sed plerumque bina progerminant capitula, ex rotundo acuminata instar capitulorum Lini, crocea, quum hæc sese aperiunt, flosculos exhibent unguis magnitudine, ex simplicibus acuminatis petalis constructos, primo enim gerunt tria, quatuor & quinque parva petala, quæ ipsis pro operculo externo inserviunt, ipsis jungitur ordo alter decem vel duodecim parvorum, albicantium, & angustorum petalorum, magis acuminatorum, spicæque apicem referentium, quorum bina semper sunt conjuncta. Circa centrum tertius occurrit petalorum ordo extrorsum inflexorum, quum flos sit apertus, ac tandem in ipso centro minor, & quartus occurrit ordo petalorum minorum introrsum inclinantium, parvamque constituentium cavitatem, sub quibus capitulum seu germen locatur, quod in fructum excrescit.

Omnia ista petala acuminata in centro connexa sunt, ac circa germen instar coronæ ponuntur, quæ ita simul etiam decidunt, rotundum relinquentia foramen, quod

XVII. HOOFTSTUK.

De Tanjong-Boom, of Boom der spitze Bloemen.

Zullende nu die boomen beschryven, die men wegens baar lieflyke bloemen aanqueekt, zo komt voor eerst voor de Bonga Tanjong, *by de Maleyers (dewelke de beste kennisse en oordeel hebben van bloemen) voor de Princesse van de Boom-bloemen gebouden.*

De boom is naast de Nagel-boom, eene van de cierlykste met een welgeschikte en dikke kruin, zo van ryskens, als loof, fraai om aantezien, in de grootte en boogte van een gemeene Lemoen-boom, den stam is enkeld, rond, niet boog, maar dik, zelden rond, maar hoekig, en als uit verscheide stammen t'zamen gezet, te weten, alsze oud werd, want de middelbare zyn meest rond. De schorsse is dik, hard, ruig, en geborsten, en als men daar in kapt, loopt 'er een weinig dikke melk uit. De bladeren staan enkeld, en zonder order, doch veele aan de takskens, de Citroen-bladeren eenigzints gelykende, of wel zo breed, en met effene kanten, vier duimen lank, en twee breed, met een stompe spits, glad, styf, en glimmende, met veele fyne ribbetjes dwers doorreegen, nergens uitsteekende, zo evenwydig niet, als aan de Nagel-bladeren. De kanten van deze bladeren zyn van onderen een weinig gezoomt, en staan wegens baar styvigbeid wat bogtig.

Uit de schoot der blaadjes komen drie, vier, doch meest twee knoopjes voort, uit den ronden toegespitst, gelyk de Lynzaat-knoppen, boog-geel, deze baar openende, vertoonen kleine bloempjes, in de grootte van een Nagel, meest van enkelde spitsjes gemaakt, want vooreerst bebbenze drie, vier, en vyf kleine blaadjes, die baar tot een dekzel van buiten dienen, naast die staat een andere ryg van tien a twaalf andere kleine, witte, en smalle blaadjes, meer de spits van een Ayre gelykende, en altyd twee aan malkander: Wat inwaarts ziet men nog een diergelyke kring, wiens blaadjes uitwaarts geboogen zyn, als de bloeme open staat, eindelyk in de midden staat nog een kleinder kring, van nog kleinder blaadjes gemaakt, die inwaarts stuiten, en een kleine bolligbeid maken, waar onder staat een klein knopje, daar de vrucht uit werd.

De spitzen zyn allegaar aan malkander vast op de bodem, en staan om 't voorschreeve knopje, als een kransjen, dies zy ook zo gebeel afvallen, met een rond gat in de midden, daar

quod germen occupavit: Florum color non vere albus est, sed flavescit quasi, inque siccis obscure flavus est. Odor jucundissimus & penetrantissimus est omnium fere florum Indiæ, sed non late sese diffundit, licet quidam ipsum ferre nequeant, quum nimis gravis ipsis sit, quodque mirum est, in siccis remanet ac persistit. Arbor totum per annum florifera est. Florifera ejus capitula peculiarem habent qualitatem, per diem enim rari conspiciuntur in arbore flores aperti, sed plurimi magis dehiscunt quam aperti sunt, quamprimum vero Sol occidit, vel, uti Æthiopes loquuntur, in tempore *Mengarib*, h. e. sub initium noctis, omnes sese aperiunt, & suos apices extendunt flosculi, atque per totam noctem aperti tali modo sunt usque in summum matutinum tempus, quum cito decidunt tanta copia, ut totam repleant terram; superflua capitula eodem ipso die sensim sese aperiunt, ac subsequente nocte idem subeunt fatum, qua in re maxime convenit cum *Arbore Tristi* a *Garzia libr.* 2. *Arom. cap.* 1. aliisque Portugallicis scriptoribus memorata, pro qua hanc *Tanjong* diu habui, sed ulteriore disquisitione comperi, veram *Arborem Tristem* ab hac differre, nostramque *Tanjong* pro ejus specie habendam esse: Ex rotundo isto capitulo seu germine, quod post floris lapsum pedunculo insidet, fructus excrescit Oviformis vel Olivæ forma, sed crassior, ab inferiore parte latissimus, pericarpio septem apicibus coronato insidens, quod ipsi accumbit & succrescit. Fructus hic est rotundus in parvum apicem desinens, coloris primo aurantii, dein rutilantis ignei.

Sub tenui & fragili pellicula aurea reconditur, siccaque caro, dulcis cum quadam adstrictione, quæ edulis quodammodo est: Intus locatur ossiculum lapideum instar Lupini vel Tamarindi ossiculi, sed crassius & oblongius, ex nigro fuscum, ac rugosum, umbilicatum in inferiore seu angustissima parte.

Trunci lignum externe albicat vel flavescit, intus fuscum vel fere purpureum, solidum, tenuibus constans fibris, durum, & grave; fuscum vero istud cor in vetustis tantum reperitur arboribus, quo mediocres destituuntur fere omnes.

Anni tempus. Arbor hæc non certum observat anni tempus, sed florifera fere semper est & frugifera, ita tamen, ut aliquando per semi-annum quiescat, & fructus maturescunt plerumque mensibus occidentalibus; sereno aëre flores per totum diem in arbore conspiciuntur aperti, non tamen ita ac vesperi, qui subsequenti die, uti dictum fuit, magna decidunt copia, pluvioso vero & ventoso aëre rari aperiuntur, diutiusque ex arbore dependent, nec ita fortem spargunt odorem, quam tempore calido: Arbor tardissime crescit, uti omnia dura ligna, ac per octo vel decem annos durat, antequam fructus proferat vel flores: Econtra Ebenum lignum in uno eodemque plantatum loco jam sexto vel septimo ætatis anno suos dat flores, cum quo *Tanjong* magnam videtur habere affinitatem.

In his insulis non sponte crescit, sed diligenter colenda est hæc arbor circa ædes, ubi expetitur ob elegantem suam comam, densam umbram, & odoratos flores: Neutiquam vero credendum est, quod quidam Amboinensium perhibent, hanc nempe domesticam arborem ex silvestri vel litorea *Tanjong*, de qua in sequenti agetur capite, per diligentem culturam in hortis esse propagatam.

Longam adequitur senectutem, anno enim 1667 quædam circa castellum *Victoriam* locata ex senectute periit, cujus truncus erat admodum angulosus & ultra ulnam in diametro crassus, quæ Portugallorum tempore jam diu ibi viguerat, ita ut nonaginta circiter numeraret annos.

Nomen. Latine *Flos Cuspidum* & *Tanjonus.* Malaice *Bonga Tanjong*, quod nomen fortitum est non a lapidosis montibus vel promontoriis, in quibus silvestris sponte & lubenter crescit, sed a multis cuspidibus, ex quibus flos compositus est. Macassarensibus quoque dicitur *Tanjong.* In Batavia vocatur *Kaucki*, vel *Foëla Kauki.*

Locus. In Amboina raro occurrunt hæ arbores, saltem adventu meo anno 1654 binas tantum observabam prope castellum *Victoriam*, quæ ex aliis adductæ

daar 't knoopje gestaan heeft, de coleur is niet regt wit, maar trekt na den geelen, en in de gedroogde wertze donker-geel. Den reuk is eene van de lieflykste en sterkste onder alle bloemen van Indiën, doch verspreit zig niet verre, hoewel hem zommige niet verdragen kunnen, om dat hy hun te sterk voorkomt, en dat wonder is, die ook blyft in de gedroogde bloemen. Den boom draagt 't gebeele jaar door. Zyne bloem-gevende knoppen zyn van byzondere eigenschappen in 't vertoonen van hare gaven; want over dag ziet men weinig bloemen ter deegen geopend aan dien boom, maar de meeste meer gapende, dan geopent, maar zo dra de Zon onder is, of gelyk de Mooren zeggen, in den tyd van Mengarib, *dat is beginzel van de nagt, openen haar deze bloempjes te deegen, en breiden hare spitzen wyd uit, aldus den gebeelen nagt over aan den boom verblyvende, tot tegen den morgenstond, dat is 't laatste hanen kraai vallenze schielyk, en met heele troepen van den boom af, datze de grond bedekken: De knopjes, die daar aan blyven, gaan dien zelven dag allenskens open, en hebben dien volgenden nagt het zelve lot te verwagten: waar in hy met den boom* Tristis *zeer over een komt, by* Garzias lib. 2. Aromat. cap. 1. *en andere Portugeeze Schryvers zo vermaart, waar voor ik deze* Tanjong *ook lang gehouden hebbe, doch by nader onderrigt bevonden, dat den regten* Arbor Tristis *daar van verschille, en dat onze* Tanjong *slegts voor een zoorte daar van te houden zy: Uit dat ronde knopje, het welk na 't afvallen van de gebeele bloeme aan den steel blyft staan, wast de vrugt in de gedaante van een Vogel-Ey, of korte Olyve, doch dikker, achter breetst, en op een sterretje van zevenspitzen staande, dat daar tegen aan leid, en voor op met een klein styf spitsje, voor rond, van coleur eerst Oranje, daar naar vuur-rood.*

Onder een dunne en brosse huid leid een goud-geel, droogachtig vleesch, zoet met eenige zamentrekking, 't welk men ook ter nood eeten kan. Binnen leid een steenharde kern, als een Lupinus *of Tamaryn-steen, doch dikker, en lankwerpiger, swart-bruin, en wat gerimpeld, met een navel aan de achterste of smalste hoek.*

Het hout van den stam is buiten wit, of bleek-geel, binnen bruin, of bykans purperverwig, digt, fyndradig, hard, en swaar, doch dit bruine hert vind men maar aan de oude boomen, want de middelbare hebben 't niet of weinig.

Saysoen. *Dezen boom heeft geen regte Saysoen, maar draagt meest 't gebeele jaar door zyne bloemen, en vruchten, doch by zomtyds een half jaar rust, en de vruchten rypen meest in de West-Mousson, by schoon weder ziet men den gehelen dag over de bloemen wel geopent aan den boom, ook nu en dan eenige afvallen, maar nooit zo veel geopent, als in den avondstond, die dan tegens den dag, als gezegt, met hoopen afvallen, by regenachtig en windig weer openen haar weinige, en blyven langer aan den boom hangen, ruiken ook zo veel niet, als by warm weder, den boom schiet zeer langzaam op, gelyk alle andere harde houten, moetende wel acht a tien jaaren staan, eer hy bloemen draagt, daar den Ebben-houten-boom in een en dezelfde Thuin van zaad geplant, in 't zesde en zevende jaar gedragen heeft, met welke den* Tanjong *groote gemeenschap schynt te hebben.*

*Hy wast in deze Eilanden niet in 't wild, maar moet naarstig onderhouden werden, omtrent de huizen, daar men hem gaarn heeft om zyn fraaye kruin, digte schaduwe, en welriekende bloemen, zynde geenzints te gelooven het voorgeven van zommige Amboineezen, dat deze tamme van de wilde of strand-*Tanjong, *waar van in 't volgende kapittel, door naarstige oeffeninge in de hoven voortgekomen zyn.*

Hy komt tot een groote ouderdom, want Anno 1667. is 'er een aan 't Kasteel Victoria *staande, door puuren ouderdom uitgegaan, wiens stam zeer hoekig, en meer dan een vadem in de ronte dik was, zynde al lang in de Portugeeze tyden alreeds in fleur geweest, zo dat hy al omtrent de 90. jaren moest gestaan hebben.*

Naam. *In 't Latyn* Flos Cuspidum *en* Tanjonus. *In 't Maleyts* Bonga Tanjong, *hebbende de naam niet van steenige voorgebergten, of Capen, daar anders de wilde gaarn wast, maar van veele spitzen, waar uit de bloem gemaakt is. Op Macassars ook* Tanjong: *Op Batavia noemt menze* Kaucki, *of* Foela Kauki.

Plaats. *In Amboina vind men weinig van deze boomen, immers by myne aankomste in 't jaar 1654. vond ik 'er maar twee aan 't Kasteel* Victoria, *zynde van andere plaat-*

A
B
A
C

ctæ erant locis, dein autem multiplicatæ ſunt ex ſeminibus, quorum vix vigeſimum progerminat officulum, uti etiam nunquam juniores arbuſculæ ſub matrice propullularunt. In Macaſſara & Java majori occurrunt copia, ſed ubique tantum in hortis.

Uſus. Hujus arboris flores plurimum in uſu ſunt, decidui enim alligantur amento ulnam vel orgyzam longo, quod facile fit, quum flores, uti dictum eſt, natura ſua perforati ſunt, quæ amenta vili pretio in foro venduntur. Mulieres plurimum hæc circa colla gerunt, ut & crinibus nexa, quæ e longinquo repræſentant auream catenam, quumque ſint detrita, per octo vel decem dies conſervantur in cubilibus vel in veſtimentis, quæ odore ſuo replent, licet geſtata fuerint.

Javani, & potiſſimum Sinenſes in Java habitantes, ex nucleis hiſce norunt oleum exprimere, quod pictores adhibent ad pigmenta loco Olei Lini, quo & picturas, ſoliſque umbracula ſeu umbellas obliniunt & reparant. Viridia hujus folia igni injecta ſtrepitum edunt vehementem, non autem ita fortem quam Ebeni folia, unde multum comburuntur in hortis ad glires, ſerpentes, aliaque nidulantia animalia fuganda.

Recentia hujus arboris folia contrita, capitique illinita proſunt Cephalalgiæ, ex frigore flatibuſque ortum ducenti, extrahunt enim dolorem.

Trunci cor, uti dictum fuit, eſt ſatis ſolidum, durum, & eleganter fuſcum, quod aptum quis putaret operi tornatorio, ſed facile rimas agit, licet ex vetuſtis deſumtum ſit arboribus, ita ut nulli hactenus operi adhibitum fuerit.

In *Horti Malab. tom.* I. *Fig.* 20. arbor hæc vocatur Malabarico vocabulo *Elengi*, Bracmano *Vavalli*, ſed diſtinguenda eſt a *Vaſaveli* ſeu *Pavate*, a *Chriſt. Acoſt. cap.* 14. deſcripta: In horto autem iſto rariſſima ejus qualitas omiſſa fuit, quod hujus nempe flores potiſſimum per noctem aperti ſint, ac ſub diem decidant, hic autem adjungemus illa, quæ in illo ulterius continentur horto, inque iſtis regionibus comperta ſunt.

Trunci lignum in aqua durabile admodum eſt, ſed extra illam vermes facile contrahit ac generat: Medicinalis ejus uſus ſubſequens eſt. Ejus radix trita cum aceto tumorem faciei tollit, ſi illiniatur pars affecta, eadem cum aqua contrita contra Aphthas aliaque oris ulcera conducit, ut & contra Anginam, ſi hac gargariſetur. Corticis decoctum curat Anginam, doloremque dentium tollit; Ex floribus aqua odorata deſtillatur, quæ propinatur ac prodeſt Melancholicis & febri laborantibus. Maturus ejus fructus cum aqua contritus gravidis exhibetur & difficulter parturientibus.

Bonja Tanjong dividi poteſt in marem & feminam, ex forma foliorum & florum non facile ſeſe diſtinguens, mas autem non niſi flores producit, femina vero flores ac fructus ſimul.

plaatzen aangebragt, maar zyn naderhand wat vermeenigvuldigt door 't zaad, waar van echter pas de twintigſte korl opkomt, gelyk men ook nooit jonge boompjes onder de oude gezien heeft. Op Macaſſer en Java vind menze in meerder meenigte, doch over al maar in de hoven.

Gebruik. *De bloemen van dezen boom zyn meeſt in gebruik, want de afgevallene rygt men aan ſnoeren van een elle, of wel een vadem lank, het welk ligt toegaat, dewyl de bloemen, als gezegt, van naturen gegaat zyn, welke ſnoeren zy dan voor een geringe prys op de markt verkoopen. De Vrouwen dragenze meeſt aan den hals, en in 't hayr gevlogten: Vertoonende van verre de gedaante van een goude-ketting, en dan afgedragen zynde, werdenze nog wel acht a tien dagen verwaart op ſlaapſteeden, of by de kleeden, dieze met haren reuk vervullen, al zynze verſlenſt.*

De Javanen, doch meeſt de Sineezen op Java woonachtig, weten uit deze korrels een Oly te perſſen, 't welk de Schilders gebruiken tot hare verwe, in plaats van Lyn-zaad-Oly, als mede om andere ſchilderyen, en cuperſols of zonne-dekzels daar mede te verniſſen. De groene bladeren in 't vuur geworpen, knerſſen zeer, doch sterk niet, als die van 't Ebben-hout, weshalven menze gaarn brand in de hooven, om rotten, ſlangen, en ander ongedierte daar ligt omtrent woonende te verjagen.

De verſche bladeren van dezen boom gewreven, en op 't hooft geſmeert, zyn goet voor de hooft-pyn, die van koude en winden komt, want zy trekken de pyn uit.

Het hert van den ſtam, als gezegt, is wel een digt, hard, en ſchoon-bruin hout, 't welk men deshalven zeer bequaam zoude achten tot drayers werk, maar 't ſcheurt zeer, al is 't van oude boomen genoomen, zo dat men tot nog toe geen werk daar van gemaakt heeft.

In het eerſte deel van de Hortus Malabaricus Fig. 20. *werd hy genaamt in 't Malabaars* Elengi, *in 't Braminees* Vavalli, *doch te onderſcheiden van het* Vaſaveli *of* Pavate, *by* Chriſt. a Coſt. cap. 14. *beſchreven, in de voornoemde* Hortus *is de raarſte eigenſchap uitgelaaten, dat men deze bloemen meeſt by nagt geopent ziet, en tegen den dag afvallen, doch zullen wy hier by zetten, het geene in den zelven Hortus ſtaat, en in die Landen geprobeert is.*

Het hout van den ſtam is in 't water zeer durabel, maar daar buiten word het ligt wormſteekig: Zyn Medicynale gebruik is de volgende: De wortel met Azyn gewreven, is goet tegens de ſwelling des aangezigts daar op geſmeert; als mede met water gewreven tegen de ſprouw, en zerigheden des monts, en keel daar mede gegorgelt. Het afzietzel van de ſchorſſe geneeſt het hals-geſweer, en tand-pyn, daar mede geſpoelt. Uit de bloemen werd een welriekent water gediſtileert, 't welk men te drinken geeft aan melancolyke en koortzige menſchen. De rype vrucht met water gewreven, werd den barenden Vrouwen te drinken gegeven, in harens nood.

De Bonga Tanjong *kan men verdeelen in Manneken en Wyfken, aan fatzoen van bladeren en bloemen niet wel te onderſcheiden, doch het Manneken draagt niet, dan bloemen, en het Wyfken bloemen en vruchten.*

EXPLICATIO

Tabulæ Sexageſimæ Tertiæ,

Quæ ramum exhibet arboris, quæ *Flos Cuſpidum* Rumphio vocatur.

A. *Florem* denotat.
B. *Fructum caliculatum.*
C. Ejus *oſſiculum.*

UYTLEGGING

Van de drie-en-ſeſtigſte Plaat,

Dewelke vertoont een Tak van een boom, die de Flos Cuſpidum van Rumphius genaamt wert.

A. Vertoont de *bloem.*
B. De *vrucht.*
C. Deszelfs *heeſt.*

OBSERVATIO.

Arbor hæc in notis ad *H. Malab.* vocatur Oleæ adfinis Malabarica, Pyri folio, flore odorifero ſtellato; eſtque Kauken Indorum *Breyn. Cent.* I. *pag.* 20. *cap.* 8. & *Muſ. Zeyl. pag.* 33. & *Theſ. Zeyl. pag.* 133. & Arbor Indica Pyri folio denſiore, floribus odoratiſſimis. *Elengi H. Malab. Plukn. Almag. pag.* 203. ut & Arbor Zeylanica, floribus odoratis, faciem humanam quodammodo referentibus. *Muſ. Zeyl. p.* 39. de qua vide *Theſ. noſtr. Zeyl. pag.* 27. ad Prunum relata eſt hæc arbor a *Rayo in Hiſt. pl. p.* 1564. vocaturque ipſi Prunus Malabarica fructu calyculato.

AANMERKINGE.

Deze Boom wert in de aantekeninge op de *Hortus Malabar.* genaamt een Malabaarſche Boom, gelyk aan de Olyf-boom, met het bladt van een Peereboom, en een ruikende geſternde bloem, en is de Kauken van de Indianen by *Breynius* in zyn *Centuria p.* 20. en in het *Muſ. Zeyl.* van *Herman p.* 33. en in de *Theſ. Zeyl. p.* 133. en wert genaamt een Indiſche Boom met het bladt van een Peereboom, met zeer ſterk-ruikende bloemen, de *Elengi* van de *Hortus Malabar.* by *Plukn.* in zyn *Almag. p.* 203. en een Zeylonſche Boom met riekende bloemen, eenigſints gelykende na eens menſchen aangezicht, in het *Muſ. Zeyl. p.* 39. waar over zie de *Theſ. Zeyl. pag.* 27. Deze boom is tot de Pruymeboom gebragt van *Ray* in zyn *hiſtor. pl. pag.* 1564. en wert van hem genaamt Malabaarſche Pruymeboom, met een vrucht die in een kelk zit.

Elengi

De

Elengi *Charačteres nuperrime mecum benigne communicavit Clar. Dom.* GARCINIUS *ſequentem in modum.*

Hujusce generis *Flos* monopetalus, tubulo caret; & in plurima acuminata, æqualia, in duos ordines diſtributa (interiora ſcilicet exterioraque) ſegmenta ad unguem usque dividitur. Hæc numero ſexdecim, bina ſimul, ſed adeo leviter ſeparata, ut animadverti diſtinctio iſthæc nequeat, niſi oculis valdè admoveantur; in Solis formam, vel inſtar Radiatorum florum diducta, *Bellidis minoris* flori ferme ſimilia, 8 vel 9. linearum diametrum habent.

Interiora autem ſemper clauſa, in acuminati, Conicive, folliculi formam diſpoſita, genitalia floris organa, ab aëre facilè lædenda tegunt, atque tuentur: Numerantur 8. magnitudine & figurâ exterioribus æqualia, ejusdemque (candidi nimirùm at parùm ſqualidi) coloris exiſtunt. Unguis autem, qui craſſiusculus eſt, paululùm obſcurior & magis virideſcens color.

Stamina inveniuntur 8. ex ſegmenti baſeos internâ parte naſcuntur ſingula; antheris gaudent infrà latis, in acutum finem abeuntibus ſuprà, ſtramineo colore præditis, rugoſis; quæ caudis ſuis, in origine pariter craſſis, & in ſuperiori parte gracilibus duplò longiora obſervantur. At, verſus principium ſuum anguſtiora, quum ſint monopetali floris ſegmenta, interna quàm in medio, interſtitiaque idcircò inter ſe relinquant, per quæ nimius aëri pateret ad interiora floris aditus, valvulâ, aut lingula ad cujuslibet interſtitii partem interiorem appoſitâ, idque intùs accuratè claudente, hoc Natura præcavit. Lingula hæc, ejusdem ferè ac floris ſegmenta coloris, gracilibus pellucidisque pilis hirſuta, extraneis corporibus, quæ genitalia floris organa offenderent, tantò exactiùs ingreſſum claudit. Quapropter tuto ſemper latent ſtamina.

Ovario (cujus figura & moles penè ut in Milli grano) in centro Calicis poſito, monopetalo flore undique cincto, ſimplex, albeſcens, ſui ubique ſimilis, tres lineas alta (licet Ovarii diameter ſit tantùm lineæ unius) Tuba, vel ſtylus inſidet.

Calix eſt quoque integer, in 8. ſegmenta diviſus, quæ in binos etiam ordines diſpoſita, quatuor intrinſecùs, & totidem extrinſecùs deprehenduntur. Interiora in crucis formam poſita exterioribus magnitudine parumper cedunt; baſibusque inſtructa ſunt anguſtis, ex quibus quæque ex nervulo oritur per totam ſegmenti longitudinem, coſtæ ad inſtar producto.

Præ albore ſuo, & cum Monopetali floris ſegmentis ſimilitudine, pro petalis floris ab incauto facilè haberi poſſent hæc Calicis ſegmenta. Verùm exteriora in formam crucis ſimiliter diſpoſita, interioribus majora, amplo oriuntur principio, & coloris ſunt ſqualidi, obſcuri, quemadmodum in eorum pediculo obſervatur, virideſcentis, nec non intrinſecùs lucidi. Omnia hæc ſegmenta ſunt acuminata, plus minus diducta, prout nimirùm ſe expandit flos, & ad τῷ ἐμβρυῷ molem habitâ ratione; qui ubi id in fructum evaſit, ſiccantur, & in ſtellæ radiis 8. præditæ formam diducuntur.

Pedunculus ejusdem eſt ac Calicis pars extrinſeca coloris, ut floris diameter longus, lineam craſſus, in infimâ tamen parte gracilior quam in ſupernâ: Hujus quippè partis pedunculi moles cum fructu ſenſim augetur, donec duplò craſſior evaſerit. Ex foliorum alis bini, vel terni, immo plures ſimul aliquandò prodeunt pediculi.

Fructum obſervare non potui.

De Kentekens van de *Elengi* heeft my onlangs mildelyk medegedeelt de Beroemde Heer GARCIN op de volgende wyze.

Dit geſlagt draagt een eenbladige bloem zonder pyp, uit zeer veele gelyke, puntige, en in twee reyen verdeelde (uitwendige en inwendige namentlyk) blaatjes, tot aan de grond verdeelt zynde, beſtaande, dewelke zeſtien in getal, twee teſſens by elkaar ſtaan, doch zo licht verdeelt, dat deeze verdeeling naauwlyks te merken is, ten zy men ze tegens het licht hout; deze ſtaan als een Zon, die zyn ſtraalen uitſchiet, verdeelt, of als een geſtraalde bloem, gelyk de bloemen zyn van de kleine Maagdelieven, welke een omtrek hebben van acht of negen linien.

De binnenſte rey der bladen is altyt geſloten, en heeft de gedaante van een puntige en kegelachtige ſtomp, welke de teel-deelen van de bloem door de lucht ligtelyk beſchadigt werdende, bedekken en bewaren, zy zyn twaalf in getal, en in grootte en gedaante gelyk aan de buitenſte, en ook van dezelfde coleur, te weten witachtig; doch het onderſte gedeelte van dezelve, dat dikker is, is wat donkerder en groender van coleur.

Acht *vezels* zynder, uit het binnenſte deel van de gront des bloems hun oorſpronk hebbende, welke noppen hebben van onder breed, van boven ſpits eindigende, van ſtroo coleur, en ruig, dewelke met hun onderſte deel van onder ook breder zynde en van boven ſmalder, tweemaal grooter zyn als de bladen, welke in hun begin ſmalder zyn dan in hun midden, wyl het deelen zyn van een eenbladige bloem, en daar door middel-plaatzen open laaten, waar door te groote doortogt is voor het binnenſte gedeelte des bloems, zynde daarom een klapvlies als een tongetje geplaatſt tuſſen ieder opening aan deszelfs binnenſte deel, het geen het egaal toeſluit, en de natuur bezorgt. Dit tongetje is bykans van dezelve coleur als de deelen des bloems, en is ruig door dunne en heldere haairtjes, waar door zy aan de uitwendige lichaamen, die aan de teeldeelen des bloems nadeelig zouden zyn, den ingang zo veel meer belet, waarom de vezels daar veylig verborgen leggen.

De Eyerzak (welkers grootte en figuur is als een korrel van de Gierſt) in het midden van de kelk leggende, en van alle kanten door de eenbladige bloem omvat zynde, is eenvoudig, witachtig, zig zelve in alles gelyk, drie linies hoog, en welkers omtrek maar van een linie is, heeft van boven op een trompet of ſtilet.

De kelk is ook geheel in acht deelen verdeelt, welke ook in twee geleden ſtaan, te weten vier uitwaarts, en vier inwaarts. Waar van de binnenſte in 't kruis ſtaande, een weinig kleinder zyn als de buitenſte, en hebben een ſmalle gront, waar van elk uit een klein ſenuwtje te voorſchyn komt, door de ganſche lengte van het deel des bloems, zig verſpreidende als een ribbetje.

Deze deelen des kelks zouden van onkundigen ligt aangezien werden voor de bladen zelfs des bloems, om derzelver witte coleur, en de gelykheit der deelen van de eenbladige bloem, doch de uitwendige deelen als een kruis ſtaande, en grooter als de inwendige, komen met een breed beginzel te voren, en zyn van een donker-roſſe coleur, zo als die aan de ſteel beſpeurt wert, te weten groenachtig, en van binnen helder. Alle deze deelen zyn puntig, en min of meer gapende, zo als te weten zig de bloem uitſpreid, na proportie van de grootte des vruchts, dewelke als begint te groeyen en zig uitzet, zo werden die deelen dor, en zetten zig uit in de gedaante van een ſter, met acht ſtraalen zig vertoonende.

Het ſteeltje is van dezelfde coleur, als het uitwendig gedeelte des kelks, en zo lang als de bloem, een linie dik, in zyn onderſte deel ſchraalder, en ranker als in het bovenſte. Dog de deelen van dit ſteeltje werden van tyd tot tyd grooter met de vrucht, tot datze de helft dikker is geworden. Uit den oorſpronk der bladen komen twee, drie, en somwylen meer ſteeltjes voor.

De vrucht heb ik niet kunnen onderzoeken.

CAPUT XVIII.

CAPUT DECIMUM OCTAVUM.

Tanionus Litorea. Bonga Tanjong Laut.

SIlveſtris ſeu *Litorea Tanionus* altiorem, rectiorem, & rotundiorem gerit truncum, orgyiam in diametro habentem, cujus cortex eſt ſcaber, fiſſus, ex cinereo fuſcus, ſeu nigricans, qui vulneratus lac fundit ſpiſſum ac pingue, ſed rarum: Folia ejus ſunt minora & anguſtiora Domeſticæ, quæ nempe in litore creſcit, quatuor vel quinque pollices longa gerit folia, unum cum dimidio lata; in vetuſtis autem arboribus quatuor tantum pollices longa ſunt & unum lata, ſuperius magis acuminata quam domeſticæ, glauca, ſcabra, & glabra, tenuiſſimis pertexta venis, magis quoque intricatis quam in Caryophyllo, a nulla protuberantibus parte, nervus vero ab utraque extenditur parte.

Sine ordine in ramis ſita ſunt folia, atque ex eorum alis hinc inde minores progerminant ramuli, binis tribusve foliis conſtantes, ita ut luxurioſa ſit arbor. E contra flores non ita copioſi ſunt quam in domeſtica, in una tantum alterave arboris parte bina ternave apparent crocea capitula, ſimilibus inſidentia petiolis, quæ in floſculos ſeſe aperiunt *Domeſticæ Taniono* ſimillimos, ſed nunquam tam ample ſeſe aperientes. Primo autem conſtructi ſunt ex quatuor ruffis vel croceis petalis, ſtellatim vel cruciatim extenſis, in quibus plurima minora alba petala acuminata locantur, quæ in centro iterum minora, ſed ſimilia continent petala, omnia ſibi juncta & nexa, ſimulque decidentia, intus vero magis albicant quam domeſticæ, gratum itidem ſpirant odorem, ſed debiliorem. Fructus plerumque domeſticæ Taniono ſimilis eſt, vel paulo minor, inſtar vulgaris Olivæ, plurimum flaveſcit, & pericarpio quadripetalo inſidet: Sub exteriore fragili cortice ſicca quoque reconditur caro, ac dura fuſcaque nux uti in domeſtica, ſed glabrior & acutior, quæ aperta putamen exhibet inſtar Nucis avellanæ, ſed multo minor eſt, in qua albus craſſus & viſcoſus continetur nucleus, ſaporis amari, in bina diviſibilis ſegmenta.

Intus bina occurrunt albicantia foliola, in quibus venæ & nervi diſtincte apparent, ab inferiore ſeſe aperientia parte, ſuperiore vero conjuncta, e quibus capitulum erigitur, quod per parvum foramen extra putamen excreſcit, & arbuſculæ novæ radicem format.

Unus tantum duorum vel trium florum in fructum excreſcit, cæteri decidunt, ita ut ſinguli fructus ſimplices dependeant.

Arboris lignum externe pallidum eſt, albicans, ſenſimque ad internam partem magis rubet, ita ut media ejus ſubſtantia ſit ex rubro fuſca, vel fere purpuraſcens inſtar ligni Ceraſini, eſtque porro durum, ſolidum, ſed tenuibus conſtans fibris, inſtar Ebeni ligni, in vetuſtioribus arboribus hæc interna fuſca ſubſtantia adeo late ſeſe extendit, ut fere totam trunci craſſitiem occupet, & per trium digitorum ſpatium tantum albeſcit, quod inutile cenſetur, fuſcum vero iſtud lignum in radicibus etiam obſervatur.

Anni tempus. Flores raro in hac conſpiciuntur arbore, ſed progerminant Majo ſub initium pluvioſorum menſium, quo tempore domeſtica Tanionus plurimos etiam profert flores, fructus matureſcunt Octobri & occidentalibus menſibus.

Nomen. Latine *Tanjonus Litorea*, Malaice *Bonga Tanjong Laut*, & *Tanjong Laut*, aliis dicitur *Cumbang Jatu*, & *Jati*, ac forte ita dictum eſt, quum flores plurimum decidant; apud Amboinenſes plurima obtinuit nomina juxta locorum diverſitatem, in Hitoë enim dicitur *Lolan Key*, & circa *Oerien Patiatta*, in Hoeamohel & Bonoa *Leytin*, *Leytir*, & *Leytil*, in Nuſſalaut *Ruſſukey* ſeu *Luſſukey*, in Boero *Balan Tronga*.

Locus. Hæc arbor ſponte paucis occurrit in Amboinæ litoribus, nec multum invenitur, nec uſquam niſi in ſterilibus ſaxoſisque litoribus, quæ ob ſcopulos vix meabilia ſunt, uti præſertim eſt totus montium Capahæ diſtrictus, & promontorium Aſſaloclo, e regione

XVIII. HOOFTSTUK.

De wilde of ſtrand-Tanjong-Boom.

*DE wilde of ſtrand-*Tanjong *heeft een hooger, regter, en ronder ſtam, van een vadem in de rondte, en wat minder, en zeer ruige, geborſten, vuil-graauwe of ſwartachtige ſchorſſe; die gequetſt zynde, ook een dikke en vette melk uitgeeft, doch mede ſchaars. Zyne kruin is digt van takken en ryskens: De bladeren zyn kleinder en ſmalder dan aan de tamme, namentlyk de gene die op ſtrand waſt, vier en vyf duimen lank, een en een halve breed, aan de oude boomen zynze maar vier duimen lank, en ruim een breed, na voren toe ſpitzer, dan de tamme, hoog- en Zee-groen, ſtyf, en glad, met zeer fyne adertjes doorregen, mede verwerder als aan de Nagel-bladeren, en aan geene zyde uitſteekende, doch de middel-zenuwe huild te weer zyden uit.*

Zy ſtaan zonder order aan de takjes, en uit hare ſchooten komen hier en daar andere ſcheuten met twee a drie bladeren, zo dat het een weeldrig gewaſch is. Daar en tegen komt het bloeizel zo veel niet uit, als aan de tamme, want men ziet hier en daar ſlegts twee en drie hoog-geele knoppen op diergelyke ſteeltjes ſtaande, waar uit de bloempjes werden, de tamme Tanjong *zeer gelyk, doch hun nooit zo wyd openende. Zy beſtaan voor eerſt uit vier hoog-geele of roſſe blaadjes, van buiten ſters-gewys geopend, daar in veel andere witte blaadjes, of ſpitsjes ſtaan, en in de midden een kransje van diergelyke, dog kleinder ſpitzen gemaakt, die alle aan malkander hangen, en t'zamen afvallen, van binnen zynze witter dan de tamme, mede welriekende, doch ſlappelyk. De vrucht is gemeenelyk de tamme* Tanjong *gelyk, of wat kleinder, als een middelbare Olyve, blyft meeſt geel, en ſtaat op een ſterretje van vier ſpitſen: Onder de buitenſte broſſe huid leid mede een droog vleeſch, en een hard bruin nootje, als in de tamme, doch gladder en ſpitzer, dit nootje geopend zynde, heeft een ſchaal als een Haſel-noot, doch veel kleinder, en binnen in een witten, dikken, kleeverigen heeſt, bitter van ſmaak, die zig in tweeen laat deelen.*

Binnen vind men twee witte blaadjes, daar aan men alle aderen en zenuwen bekennen kan, naar achteren haar openende, en na vooren aan malkander hangende, met een knopje, 't welk door een kleine opening buiten de ſchaal uitſteekt, en waar uit de wortel van 't jong boompje geformeert werd.

Van de twee of drie bloemen werd maar eene tot een vrugt, en de andere vallen af, zo dat ieder vrugt enkelt hangt.

Het hout is van buiten bleek, witachtig, en allenkskens na binnen werd het rooder, zynde 't binnenſte ſchoon ligt-bruin, na purper trekkende, als onze kerſſe-boomenhout, hard, fyn; en maſſyf, als een lever of Ebben-hout, aan de oude boomen is dit bruine hert zo groot, dat het ſchier de geheele dikte van den ſtam beſlaat, tot twee a drie vingers wit hout, waar mede 't omvangen is, en 't welk men voor ſpint houd, welk bruine hert ook in de wortelen te vinden is.

Sayſoen. *De bloemen ziet men zelden aan dezen boom, en bloeid in May, zynde 't begin van de regen-Mouſſon, om welke tyd de tamme Tanjong ook haar meeſte bloeizel heeft, de vruchten ziet men ryp in October, en de Weſt-Mouſſon.*

Naam. *In 't Latyn* Tanjonus Litorea, *in 't Maleyts* Bonga Tanjong Laut *en* Tanjong Laut, *by andere* Cumbang Jatu *en* Cumbang Jati, *zynde miſſchien zo genaamt, om dat de bloemen gaarn afvallen: By de Amboineezen heeft het veele namen, na de verſcheidenheid der plaatzen, want op Hitoe heet het* Lolan Key, *en omtrent* Oerien Patiatta, *op Hoe-Amobel en Bonoa,* Leytir, *en* Leytil, *op Nuſſalaut* Ruſſukey, *of* Luſſukey. *Op Boero* Balan Tronga.

Plaats. *Dezen boom waſt van zelfs op weinige ſtranden van Amboina, en is niet veel te vinden, en dat nergens dan op lelyke klippige ſtranden, die wegens klippen qualyk te bewandelen zyn, gelyk inzonderheid is 't geheele voorgebergte van* Capaha, *en den hoek van Aſſaloelo,* tegen

gione trium parvarum insularum Nussatello, Nussanive, & Oma in Leytimora &c. ubi hæ arbores aliquando in nudis crescunt rupibus, quas radicibus suis ambiunt, immo ipsas perforant, ac nihilominus tamen erectæ in altum excrescunt: Majori occurrit hæc arbor copia in insulis ad Eurum sitis, præsertim in *Key*, unde cognomen gerit.

Usus. Hoc lignum magno in usu est apud incolas *Keyenses*, qui ex illo ligneos clavos ac pinnas formant, quibus Corre-Corren, Champans, aliaque navigia connectunt, uti in aliis locis id fit cum ligno Sappan vel Lolan, Keyenses autem dicunt hoc lignum triplo diutius durare quam *Sappan* vel *Lolan.* Nussalautenses & Omenses, qui præcipui navigiorum sunt fabricatores inter Amboinenses nullum aliud adhibent lignum ad talia opera nisi Russa Key, quod tamen a præcedenti videtur quodammodo differre, ibi enim non crescit in litore, sed in ipsa terra, nempe in montibus, ejus folia sunt quoque lætius viridia & majora, arboris cortex fundit quoque quoddam lac, lignum est itidem grave & solidum, ex purpureo in fuscum tendens, ac per longitudinem facile findendum.

Ob hunc usum lignum hoc vocant Malaice *Lolan Corra Corra*, uti lignum Sappan dicunt *Lolan Tsjello*, h. e. tinctorum *Lolan.* Leytimorenses ac præsertim Nussanivenses, uti in præcedenti dictum fuit capite, litoream hanc Tanionum cum præcedenti domestica unam eandemque censent, dicuntque domesticam hominum cultura ita fuisse degeneratam, quod supra refutavimus. Lignum hoc, præsertim si siccum sit, magnam habet convenientiam cum illo *Ackoles* vel *Eckores* ligno, hoc autem magis ruffescit, seu hepaticum habet colorem, atque politum magis splendet.

Lolan Key igni injectum strepitum dat instar salis vel *Nanu ligni*, ingratumque fundit odorem, quod in *Tackole* non observatur. In insulis Papoensibus clavos navigiorum ex hoc quoque formant ligno. Elegans porro est, & optime poliri potest pro scriniariis & tornionibus, conducens ad cistellas ex ipso fabricandas, ut & manubria, dolabra, & cancellos ex ipso formandos, sed oportet, ut sit penitus siccum, ac diu fuerit conservatum, alias rimas agit & mucescit ob salsedinem, quo vitio plurimum laborant ligna in litore producta, si non penitus sint sicca ac diu conservata. Incolæ quoque ex illo fabricant manubria toranorum & brevium hastarum, ut & ædium postes, ubi frequenti occurrit copia, licet parcant labori lignum hoc cædendi, ob duritiem ac locorum invios accessus, in quibus crescit, in istis sæpe scopulis arbores tales projectæ occurrunt, quarum externum computruit lignum, internum vero ad hominis crassitiem est elegans, durum, fuscum, ac politum instar Marmoris.

Bala Boeronensis multum crescit in ejus ora septentrionali, unde *Balatetto* vocatur, tam in litore quam remotius in terra, in saxosis montibus Ebeno ligno mixtum, ibi quoque illud adhibent ad manubria Toranorum, ex quo & carbones fabrorum exurunt, quos optimos habent isti fabri.

Inquirendum est, an hoc lignum non sit *Ebenum rubrum*, vel fuscum in insula S. Mauritii crescens: Hæ saltem arbores magnam inter sese habent convenientiam tam foliatura, quam cortice, & ligni gravitate.

tegen over de drie kleine Eilandekens Nussatello, den hoek van Nussanive, en Oma op Leytimor &c. alwaar deze boomen zomtyds op de barre klippen staan, die met hare wortelen bevattende, en doordringende. Niet te min zeer schoon en regt. Meerder vind men hem in de Zuid-Ooster Eilanden, inzonderheid op Key, *waar van hy den toenaam heeft.*

Gebruik. *Dit hout is meest in gebruik by de Inwoonders van Key, die daar uit alle hare houte nagels of pennen maken, waar mede zy hare Corre-Corren, Champans, en andere vaartuigen aan malkander hegten, gelyk op andere plaatzen met het Sappan-hout of Lolan geschied, en de Keyers zeggen, dat dit hout wel driemaal zo lang duurt als 't* Sappan *of* Lolan. *Die van Nussalaut en Oma, zynde de voornaamste Scheeps-timmer-lieden onder de Amboineezen, gebruiken ook geen ander hout tot zulke werken, als het Russa Key, 't welk echter van 't voorschreve wat schynt te verschillen, want het wast aldaar niet op strand, maar wat Landwaarts in, en zelfs in 't gebergte, de bladeren zyn jeugdiger-groen, en grooter, de schorsse des booms geeft ook wat melk, het hout is mede swaar en digt, uit den paarssen meest na den bruinen trekkende, en in de lengte ligt splytende.*

Van wegen dit gebruik noemen zy dit hout op Maleyts Lolan Corra Corra, *gelyk 't Sapan-hout* Lolan Tsjello, *dat is verwers* Lolan. *Die van Leytimor, inzonderheid van Nussanive, gelyk in 't voorgaande kapittel gezegt, houden deze strand-*Tanjong *met de voorgaande tamme voor een en dezelfde boom, en zeggen, dat de tamme door haveninge der menschen alzo geworden zyn, 't welk wy boven wederlegt hebben. Nog heeft dit hout, inzonderheid gedroogt zynde, met dat van* Ackole *of* Eckore *groote gelykenisse, doch dit laatste trekt meer na den rossen, of leververwigen, en gepolyst zynde, glimt beter.*

Het Lolan Key *gebrand zynde, knerst ook in 't vuur, als zout of* Nani-hout, *en heeft daar by een onlieffelyken reuk, 't welk men in 't* Tackole *niet bespeurt. In de Papoeze Eilanden makenze insgelyks de Nagels voor hare vaartuigen daar van: Voorts is dit hout zeer mooi, om te bearbeiden voor kistemakers en draayers, voor alderhande kleinwerk, als steelen, schaven, doosjes, en tralien, maar 't moet ter deegen droog zyn, en lang gelegen hebben, anders scheurt het, en slaat uit wegens de ziltigheid daar in zettende, welke fouten meest alle houten onderworpen zyn, die op strand wassen, alsze niet ter degen oud en bestorven zyn. De Inlanders maken ook de steelen van hare Toranen en korte spieszen daar van, als mede stylen van huizen, daar het in overvloed te krygen is, hoewelze zeer ontzien de moeite van 't omkappen, wegens zyne hardigheid en moeyelykheid der plaatzen, daar 't staat, men vind 'er zomtyds boomen op zodanige klippen omgevallen, waar van 't buitenste hout vergaan, en 't binnenste hert schier een mans dikte is, schoon, hard, bruin, en glad, als Marmer.*

Het Boeroneeze Bala *wast veel op deszelfs Noort-West hoek, daar van* Balatetto *genaamt, zo wel op strand, als Landwaart in, op 't klippige gebergte, en onder 't Ebbenhout gemengt: Zy gebruiken het aldaar tot steelen van Toranen, en om smits koolen daar van te branden, dewelke hare smits voor de beste keuren.*

Het staat te onderzoeken, of dit niet zy het roode of bruine Ebben-hout, 't welk onze Natie voorgeeft op 't Eiland Mauritius te wassen: Immers deze boomen hebben groote gelykenisse met malkander aan bladeren, schorsse, en swaarte des houts.

EXPLICATIO

Tabulæ Sexagesimæ Quartæ,

Quæ ramum exhibet *Tanjoni litoreæ*, ubi Litt. A. Ejus *fructus gemellos.*

B. *Officulum seminale* denotat.

C. *Internum duplex foliolum* est, ex quo surculus erigitur, qui ex folioli apertura sursum excrescit, inferius autem fructus capitulum in radicem abit.

UYTLEGGING

Van de vier-en-zestigste Plaat,

Dewelke vertoont een Tak van de *Strand Tanjong-Boom*, alwaar Lett. A. deszelfs *vruchten.*

B. De *Zaat-korrel.*

C. Het binnenste *dubbeld blad* vertoont, waar uit een jong boompje groeidt, ziende de opening van de blaatjes na de steel, uit het onderste knopje, dat by de spits van de vrucht legt, wert de wortel.

C
B
A

CAPUT DECIMUM NONUM.

Cananga. Bonga Cananga.

Cananga est arbor satis alta, erecto ac rotundo constans trunco, orgyiam in diametro habente, qui corticem gerit cinereum & æqualem, raros ramos, ac plurimum transversos, cum levi coma undique transparenti. Folia longis insident rachidibus per ordines alternatim posita, uti in Malo Persico, sed multo sunt latiora & longiora, non erecta, sed oblique sibi invicem juncta, cæterum cum Monoæ, & Dammaræ Selanicæ foliis multum conveniunt, palmam circiter longa & sæpe longiora, tres quatuorve digitos lata; juniora vero folia ultra spithamam longa sunt, inferiore parte subrotunda, æqualis porro latitudinis, longo apice ornata, læte viridia, tenuia, multisque obliquis pertexta costis, superne glabra, inferne parum rugosa per protuberantes costas. Undecim vel tredecim uni adhærent rachidi, exceptis quæ in inferiore prolapsa sunt parte, præter foliola adunatim insuper adhærentia.

Trunci vetustiores plurimum sunt sinuosi, contracti, & exesi.

Flores inter & post folia racemosi proveniunt ex flaccidis dependentes petiolis, qui primo adspectu pro floribus non haberentur, sed penicilla videntur ex linteo confecta, nunquam enim aperti sunt, sed flaccidi & emarcidi quasi dependent, ex sex constant longis, angustis, & flaccidis petalis, digitum longis, minorem digitum crassis, quæ simul trigono junguntur calici, in horum centro tuberculum apparet planum ex plurimis staminulis, uti in Ranunculis, constructum flavescentibus, in quorum medio sese erigit capitulum seu pistillum subrotundum instar grani Piperis, quod in fructum excrescit. Horum florum color triplex est, in teneris enim petala ex cœruleo virescunt, ac introrsum inflexa sunt instar coronulæ, quum sese magis aperiunt, color est inmaturi pomi ex viridi nempe & flavo mixtus, adulti & vetusti flores luteum habent colorem, sed semper cum viridi mixtum.

Horum odor est fortissimus, late sese diffundens, ex Narcissi & Caryophylli odore mixtus, qui ex incolarum sententia omnium gratissimus est, nostræ vero nationi nimis gravis, Indi enim semper fortissimum odorem, licet non ita sit jucundus, optimum censent: Odor hic e longinquo gratior est, quam si quis proxime accedat, multoque penetrantior est vesperi, obscuro & placido aëre, ac præsertim tenui pluvia mixto, quum statim observatur & sentitur quasi, quam primum circa hanc ambulamus arborem.

Flores plurimum decidunt, nullum relinquentes semen, exceptis paucis quibusdam, qui in fructus excrescunt, qui coni sunt oblongi, fere uti superiores glandium partes, sed non ita duri, repleti quibusdam mollibus officulis, quæ raro progerminant, licet terræ committantur, sed a sturnis, aliisve animalibus comesta, & per stercus rejecta, novas progerminant arbusculas, unde hæ arbores tali propagantur & transplantantur modo, quæ in silvis & sæpe etiam in hortis per istas quasi consitæ aves conquiruntur.

Trunci cortex est glaber & cinereus. Lignum vero est pallidum ac intus magis flavescit, neque durum, neque durabile, & in ramis fragile. Recens cæsum, si erigatur, multam emittit aquam, nulli operi utile.

Anni tempus. Quotannis circa finem pluviosorum mensium seu Septembri arbor hæc plurima sua dimittit folia, ita ut paucis suis ramis fere tota sit nuda & emarcida, tum rari etiam in ipsa notantur flores, sed tunc temporis fructus maturescunt, qui raro colliguntur, quum sturni aliæque aves magna hanc arborem occupantes copia illos comedant; Eodem quoque tempore ex trunco vel ejus corticis sordibus generantur Erucæ deformes, maculis nigris insignitæ & pilosæ, quæ per totam serpunt arborem, ac folia & fructus depascuntur, hæ autem ab avibus devorantur, ita ut intra unius mensis spatium generentur & pereant; subsequenti dein Novembri regerminat arbor, novaque emittit folia, ac flores producit.

XIX. HOOFTSTUK.

De Cananga-Boom.

Silveſtris hæc *Sampacca* truncum gerit magis erectum & altiorem, quam domeſtica, foliatura cæterum ac modo creſcendi cum ipſa convenit, rami vero ejus ſunt magis erecti, ac folia majora & ampliora, octo vel novem pollices longa, quatuor lata digitos, magisque viridia, pauciores habentia coſtas quam vulgaris, molliora, ac juniora fere lanuginoſa in inferiore parte, quales & ramuli ac petioli, contrita autem florum odorem ſpirant, ſuntque saporis amaricantis, ac rubram tingunt aquam, in qua contrita hæc infuſa fuere, atque hæc ſiccata viridem ſervant colorem, quum vulgaris fuſca ſint.

Flores cum præcedentis floribus omnino conveniunt, excepto quod petala ſint latiora, albicantia, ac coloris ſtraminei, odoris debilis, ſi vero culta ſit arbor, ejus flores penetrantiorem & quaſi luxurioſum fundunt odorem, minorem tamen domeſtica. Piſtillum horum brevius eſt & latius, racemus vero frugifer cum baccis vulgari ſimilis eſt, officula incluſa incerti ſunt numeri, a binario usque in ſeptenarium numerum, nec ita rubentia ac in priori, ſed læte rubent quum matura ſint.

Altera hujus ſilveſtris occurrit ſpecies, quæ flores gerit ex luteo virides, forma cæterum cum priori convenientes, horum autem odor quoque fatuus eſt, ejus truncus lignum dat molle ac lentum, coloris obſcure citrini, ſi ſit recens, vel maceratum, odoremque ſpirat unguenti haud tamen ingrati, fere inſtar *Olei Laurini*, vel unguenti *Diapompholigos*.

Nomen. Latine *Sampacca ſilveſtris* & *Alba*. Malaice *Tsjampacca Utan* & *Puti*, diſtinguendum vero eſt a domeſtica *Sampacca Puti*, in præcedenti deſcripta capite.

Locus. Raro occurrit in ſilvis Amboinenſibus ac locis umbroſis, plurimum vero in Hitoënſi regione & circa Larique, in hortis etiam coli poteſt, ubi non majorem adquirit altitudinem quam domeſticæ *Sampaccæ*, odor autem florum ibi exaltatur.

Uſus. Hujus arboris lignum molle quidem eſt ac facile elaborari poteſt, attamen durabile eſt, nec facile fiſſuram patitur, non autem bene poliri poteſt. Fiſtulæ ſclopetariæ ex illo formantur, ut & alia minora ad rem ſcriniariam pertinentia. Diutiſſime unguenti ſervat odorem, præſertim ſi occluſum fuerit.

Juniora ejus folia contuſa in aqua macerantur, donec rubrum adquirat colorem, quæ ab Amboinenſibus oculis inſtillatur, ut clarum reddat viſum.

In *Rumphii Appendice* hæc adduntur.

Pro ſilveſtri *Sampacca* binæ arbores habentur, prima eſt *vulgaris alba*, quæ in ſilvis occurrit. Altera eſt *Sampacca montana* ſequenti in capite deſcripta.

Primo *Sampacca Alba* ſeu *Tsjampacca Poeti*, hæc altiorem & rectiorem gerit truncum domeſtica: reliqua in textu.

Nullum peculiarem præbet hic flos uſum, quum debilis ſit odoris. Juniora vero folia parum contuſa, & in aqua macerata, donec rubeſcat, ab Amboinenſibus oculis inſtillatur, ut oculorum aciem augeat, illosque claros reddat.

Tabula Sexageſima Octava

Ramum exhibet *Sampaccæ Albæ ſilveſtris*.

XXII. HOOFTSTUK.

De wilde Tsjampacca-Boom.

De wilde Tsjampacca *heeft een regter en hooger ſtam, dan de tamme, anders aan bladeren en wasdom dezelve zeer gelyk, doch de takken waſſchen regter over eind; De bladeren zyn wat grooter, en breeder, acht en negen duimen lank, vier vingers breed, hoger-groen, met minder ribben, dan de gemeene, zagter in 't aantaſten, en de jonge bykans wolachtig aan de onderſte zyde, als mede de jonge takjes gewreeven zynde, ruikenze meer na de bloemen, bitter van ſmaak, en verwen het water roodachtig, daar menze gekneuſt in leid. De gedroogde houden haare groente, daar de gemeene bruin beſterven.*

De bloeme is geheel en al de gemeene gelyk, behalven dat de bladeren wat breeder zyn, witachtig van coleur, als ſtroo, ſlap van reuk, doch gehavent zynde, werdze ſterker en geil, echter de tamme nog al wykende. Het middelſte pilaartje is wat korter en breeder, maar de vrucht-dragende tros, met zyne bezien, is de gemeene meeſt gelyk, de binnenſte korrels zyn ongelyk van getal, van twee tot zeven toe, zo rood niet als de voorige, maar licht-rood, als zy ryp zyn.

Men heeft nog een tweede wilde zoorte, wiens bloemen uit den geelen naar den groenen trekken, anders van gedaante de voorige gelyk, werd ſlap van reuk, den ſtam heeft binnen een week en taai hout, donker-Citroen-verwig, als het vers is, of droog, zynde geweekt, heeft het een zalfachtigen, doch niet onlieffelyken reuk, bykans als het Oleum Laurinum, *of de zalve* Diapompholigos.

Naam. *In 't Latyn* Sampacca ſilveſtris *en* Alba. *Op Maleyts* Tsjampacca Utan *en* Puti. *Doch te onderſcheiden van de tamme* Sampacca Puti *in 't voorgaande Kapittel.*

Plaats. *Het werd weinig gevonden in de Amboinſche Boſſchen, en in ſchaduwachtige plaatzen, meeſt op het Land van Hitoe, en omtrent Larique, men kan het ook in de boven planten, alwaar het niet hooger werd dan de gemeene* Tsjampacca, *maar de reuk van de bloeme werd verbetert.*

Gebruik. *Het hout van dezen boom is wel week, en laat zig ligt bearbeiden, evenwel durabel, en ſcheurd niet licht, doch men kan het niet wel polyſten: Men maakt 'er laden van Roers van, als mede ander klein ſchrynwerk. Het behoud zynen zalfachtigen reuk zeer lang, inzonderheid als het opgeſlooten ſtaat.*

De jonge bladeren wat gekneuſt, en in water geweekt, tot dat het roodachtig werd, het zelve doen de Amboineezen in de oogen om het gezigt te verklaren.

In de Appendix *van* Rumphius *werd dit 'er bygedaan.*

Voor wilde Tsjampacca *werden twee boomen gehouden, de eerſte is de* gemeene witte, *die men in 't wilt vint. De tweede is* Berg-Tsjampacca *in 't volgende Kapittel beſchreeven.*

1. Sampacca Alba *of* Tsjampacca Poeti. *Deze heeft een hooger en regter ſtam dan de tamme. Het overige in den text.*

Men heeft geen zonderling gebruik van deze bloem, dewyl daar weinig reuk by is: De jonge bladeren wat gekneuſt, en in water geweekt, tot dat het roodachtig werd, doen de Amboineezen in de oogen om het gezigt te verklaren.

De acht-en-ſeſtigſte Plaat

Vertoont een Tak van de *witte wilde Tsjampacca-Boom.*

Tab. LXVIII.

CAPUT VIGESIMUM TERTIUM.

Arbor Violaria. Caju Mera Banda.

ELegans arboris forma ac florum jucunditas hunc ipsi tribuit locum, licet arbor sit exotica, atque unica tantum a me observata anno 1657. in Bandæ insula summa circa urbeculam Lonthoiram, altissima autem erat arbor instar Tamarindi, vel paulo altior, trunco crassissimo, scabro, ac fisso cortice, coma densa & late extensa.

In ramis sine ordine tenues & erectæ erigebantur foliorum rachides arcte sibi junctæ, uti in *Blimbingo Bulu*, inque iis bini foliorum ordines sibi oppositi, duodecim ac plura paria in quavis rachide. Folia quoque formam habebant istius Blimbing, sed angustiora erant, ac superius magis acuminata, instar illorum *Cassiæ Fistulæ*, licet multo sint minora, superius pallide viridia seu flavescentia, inferius lanuginosa ac gilva.

Ejus flores plures simul progerminant longo insidentes petiolo in ramorum summo, tanquam uni insistentes umbellæ, inter horum vero pedunculos foliola squamosa excrescunt. Florum capitula, antequam sese aperiant, oblonga sunt instar Rosarum, sed glabriora, ejusdemque coloris.

Flos ipse ex quinque componitur petalis interne pallidis, rosacei coloris, formam gerens majoris Violæ, vel florum *Cannæ fistulæ*. In ejus centro incurvum locatur corniculum seu pistillum ventricosum, & acuminatum, fuscum, ex quo in aliis arboribus fructus seu siliqua excrescit, circa illud tria alia incurva & contorta, locantur stamina, in medio quoque ventricosa & lutea, in floris basi quinque alia apparent breviora stamina. Floris odor gratissimus est, ad Violam accedens, quantum autem novi, nulli huic subsequuntur fructus saltem in arbore Bandensi. Quum floret, quod mense Martio in Banda erat, tam copiosis ornatur floribus, ut e longinquo rosam penitus referat, quod elegans oculis præbet spectaculum, sed magis gratum naso, quum odorem spargat jucundissimum. De reliquis ejus facultatibus ac interiore substantia, plura addere non possum, quum ejus possessor nimis caram hanc æstimaret arborem, quam ut incideretur.

Nomen. Bandensibus verum ejus nomen erat incognitum, qui illam interim *Caju Mero*, h. e. arborem rubram vocabant. Ipsi Latinum tribuo nomen *Arboris Violariæ*, seu *Violariæ Cormandelicæ*, inquirendum enim est, an eadem sit arbor, quæ in Java *Senting* dicitur.

Locus. Uti supra dictum est, unicam tantum ejus arborem inveni in Lontora, quæ ibi in monte locata erat juxta civis cujusdam domum, atque uti dicebatur, antea ibi plantata & adducta erat a mercatoribus Javanis vel Malayensibus, qui semper exoticas quasdam arbores pro senioribus adducebant regionis hujus rectoribus, ut viliori venderent pretio Macim vel Nuces Moschatas, unde & hæc provincia variis abundat arboribus frugiferis præ reliquis vicinis insulis; alii autem mihi narrabant tales quoque arbores magna reperiri copia in ora Cormandelensi, ac forte in aliis Malayensibus ac vicinis ipsi regionibus.

Usus. Arbor hæc in Banda magno habebatur pretio, quum unica tantum in tota illa occurreret regione, ac præsertim ob gratos ejus flores, quos vicini adeo expetebant, ut continuo illos decerperent pro conviviis, nuptiis, aliisque festivis diebus, quod domino sæpius, qui homo morosus erat, displicebat, ita ut totam sæpe detruncare vellet arborem, sed continuis dehortationibus ac precibus id inpediebatur, donec tandem illam totam exstirpaverit, ita ut Banda caro hoc ac rarissimo privaretur dono: An autem hujus hominis invidia, an vero Bandensium civium negligentia (qui illam per ramos facile propagare potuerant,) magis sit culpanda, aliis judicandum relinquo. Utraque non esset absolvenda, si hujus ævi mos ipse illos non absolveret, qui nullas æstimant res, nisi quæ crumenis augendis inserviunt.

Isto anno tres hujus arboris ramos in Amboinam adduxi, ibique plantavi, quorum bini perierunt, quum aqua

XXIII. HOOFTSTUK.

Violier of Roode-Boom.

DE schoone gedaante dezes booms, en lieffelykheid der bloemen heeft hem alhier een plaats verworven, hoewel 't een uitlandsche boom, en maar een eenige van my gezien is, Anno 1657. in Banda op 't hooge Eiland in 't steedeken Lonthoir, het was een zeer hoogen boom, als een Tamaryn-boom, of wel zo hoog met een zeer dikken stam, ruige en geborstene schorsse, een digte en wel uitgebreide kruin.

Aan de takken stonden zonder order, en digt achter malkander dunne en regte ryskens, gelyk aan de Blimbing Bulu, *en daar aan kleine bladeren in twee ryen regt tegen malkanderen, by twaalf en meer paren aan ieder rysken. De bladeren waren ook, als die van voornoemde Blimbing, doch smalder, en vooren meer toegespitst, gelyk die van* Cassia Fistula, *hoewel veel kleinder, boven ligt- of geel-groen, van onderen wolachtig en vaal.*

Deze bloemen staan veel by malkander op lange steeltjes, bykans in een dolle, tusschen welke steeltjes aan 't uitterste der takken, daarze t'zamen stooten, staan verscheide groene en kleine blaadjes, als schubben. De knoppen der bloemen, eerze opengaan, zyn lankwerpig, als rooze-knoppen, doch gladder, en van de zelfde coleur.

De bloeme zelfs bestaat uit vyf blaadjes, van binnen bleek en roozeverwig, gefatzoeneert als een groote Viool of de bloeme van Canna Fistula. *In de midden staat een krom hoorntje, met een breede buik, en een bruine spits, waar uit aan andere boomen de vruchten of houwen wasschen, om het zelve staan drie andere kromme en gedraayde draaden, ook in de midden buikig en geel, op den grond van de bloem ziet men nog vyf andere korte draatjes. De reuk van de bloemen is zeer lieflyk, en na de Violen trekkende, maar zo veel my bekent is, volgender geene vruchten op deze bloemen, immers aan den Bandaezen boom. Als hy bloeit (het welk was de maand Maart in Banda) staat hy zo vol bloemen, dat hy van verre, als vol roozen schynt, een aangenaam spectakel voor het gezigt, maar nog meerder voor den reuk, dien hy als dan verre van zig verspreit. Van zyn verdere eigenschappen en binnenste substantie kan ik niets meer schryven, om dat den eigenaar hem al te waart hielt, om daar in te kappen.*

Naam. *By de Bandaneezen was zyn regte naam onbekent, die hem by provisie* Caju Mero *(dat is roode boom noemen) ik geef hem in 't Latyn de naam van* Arbor Violaria, *of* Violaria Cormandelica, *staande nog te onderzoeken, of hy dezelve zy met die gene, die men op Java* Senting *noemt.*

Plaats. *Als boven gezegt, heb ik maar eenen boom op Lontor gevonden, staande aldaar op den berg naast een Burgers huis, en zo men zeide, was hy in voorige tyden aldaar aangebragt door de Javaansche of Maleytsche Kooplieden, die telkens eenige vreemde boomen aan de oude Regenten des Lands medebragten, om beter koop te vinden aan de Noote-musschaten of Foely, waar door die Provincie van alderbande vrucht-boomen, boven hare nabuuren, tot nog toe verzien is, andere zeiden my, dat dergelyke boomen op de kust van Cormandel overvloedig te vinden waren, en misschien in andere Maleytsche, en nadere Landen meer.*

Gebruik. *Dien boom was in Banda in groote agting, om dat 'er maar een eenige op het geheele Land was, en wegens zyne lieflyke bloemen, daar de buuren zo gretig op waren, datze die geduurig afhaalden op Bruiloften en andere Hoogtyden, het welk den eigenaar (die een korzelig hooft was) dikwils verdroot, dat hy den geheelen stam daar neer wilde hakken, maar telkens wederom verbeden wierde: Eindelyk heeft hy hem nog omgekapt, en zo wierd Banda van een van hare beste rariteiten berooft. Of nu dezes Mans nydigheid of der Bandaneezen Borgers sloffigheid (die hem ligt met takken hadden konnen voortplanten) meer te berispen zy, laat ik andere oordeelen. Zy zouden beide niet te ontschuldigen zyn, indienze de mode van de tegenwoordige Eeuwe niet zelfs verschoonde, dewelke geene dingen acht, die niet in de beurze dienen.*

Ik hebbe in 't voornoemde jaar drie takken van dezen boom mede naar Amboina gebragt, en aldaar geplant, waar

aqua marina infecti fuerant, tertius autem eleganter excrescebat, sed idem cum matrice arbore subibat fatum, quum enim in conducto stabat horto, cujus possessor flores ejus tam cupide videbat, ac latro patibulum, brevi etiam cædebatur.

Dein intellexi, talem quoque juniorem arborem reperiri in arvo quodam circa eandem urbeculam Lontoram, dicto *Lackoy*, an autem sponte ibi progerminaverit, an vero nuper per ramos ibi propagata fuerit, me latet.

waar van 'er twee uitgingen, om dat haar het Zee-water geraakt hadde, de derde begon fraay op te komen, maar hy kreeg het lot van zyn Moeder, want staande op een gehuerden bodem, wiens eigenaar de bloemen zo gaarn zag, als den dief de galg, moest hy mede wandelen.

Naderhand heb ik verstaan, dat diergelyke jongen boom te zien was in zeeker Erf, omtrent het zelve steedeken Lontor, genaamt Lockoy, *of hy aldaar van zelfs voortgekomen, of eertyds met takken geplant zy, is my onbekent.*

In *Appendice* pro ARBORE VIOLARIA substitui vult *Rumphius* SAMPACCAM MONTANAM seu TSJAMPACCA GOENONG, quæ sequentem in modum ibi describitur.

Vera silvestris seu montana Sampacca truncum gerit erectum & altiorem quam omnium præcedentium, foliaque producit similia aliis Sampaccæ foliis, sed rugosiora, nec subtus lanuginosa, quæ simplicia sunt & solitaria, ramulisque insident incurvis & nodosis. Flos solitarius provenit ex novem formatus petalis, quæ introrsum in tribus triangulis locantur, quorum tria exteriora operculi vicem gerunt: quam diu arbori inhæret flos, est flavus, avulsi vero flores mox fusci sunt, eorumque pars inferior albescit, odoremque habent ad Mespilos accedentem.

Ex medio tubo simplex excrescit fructus magnitudine Pruni, sed ejus pars superior obliqua est, externe rugosus est & quasi squamosus seu paleaceus, sed non dehiscens, uti in Manoæ seu Pyrorum Sinensium fructibus. Maturus vero in viginti circiter cellulas divisus sese aperit, quarum quævis officulum continet planum ac rubrum fructibus *Corallariæ Parvifoliæ* simillimum, sed tenuius. Fructus avulsi vix per 24 horarum spatium integri servari possunt, quin in plurimas rimentur partes seu segmenta juxta squamarum numerum, quas externe exhibent, quævis autem interne cameram repræsentat instar cymbæ excavatam, in qua memorata rubentia officula locantur, quæ angustissima sua parte per parvum filamentum adnectuntur medio communi stilo.

Trunci cortex est cinereus, rugosus, fissus, & muscosus, interna parte flavescens. Lignum est album, & longitudinalibus constat fibris, sed non durum est, si hæ arbores recentes incidantur, tum gratum, sed debilem fundunt odorem, qui in detruncato penitus disparet ligno, unde dulcis ac gratus iste odor tantum in vetustis & deciduis observatur arboribus, quales anno 1693 circa Alang & Hatoe in remotis montibus varias invenimus, quæ gratum spirabant odorem, nemo autem incolarum nobis vegetam demonstrare volebat arborem, dicentes, sese deciduarum modo arborum ramenta & frusta ex silvis petere, pro uxoribus suis, quæ ex illis odorata præparant unguenta. Omnes vero, quæ post pagum *Soeli* locatæ sunt, juniores sunt arbores, incolæ vero dicebant, idem illud lignum deciduarum arborum ab uxorculis suis etiam in usum adhiberi.

Nomen. Latine mihi dicitur *Sampacca montana.* Malaice *Tsjampacca Utan*, seu *Tsjampacca Goenong*, quum præcedens alba Sampacca pro silvestri quoque habeatur specie. Wayenses & Soelyenses illam vocant *Pokor Coepan Wassi*, Alanghenses vero nobis nullum aliud subministrarunt nomen nisi *Bour Hanit*, quod sine dubio erroneum est, quum *Hanit* seu *Hanet* alia penitus sit arbor a nobis *libro quarto* descripta.

Locus. In altis crescit montibus ventosisque circa Dammaræ arbores post pagos Way & Soely in montibus *Elacka-Siaman.*

Usus. Quum hæc arbor ita raro occurrat, nec huc usque bene nota sit, hinc siccum ejus lignum tantum in usum venit, quod aliquando in altis montibus ex deciduis arboribus colligitur. Quidam tam latos ex illo adquisivere asseres, ut ex iis cistas formaverint, quum vero illud lignum non elegantis esset coloris, hinc ad Sandapilas illud adhibuerunt.

Nostrates pluris id fecerunt, atque ex ejus minutis segmentis oleum tentarunt destillare, quod fortem foliorum Limonis Poerrut spirabat odorem, sed tam pauca illud exhibebat quantitate, ut vix operæ pretium esset. Alius vero ac melior modus est, si hujus li-

In het Byvoegzel *wil* Rumphius, *dat men voor de* ARBOR VIOLARIA *stelt de* BERG-TSJAMPACCA, *ofte de* TSJAMPACCA GOENONG, *die aldaar op de volgende wyze beschreven wert.*

De regte wilde of berg-Tsjampacca gewint een grooter, regter, en hooger stam dan alle de voorgaande, heeft wel bladeren als ander Tsjampacca, doch styver en van onderen niet wolachtig, staande enkeld aan kromme en knoestige takskens. De bloem staat enkeld, gemaakt van 9. blaadjes binnen malkander in 3. Triangels staande, waar van de drie buitenste het dekzel zyn, aan den boom bleekgeel, doch de afgebrokene werden straks bruin, en de onderste helft blyft wit, van reuk als Mispelen.

Uit het middelste pylaartje werd een enkelde vrucht in de grootte van een pruim, doch de voorste hoek staat wat scheef, van buiten wat ruig en als schilfferachtig. Doch niet opengaande, schier als aan de vruchten Manoa of Sineeze Peeren. De rype valt in omtrent 20. huiskens van malkander, ieder verbergende een platte en roode korrel, de vruchten van Corallaria Parvifolia *gelyk, doch dunder. De afgebrokene vruchten kan men qualyk een etmaal heel behouden, ofze bersten in veele stukken na 't getal der schubben, die zy van buiten verbeelden, en ieder vertoont van binnen een kamertje als een schuitje, daar in gemelte ligt-roode zaden schuilen, met de smalste hoek aan een klein draatje aan de middelste pilaar vast.*

De schorsse is graauw, ruig, geborsten, en moschachtig, van binnen bleek-geel. Het hout is wit, en regtdradig, doch niet hart. Als men vers in deze boomen kapt, zo werd men een aangenaamen, doch slappen reuk gewaar, maar aan het afgekapte hout niet met al. Dierhalven dien zoeten en aangenamen reuk alleenlyk aan de oude en omgevalle boomen gezogt werd. Diergelyken wy Anno 1693. *omtrent* Alang *en* Hatoe *ver in 't gebergte verscheide gevonden hebben van een aangenaamen reuk, maar niemant van de Inlanders wiste of wilde ons den groeyenden boom aanwyzen, zeggende, datze het omgevalle hout maar met spaanders en stukken uit het Bosch haalden voor haare vrouwen, om welriekende zalven daar van te maken. En alle die gene, welke achter het dorp* Soeli *staan, zyn nog jonge boomen, doch de Inlanders zeiden, dat het zelve hout van omgevalle boomen by haar vrouwtjes mede gebruikelyk was.*

Naam. *Ik noem hem in 't Latyn* Sampacca montana. *In 't Maleyts* Tsjampacca Utan, *of* Tsjampacca Goenong, *dewyl de voorgaande witte Tsjampacca ook voor een wilde zoorte gehouden werd. Die van Way en Soely noemen hem* Pokor Coepan Wassi. *Die van Alangh hebben ons nog tot geen ander naam opgegeven dan* Bour Hanit, *welk buiten twyffel een abuis is, vermits* Hanit *of* Hanet *een geheel ander boom is, en van ons in 't* 4. *boek beschreeven.*

Plaats. *Hy wast in 't hooge gebergte, daar het luchtig is, en omtrent de Dammar-boomen, achter de Negoryen van Way en Soely in 't gebergte* Elacka-Siaman.

Gebruik. *Wyl dezen boom zo zelden gevonden werd, en tot nog toe niet ter degen bekent is, zo heeft men zig met het drooge hout beholpen, waar van men nu en dan in 't hooge gebergte een omgevallen boom vint. Zommige hebben zo breede planken daar van gekregen, datze kisten daar van gemaakt hebben, dog dewyl het hout van geen aanzien was, zo hebbenze dit tot doot-kisten gebruikt.*

De onze hebben wat meer werk daar van gemaakt, en voor eerst uit het klein gekapte hout een Oly zoeken te distilleren, 't welk wel kragtig van reuk was na de bladeren van Lemoen Poerrut trekkende, doch daar quam zo weinig van, dat het de moeite niet waart was. Een ander

A
B
B
C

ligni rasura in Canarii oleo maceretur, & post aliquot dies per pannum trajiciatur, oleum præbet gratum, in hunc vero finem oleum minimorum Canariorum est eligendum, qualia in Banda & Boero crescunt, magna enim & vulgaria Canaria oleum dant rancidum. Eadem hæc rasura facculis indita, & inter vestimenta deposita, ipsis gratum conciliat odorem.

EXPLICATIO

Tabulæ Sexagesimæ Nonæ,

Quæ ramum exhibet *Sampaccæ montanæ.* Ubi Litt. A. *conum* denotat *frugiferum.*
B. Ejus *cellulas*, in quibus semen reconditur.
C. *Semen* ipsum.

CAPUT VIGESIMUM QUARTUM.

Lingoum: Anxana. Caju Lingoo.

Licet hæc proprie arbor pertineat ad ligna ædificatoria seu tigna, hic tamen loci inter floriferas, ob insignes, quos gerit, flores, eam locare volui, qui ob gratum odorem famosi admodum sunt, ejusque lignum insuper dignum est, ut ob jucundum odorem inter odoratas numeretur arbores. Hujus tres præcipue observavimus species, inter sese variantes, quarum prima rubrum, altera album, ac tertia saxatile vocatur *Lingoum*, de binis autem primis speciebus hoc in capite agemus.

Rubrum itaque *Lingoum* arbor est altissima, & silvestris, raro trunco constans erecto, plurimum vero sinuoso & crasso, qui ad inferiorem ejus partem amplam format basin ex latis alis constantem, quique supra sæpe in binos tresve dividitur truncos, qui corticem habent fissum & quasi laciniatum, aliis parasitis concretum herbis. Rami glabrum, succosum, & lentum gerunt corticem instar Salicum: In his erectæ locantur rachides, in binos ordines alternatim locatæ, inque iis folia simili sita sunt modo cum uno inpari extremo.

Folia hæc sunt cordiformia, integra, inferiore parte rotunda & ampla, superius autem acuminata & cito angustata, *Cannæ fistulæ* foliis simillima, sed minora, tres nempe quatuorve pollices longa, binos lata, tenuibus parallelis costis pertexta, læte viridia, glabra, elegantemque præbentia adspectum.

In vetustioribus vero arboribus superius sunt rotundiora, breviora, & firmiora, ex rachidis foliosæ ortu longi excrescunt racemi, inque iis plurimi simul flosculi Violæ formam habentes, ex tribus constantes minoribus petalis, quorum latissimum ac summum extrorsum reflectitur, bina autem inferiora sibi mutuo opponuntur instar alarum, atque decem contegunt stamina antheris flavis ornata, arcte sibi juncta, crocei elegantisque coloris, sunt autem tenera atque hinc rugosa, citoque marcescentia, gratum vero spirantia odorem, perfecte instar *Leucoji lutei*, non autem ita durabilis est hic odor.

Flores hi viridi insident caliculo, eorumque petioli in ortu geniculati sunt, quales & ramorum rachides. Foliorum odor gramineus est, sique manducentur, mucosa sunt. Post flores iisdem in racemis fructus excrescunt forma tenuium discorum, magis autem siccum folium quam fructum referentes, minores nummo inperiali, uno autem latere prominentem gerunt angulum, seu brevem apicem, atque prope pedunculum una fructus ora sinum efformat, sunt autem instar cochlearis excavati. Circa oras fructus hi simplices sunt instar pellis, in medio autem duplicati, protuberantes, certisque venis elevati, sicci, ac duri. In hoc ventre seu duplicatura binæ tresve occurrunt cellulæ, in quibus tot locantur oblonga semina gilva, glabra, & dura, Cucumeris semina æmulantia, quæ ab una

der en beter manier is, als men het zaagzel van het hout in Canary-Oly weekt, en na eenige dagen door een doek perst, zo komt 'er een aangenaam Oly van, doch hier toe moet men de Oly van kleine Canaris verkiezen, diergelyken in Banda en op Boero vallen, want de gemeene groote Canaris tot Oly gemaakt, rieken wat garstig. Het zaagzel in linne zakjes gedaan, en tusschen kleederen gelegt, geeft dezelven een aangenamen reuk.

UYTLEGGING

Van de negen en zestigste Plaat,

Dewelke vertoont een Tak van de Berg-Sampacca Boom. Alwaar Lett. A. vertoont deszelfs *vruchtdragende knop.*
B. De *kamertjes*, daar het zaat in besloten is.
C. Het *zaat* zelfs.

XXIV. HOOFTSTUK.

De Lingoa-Boom.

*Hoewel dezen boom eigentlyk onder de timmerhouten behoort gerekent te werden, zo hebben wy echter hem alhier onder de bloemdragende plaats gegeven wegens zyne bloem, dewelke om haare aangename reuk vermaart is, zynde daar en boven het hout, wegens zyn goede reuk, ook waardig onder de welriekende boomen gestelt te werden. Wy hebben daar van drie principale zoorten aangemerkt, met eenige kleine veranderingen, te weten; eerst het roode, ten tweede het pelzige, of witte, ten derde het steen-*Lingoo, *waar van de twee eerste zoorten in dit Kapittel zullen beschreven werden.*

Eerstelyk. Het roode Lingoo *is een zeer hoogen Woutboom, zelden met een regten, maar meest bogtigen en dikken stam, beneeden een grooten stoel met breede vlerken makende, en boven zomtyds zig in twee of drie stammen verdeelende, met een gescheurde en gelapte schorsse, en dikwils met andere ruigte bewasschen. De takken hebben een gladde, zappige, en taye schorsse, gelyk de Willigen: Aan dezelve staan regte ryskens, in twee ryen verwisselt tegens malkanderen, en aan dezelve de bladeren in gelyke order, met een voor uit alleen.*

Deze bladeren zyn wat hertformig, dan zonder klove, maar achter rond, breed, vooren schielyk toegespitst, die van Canna Fistula *zeer gelyk, doch kleinder, namentlyk drie en vier duimen lank, twee breed, met fyne evenwydige dwarsribben, zeer jeugdig-groen, glad, en fraai van aanzien.*

Aan de oude boomen zynze van vooren wat ronder, korter, en styver, uit den schoot der ryskens komen lange trossen voort, en daar aan bloemkens veele by malkanderen, gefatzoeneert als een Viole, en uit drie blaadjes gemaakt, waar van 't breedste en bovenste uitwaarts gebogen staat, en de twee onderste staan tegens malkander, als twee wangen, en bedekken tien draatjes met geele nopjes, digt tegens malkander staande, schoon-geel van coleur, teer, en daarom wat rimpelig, en haastig verslenzende, zeer zoet en aangenaam van reuk, regt als de geele Violen of Leucojum Luteum, *doch zo bestendig niet.*

Zy staan in een groen kelkje, en hare steelen hebben by haren oorspronk eenige knietjes, gelyk ook de ryskens aan de takken. De smaak der bladeren is grasachtig, en in 't kauwen wat slymerig. Na de bloemen aan dezelfde trossen wasschen de vruchten, in de gedaante van dunne schyven, doch meer een gedroogt blad, dan een vrucht gelykende, wat kleinder als een Ryxdaalder, doch aan de eene kant hebbenze een uitsteekende hoek of korte spitze, en by de steel maakt de eene rand een bogtje, en zyn wat bol, als een lepeltje. Aan de kanten zynze maar enkelt, als een vel, maar omtrent de midden dubbelt, buikig, en met eenige uitbuilende aderen wat rimpelig, droog, en hard. In dezen buik vind men zaden, vaal, glad, en hard, de zaden van Komcommers gelykende, doch aan de eene hoek zynze breed, en hebben een naveltje, als een boone, daar bin-

una parte lata sunt & umbilicata instar fabarum, in his viridis reconditur substantia in bina segmenta divisibilis.

Ejus lignum variam exhibet substantiam & colorem, sub succoso enim cortice album occurrit lignum, binos tresve digitos crassum, quod tamen non ubique ita crassum est nec apparet, in quibusdam enim locis mox sub cortice, ac præsertim in alis & radicibus rubrum apparet lignum, sub tenui reconditum alba substantia, atque magis introrsum substantia sanguinei coloris, Sandalo rubro adeo similis, ut vix distingui possit, excepto quod *Lingoum* crassioribus constet fibris. Lignum hoc difficulter per medium finditur, quum intricatum admodum sit, variis contortum fibris ac nodis, unde potissimum serra elaborandum atque oblique perdolandum est, si vero ex vetustis sit arboribus, tandem lævigari ac poliri potest, pessimum vero est, quod hoc lignum frusta non exhibeat magna concoloria, si enim magis introrsum vergat, album iterum adquirit colorem, estque molle & cariosum, vel omnino excavatum.

Odor recens elaborati ligni est aromaticus ac gratus, proxime accedens ad Sandalum Citrinum, vel magis ad lignum *Caju Lacca* dictum, quod licet sit flagellosum, cum hoc tamen *Lingoo* magnam habet affinitatem. Optima hujus ligni frusta colliguntur ex alis prope radicem cæsis, atque ex mediocri arbore firmæ satis postes ac trabes formari possunt, quum ejus cor substantiam gerat solidam.

In vetustis arboribus hujus ligni frusta occurrunt læte rubentis coloris, eleganter striata ac solida, adeoque pinguia, ut igni opposita oleum exsudent, quod & Agallochum itidem præstat, ejusque odor multo magis gratus est quam in reliquo arboris ligno, quod, si comburatur, nullum vel paucum admodum exhibet oleum, ac fundit odorem, copiosum vero acriterque vellicantem fumum.

Frusta hæc ita eleganter sæpe sunt variegata, ut flammam quasi cum fumo suo repræsentent, qualia Malayenses & Macassarenses valde expetunt, ex quibus armorum vaginas formant. Hæc satis bene poliri possunt, sed rubentem ac corallinum non diu servant colorem, quum sicca in fuscum atque obscure rubentem tendant colorem, talia quoque segmenta circa corticem, ubi truncus fissus est, ac continuo per solis radios agitatur, observantur, qui pinguedinem ad has adtrahunt partes, hasque externe nigricantes & quasi exustas reddunt, sub quibus fuscum ac dein læte rubens reconditur lignum, ubique ita pingue, ut istud oleum ad ignem exsudet ex illo. Tales sæpe arbores in saxosis ac præruptis inveni litoribus, quarum anteriores radices ab aqua marina conspersæ ac vicissim radiis solaribus exustæ erant, posteriores vero seu quæ ad terram sitæ erant, neutiquam, quum hæ aliis obtegebantur herbis, in quibus observabam, priores istas radices esse eleganter rubentes, pingues, & odoratas, unde concludebam, Solis ardorem hujus arboris pinguedinem in illas adtrahere, atque ibi quasi concentrare. In aliis enim arboribus, excavatas itidem in litore radices gerentibus, ab aqua marina itidem & copiose conspersas, sed parum a solaribus exagitatas radiis, nullum fere vel paucum admodum reperiebatur rubrum ac pingue istud lignum.

Alterum album seu molle *Lingoum*, quod vulgatissimum, priori simile est modo crescendi ac forma, ejus autem folia sunt magis oblonga & majora, ad *Cannæ Fistulæ* folia magis accedentia, ultra quatuor & quinque pollices longa, binos & binos cum dimidio lata. Flores vero ejus, fructus, ac semina priori simillima sunt, excepto quod fructus sint majores inperiali, gilvi, illorumque angulus eminens latior, & major, ac semina medullam habent viridem, externa autem specie hæc arbor vix a priori distinguenda est, maximaque differentia in ligno consistit, quod in hac specie duplex est. Primum itaque est citrinum seu flavum, atque ad ejus extremam partem & circa nodos quasdam gerit maculas rubras, quæ sæpe tantæ sunt, ut pro prima haberetur specie, lignum autem hoc multo magis fungosum est, ac crassioribus constat fibris, vix vel nunquam per longitudinem findendum, quum ejus venæ obliquæ ac sibi intricatæ decurrant, quod difficile est ferris aliisque instrumentis elaborandum, nunquam vero poliri potest. Alterum ex flavo-cinereum est pauca rubedine mixtum, priori

binnen zit een groenachtig beestje, dat men in tween delen kan.

Het bout is zeer ongelyk van substantie en coleur, want voor eerst onder de zappige schorsse heeft men een wit bout, twee en drie vingers dik, en dat ook niet over al, want op zommige plekken vind men straks onder de schorsse, zonderlyk aan de vlerken en wortelen, een rood bout, onder dit witte spint, wat innewaars vind men een bloed-rood bout, het roode Zandel zo gelyk, dat menze qualyk onderscheiden kan, behalven dat de Lingoo *wat grofdradig is. Dit bout splyt zeer moeylyk in de lengte, want het is verwert, dradig of windig, en quastig, daarom men 't meest met de zaage bearbeiden, en over dwers schaven moet, evenwel zo 't van oude boomen is, laat het zig eindelyk nog glad werken, en polysten; maar 't slimste van dit bout is, dat men geen groote stukken van een coleur daar uit kan krygen, want straks na binnen toe werd 't wederom bleeker, als een gebakken steen, zynde voorts 't hert wederom witachtig, week, en vermolzemt, of t'eenemaal hol.*

De reuk van het vers gewerkte bout is speceryachtig, en lieffelyk, zeer na, als witte Zandel, of nog nader, als 't bout Caju Lacca *genaamt, het welk hoewel een touwgewas zynde, met de* Lingoo *groote gemeenschap heeft. De beste stukken heeft men uit de vlerken naast de wortel gehouwen, en uit de middelbare boomen kan men ook massive stylen en balken hebben, want aan dezelve 't hert nog vast van substantie is.*

Aan de regt-oude boomen vind men ook stukken van dit bout, ligt-rood van coleur, schoon geadert, massyf, zo vet, datze aan 't vuur gehouden, Oly uitsweeten, gelyk 't Agel-hout doet, zynde den reuk daar by veel aangenamer dan aan 't ander bout van den boom, 't welk in 't branden geen of weinig Oly en reuk van zig geeft, maar een scherp bytende rook.

Deze stukken zyn zomtyds zo schoon geadert, dat men een grooten brand, met een draayenden rook, daar in speculeeren kan, diergelyke de Maleyers en Macassaren zeer zoeken, om kris-scheeden van te maken. Zy laten zig redelyk wel polysten, maar bouden hare coraal-roode verwe niet lange, en besterven bruin-rood, zulke stukken vind men ook omtrent de schorsse, daar de stam gescheurt is, en gestadig van de Zon geraakt werd, dewelke de vettigheid na deze plekken trekt, dezelve van buiten swart en verbrand maakt, waar onder 't bruine, en daar na 't ligtroode-hout leid, doch over al zo vet, dat voornoemde Oly aan 't vuur uitsweet. Ik heb diergelyke boomen op steenige en steile stranden gevonden, wiens voorste wortelen van 't zout water bespat, en met beurten door de heete Zon gebrant wierden, maar de achterste of Landelykste geenzints, als zynde met eenige ruigte bedekt, waar aan ik bemerkte, dat de eerste wortelen schoon rood, vet, en welriekende waren, en daar uit besloot, dat de Zonne-hitte de vettigheid in dezen boom by malkander vergaderde. Want aan andere boomen, die ook met holle wortelen op strand stonden, van 't Zee-water rykelyk bespat, doch weinig van de Zonne getroffen wierden, was geen of weinig rood of vet bout te vinden.

De tweede. Het witte of weeke Lingoo *zynde 't gemeenste, is de voorige aan wasdom en gedaante meest gelyk, de bladeren zyn wat lankwerpiger en grooter, die van* Canna Fistula *nader komende, ruim vier en vyf duimen lank, twee, en twee en een halve breed. Bloemen, vruchten, en zaaden zyn als aan 't voorige, behalven dat de vruchten grooter zyn dan een Ryxdaalder, ligt-vaal, en de uitsteekende boek is wat breeder, en grooter, en de zaden hebben van binnen een groen merg, doch aan 't uiterlyk aanzien kan men dezen boomen qualyk onderscheiden, zynde 't merkelykste verschil in 't bout gelegen, 't welk in deze zoorte tweederlei is. Het eerste is bleek-geel, en heeft aan de kanten, en by de knoesten zommige roode plekken, zomtyds zo groot, dat men 't voor 't eerste geslagt aanziet, doch dit bout is veel voosser en grofdradiger, qualyk of nooit regt splytende, om dat de aderen schuins door malkanderen loopen, moeyelyk voor de zaagen en schaven, en laat zig nooit glad werken. Het tweede is uit den geelen graauwachtig, met weinig of geen rood gemengt, anders 't voorige gelyk, beide van een redelyk en massyf hert, buiten met een wit spint omgeven, en*

priori cæteroquin simile, & utrumque satis solidum gerit cor, quod externe alba textura obductum est, unde & rudioribus operibus mechanicis melius inservit quam rubrum.

Omnes porro *Lingoi* species hanc habent proprietatem, quod ex vulnerato cortice, præsertim ramorum, ac ubi is glaber est, tenuem ac læte rubentem exstillent succum, qui mox in obscure rubens ac molle concrescit gummi, instar spissi sanguinis vel opaci Rubini seu Pyropi. Hæc quoque arbor adeo luxuriosa ac vegetabilis est, ut non solum ejus rami, si terram tangant, progerminent, sed etiam magna trunci segmenta, si in silvis projecta sint, undique tot emittant ramos, ut intra annum virgultum efforment, unde & apti sunt hi rami ad hortorum sepes, hoc autem mali habent, ut, si terræ commissi fuerint, plerumque albas generent formicas.

Florendi tempus plurimum est in Mensibus Augusto & Septembri, quum rubra inprimis species tot floribus onusta est, ut tota arbor e longinquo unicum referat luteum florem, gratumque undique fundat odorem: Fructus maturescunt a Februario usque in Aprilem.

Nomen. Prima species Latine vocatur *Lingoum Rubrum*, generale autem nomen Malayense est *Anxana*, quod Sinenses *Angsela* pronunciant, vulgatissimum vero ac maxime notum nomen est *Lingoo* & *Lingoa*, ac particulare primæ speciei *Lingoa Mera*, & *Lingoa Bonga*, quum hæc rubra species plurimos proferat flores, alii autem *Lingoa Bonga* primam vocant speciem mollem, quæ ad oras rubra est. Ternatensibus dicitur *Lingo.* Macassarensibus *Pattene.* Amboinensibus *Nala kiri* a rubro colore simili avi *Kiry:* Malayensibus *Noeri* seu *Loeri.* Boegenses populi illam vocant *Tjendana*, ex ignorantia cum Sandalo illud confundentes ob communem forte horum lignorum odorem, uti quidam Macassarenses omne *Lingoum Tsjampagga* dicunt, ob gratum ac rosaceum odorem. In Bima vocatur *Narra*; in Timora *Sana* & *Na.*

Altera species dicitur *Lingoum molle.* Malaice *Lingo Puti*, & *Gabba Gabba*, & *Lingo-Parampuan:* Amboinice *Nala Uppar*, & *Nala Uppal*, idem significans, non quidem quum lignum sit adeo molle, sed quum rugosum sit instar fungosæ *Gabba Gabbæ*, nec facile poliri possit.

Locus. Omnes Amboinenses insulæ satis copiose hoc exhibent lignum, in silvis cunctis præterea invenitur levioribus, in locis declivioribus etiam melius crescit, ut & ad montium pedes, quam in altioribus ac frigidioribus montibus, ubi raro occurrit. Notum porro est per totam aquosam Indiam a Malacca per Sumatram, Javam, Macassaram usque in Moluccos; juxta relationem Sinensium in Australi Sinæ parte quoque occurreret, ibidemque vocaretur *Tschet Zutt.*

Usus. Ambo hæc ligna magno in usu sunt ad tigna & scriniaria opera, ita ut inter præcipua ædificatoria harum insularum ligna numerentur, ex quibus postes, trabes, & asseres formantur, certo tamen discrimine: Rubrum enim lignum est satis solidum, sed non magna exhibet segmenta, ob fungosum ac excavatum ejus cor, unde & plurimum ad cistas, forium fastigia, aliaque scriniaria expetitur opera.

Ex alba & pallida specie asseres satis ampli formari sed, uti dictum, non bene poliri possunt, sique tractentur, ramenta sæpe emittunt, unde & difficile dedolantur, semperque rugosæ remanent maculæ. Si rubrum sit lævigatum, poliendum est rasura sua, assulisque fortiter perfricandum, ac dein laneo panno, si cera primum leviter fuerit obductum, detergendum, unde diu rubrum suum ac Corallinum servat colorem. Si vero tempore fiat nigricans vel obscure rubens, iterum fricandum est rugosis *Ampelii* foliis, ac memorato poliendum modo.

Si elaborentur hæc ligna, jucundum spirant odorem, præsertim secundum Citrinum, quod ex rubro mixtum quoque est. Cistæ, capsulæ, similiaque quam diutissime hunc retinent odorem, si occlusa serventur, ita ut pro Sandalo citrino haberetur hoc lignum. Omnia porro *Lingoi* ligna hanc habent proprietatem, si nempe aqua ac præsertim aqua marina ipsi adfundatur, glaucum statim contrahit colorem, puto aquam hunc adquirere colorem, non vero lignum, omniaque porro lintea, si sint madida, quum hoc adtingant lignum, simi-

en dierbalven tot grof houtwerk bequaamer dan 't roode.

Voorts hebben alle Lingoos *geslagten deze verdere eigenschappen, dat uit de gequetste schorsse, inzonderheid aan de takken, of daarzo glad is, een dun en ligt-rood zap uitvloeid, die straks in een donker, rood, en week Gom besterft, als gestolt bloed, of donkere Robynen. Als mede een zodanige weeldrige en groeyende aard steekt in deze boom, dat niet alleen alle de takken, zoze de aarde raaken, uitwassen, maar ook geheele mooten van den stam, alsze in 't Bosch blyven leggen, schieten aan alle kanten met zo veele takken op, datze binnen 't jaar een struik maken, en daarom zynze tot thuinstokken zeer bequaam: Doch hebben deze stylen ook die fout, alsze in de aarde staan, datze gemeenelyk witte Mieren genereeren.*

De bloeityd valt gemeenlyk in Augustus, en September, wanneer het roode geslagt inzonderheid zo vol bloemen hangt, dat den geheelen boom van verre een geele bloem schynt, en zyn aangename reuk wyd verspreid: De vrugten ziet men ryp van February tot in April.

Naam. *De eerste zoorte hiet in 't Latyn* Lingoum Rubrum: *Den generalen naam in 't Maleyts is* Anxana, *'t welk de Sineezen* Angsela *uitspreeken, maar de gemeenste en meest bekende naam is* Lingoo *en* Lingoa, *en in 't byzonder de eerste zoorte* Lingoa Mera, *en* Lingoa Bonga, *om dat deze roode zoorte de meeste bloemen draagt, doch andere noemen* Lingoa Bonga *de eerste zoorte van 't weeke geslagt, 't welk aan de kant rood is. Op Ternaats* Lingo: *Op Macassers* Pattene: *Op Amboins* Nala kiri *van de roode verw des Vogels* Kiry: *By de Maleyers* Noeri *of* Loeri *genaamt: De Boegische volkeren noemen 't* Tsjendana, *uit onwetenheid met 't Sandel-hout vermengende, misschien wegens den gemeenen reuk, gelyk zommige Macassaren al het* Lingoo Tsjampagga *noemen, wegens zyn goeden of bloemachtigen reuk. Op Bima* Narra, *op Timor* Sana *en* Na.

De tweede zoorte hiet Lingoum molle: *Op Maleyts* Lingo Puti, *en* Gabba Gabba, *en* Lingo-Parampuan, *op Amboins* Nala Uppar, *en* Nala Uppal, *alle van een beduidenis, niet zo zeer om dat het week van hout, maar om dat het ruig is, als vooze* Gabba Gabba, *en zig niet glad laat werken.*

Plaats. *In alle de Amboinsche Eilanden is 't redelyk gemeen in alderlei Bosschen, inzonderheid die wat ligt zyn, het wast ook liever in de laagte, of aan 't hangen der bergen, dan op 't hooge en koude gebergte, daar men 't zelden vind. Voorts is 't meest door geheel Water-Indiën bekend, van Malacca aan, door Sumatra, Java, Macassar, tot in de Moluccos. Na 't zeggen der Sineezen, zoude 't ook in de Zuider deelen van Sina te vinden, en aldaar* Tschet Zutt *genaamt zyn.*

Gebruik. *Beide deze houten zyn in groot gebruik tot Timmer- en Schrynwerk, zo dat het onder de principaalste bouw-houten van deze Eilanden te reekenen is, daar men stylen, balken, en planken van maakt, doch met wat onderscheid: want het roode heeft wel vast hout, maar men kan geen dikke stukken daar van krygen, wegens 't valsche en holle hert, daarom 't meest tot kisten, lysten, en ander schrynwerk verarbeit werd.*

Uit 't bleeke en witte geslagt kan men wel breede planken krygen, maar die (als gezegt) zyn niet wel glad te werken, in 't handelen zeer splinterig, ende moeyelyk in 't schaaven, altyd eenige ruige plekken behoudende. Het roode zynde effen geschaaft moet men polysten, met zyn eigen zaagzel en krullen sterk vryvende, en ten laasten met een wolle lap, eerst wat wasch zagtjes over 't hout gestreeken, gewreeven, waar door 't zyn coraalroode verwe lange behoud. Als 't nu metter tyd hoogbruin, of swartachtig geworden is, moet men 't weder overwryven met de ruigge bladeren Ampelaas, *en polysten als vooren.*

In 't werken geven deze houten een lieflyken reuk, inzonderheid het tweede, 't welk geelachtig en met rood gemengt is. De Kisten, Comptoiren, en Laadjes behouden dezen reuk zeer lang, alsze wel geslooten gehouden werden, zo dat menze voor geel Sandel-hout aannemen zoude. Alle de Lingoos *zoorten hebben ook deze eigenschap, dat eenig water, inzonderheid zout water daar opgegoten zynde, terstond Spaansch-groen van verwe werd: Ik zeg het water, en niet het hout, en alle 't linnewerk, 't welk vogtig zynde, daar aan raakt, mede zo verwt, het welk inzon-*

similem contrahunt colorem, quod præsertim subsequens *Lingoo Batu* efficit, non autem ita *Lingoo Mera*.

Inter tria itaque *Lingoi* ligna rubrum elegantissimum est ad opera scriniaria, *Lingoo Gabba Gabba* vulgatissimum, maxime odoratum & maximum; *Lingoo* vero *Batu* durabilissimum: Ad hortorum sepes, palos, similesque postes, quæ eliguntur, ut progerminent, ubique adhibentur, quod autem tali plantatur modo, cito ac læte satis excrescit, sed raro producit flores, donec in ingentem adoleverit arborem; plantata hæc arbor nunquam fere fructus profert, ramos tamen vidi in Augusto & Septembri plantatos, qui floriferi hujus arboris sunt menses, floribus onustos, antequam folia produxerant, hoc autem semel tantum fit, dein autem nullos dat flores, nisi quum ingens sit arbor.

Apud Malayenses & Macassarenses hujus arboris flores magno habentur in pretio, quos capillis innectunt, unde & hæc arbor prope ædes plantatur, ejusque flores in foro venduntur. Arboris cortex aquæ incoctus multum adhibetur ad pultem Papeda, quæ per hunc indurescit, & solidam adquirit substantiam. Si aqua calcis hujus ligni asseribus inspergatur, illa flavescit, uti aqua marina glaucum adquirit colorem, unde patet, sine dubio pigmenta quædam ex hoc præparari posse ligno, si circa hanc rem experimentum institueretur. Sub hisce arboribus plurimæ sæpe fossæ apparent ab apris excavatæ, qui avide hujus radices expetunt, ut & surculos.

Malayenses, uti dictum est, ruberrima hujus ligni eligunt frusta elegantissime venosa, ex quibus telorum vaginas formant, quæ satis caro emunt pretio, si venæ ex ipsorum sententia decurrant, huic enim operi nil nisi elegantissime venosum expetunt lignum: Plebs Amboinensis & Hoëamohelensis pinguissima hujus ligni frusta adhibent ad suffimigium, loco Agallochi seu *Caju Laccæ*, cum quo plurimum convenit, taliaque pinguia norunt eligere frusta tam in albo quam in rubro *Lingoo*, si arbores Soli rite fuerint expositæ, frusta hæc bene purganda sunt ab adjacente alio graciliori ligno, quod nullum exhibet oleum, licet ejusdem sit coloris, hoc enim acrem ac vellicantem dat fumum, neque solum hoc lignum adhibendum est, sed aliis suffimigiis mixtum.

In exterioribus segmentis, quæ cortici exusto adjacent, venæ sæpe adparent pellucidæ, uti in vero *Calambaco*: Hæc lignum dant fragile, sed pinguissima sunt ac penetrantissimi odoris, quem tamen, diu si fuerint asservata, sensim amittunt: Corticis istius decoctum si gargarisetur, aphthas curat atque os depurat. Idem quoque præstat ruber succus, seu gummi ex trunco effluens, qui interne assumptus diarrhæam curat: Optimum lignum, quod ad postes aliaque ædificatoria adhibetur, silvæ exhibent, in quibus projectum jacet, cujus exterior cortex cæteraque fungosa substantia computruit, præsertim rubræ speciei, ex quo postes formantur, quæ per decem annos in terra perdurant.

Recentia hujus folia cum pauxillo salis contrita, ac per linteum cribratus eorum succus curat *Lappar Garam*, quod cutis malum est grave, si rubeat & rugosa sit, parvis pustulis variegata, ac pruritu infestata, qui tamen minor est quam in Herpete seu *Koecurap*.

Tenera ejus folia parum manibus tractata, donec flaccescant, ulceribus inponuntur ac furunculis, ut maturescant: Eadem quoque folia cum frusto carbonis igniti contrita ac fronti illinita, Cephalalgiam curant, ex ardore ortam.

De touwen van de bast gemaakt, gebruikt men niet alleen tot vaartuigen, maar ook aan de visnetten. Zo werden ook dunne lynen daar van gedraait, als visch-lynen, die de Inlanders in hare broeken dragen, gelyk men anders doet met den bast van wilde Gnemon.

Het voorschreeve hert gebruiken ook sommige in de medicyne, gevende het zelve in water gevreven te drinken, tegens het krimzel of buik-pyn. Tegens het bort of Choleram, *drinkt de wortel van* Novella, *met water gevreeven, en legt eenige laauw gemaakte bladeren daar van op de mage: Maar hier by staat te weten, dat men tot allerlei medicinale gebruik nemen moet de wortelen van zodanige boomen, die van zelfs in 't wilt groeyen, vermits die kragtiger bevonden zyn, dan die van geplante staaken voortkomen.*

In Sina is dezen boom wel mede gemeen, maar werd aldaar veracht. In de bogt van Lampon op Sumatra weten-


A

tice in aqua macerato fortiterque contuso, & explicato certas formant minores vestes rufi coloris, quales in Orientalibus insulis ex cortice *Saccæ lib. 5. cap. 9.* descriptæ construuntur. Ex hoc fabricant tuniculas, qubus se induunt, si in mari piscantur, ac dein iterum eluunt, non autem fortiter circumvolvendæ sunt, quum aquam reddant admodum mucilaginosam, dein iterum siccantur.

Hodie multum in Batavia plantantur ante ædes, & juxta vias, ob umbram: Celebes incolæ hujus corticem macerant in aqua, quem contundunt, & ex quo crassiora formant fila vulgaribus retibus inservientia.

Prima hæc *Novella* in *Hort. Malab. tom. 1. pag. 51. Fig. 29.* Malabarice dicitur *Bu-Pariti*, Bracmanis *Valli-Cari Capoesi*. Ego autem a Malabaris ipsam denominari audivi *Pu-areti*. cujus descriptio ab Amboinensi non differt, excepto quod Malabarica peculiarem habeat qualitatem, a nullis nempe formicis, muscis, vel aliis insectis arrodi; unde & multo viridiorem gerit comam Amboinensi, quæ nunquam a formicis liberata est: Miratus insuper sum doctos illos Bracmanos tam pauca de Medicinalibus ejus virtutibus commentatos fuisse, quas tamen novi Malabaris notas esse, vulgaris enim nimis usus est, ejus folia ulcerationibus inponere, quæ illis modo colligantur. Sic quoque non est *Alcea*, uti Adnotator *Dr. van Syen* ad illud caput adnotat, sed *Althæa arborescens*, a vero *Abutilo* quoque *libr. 6.* descripto differens.

Nostra natio in istis regionibus illas sæpe vocat Tilias Indicas, aliquando flores campanulatos: Malabari etiam vetusta & flavescentia folia cum calce contrita contra Odontalgiam inponunt.

Tabula Septuagesima Tertia

Ramum exhibet *Novellæ*, uti a *Rumphio* vocatur, ubi Litt. A. *tenerum* denotat *folium* acuminatum & crenatum, unde multum a vetustioribus ramorum foliis differt.

OBSERVATIO.

Quum hæc arbor in variis occurrat regionibus, a variis etiam denominata fuit & descripta auctoribus, quos in *Thesauro Zeyl. pag.* 136. collegi, ubi vocatur Ketmia Zeylanica, semper virens & florens, Tiliæ folio, flore luteo. *Hart. catal. semin.* Estque arbor solis Indica, major, seu Alcea Indica arborea, major Tiliæ folio, floribus Ketmiæ ephemeris, fructibus orbiculatis sulcatis, succum Guttæ Gambæ similem fundentibus. *Herm. Mus. Zeyl. pag.* 45. Ketmia Indica Tiliæ folio. *Plum. catal. pl. Amer. p.* 2 ut & Ketmia Indica, Populi folio, fructu orbiculato compresso. *Tournef. Inst. pag.* 100. & Althæa arborea, Indica, Populi folio flore Ephemero. *Herm. H. Lugd. Bat. pag.* 22. & Alcea arborea Indica maxima, Populi folio, flore majore flavescente *Breyn. Prodr.* 2. *p.* 10. & Alcea Indica arborescens, folio Populi vel cordiformi, flore ephemero ex albo flavescente *Amm. H. Bosian. pag.* 6. &c.

Hibiscus a recentioribus hoc genus jam vocatum est, hujusque altera varietas a *Royeno.* in *Fl. Leiaens. Prodr. pag.* 532. vocatur Hibiscus caule arboreo, foliis cordato subrotundis, acuminatis, crenatis, quæ denominatio huic optime itidem quadrat speciei.

tenze uit dezen bast, door het weeken in 't water, sterk kloppen, en uitrekken, zeekere kleedjes te formeeren, ros van coleur, gelyk men in de Oosterscbe Eilanden met den bast van Sacca lib. 5. cap. 9. *beschreven doet. Hier uit maakenze rokjes, alsze op Zee willen gaan vissen, men kanze weder uitwassen, doch niet sterk vringende, wanneer zy het water heel slymerig maken, en dan weder droogen.*

Hedendaags werdenze veel op Batavia voor de huizen geplant, langs de weegen, om schaduwe te maken. De volkeren op Celebes Oost-kust weeken den bast in water, kloppen, en maken daar grof gaaren van, tot slegte netten dienende.

De eerste Novella *werd in* Hort. Malb. tom. 1 pag. 51. Fig. 29. *in 't Malabaars genaamt* Bu-pariti, *in 't Braminees* Valli-Cari-Capoesi. *Doch ik zelfs hebze van de Malabaren hooren noemen* Pu-areti. *Wiens beschryving van de Amboinsche niet verscheelt, behalven dat de Malabaarsche een bysondere eigenschap moet hebben, datze van geen mieren, vliegen, of ander ongedierte gequelt werd, en daarom veel jeugdiger loof draagt, daar de Amboinsche, als gezegt, schier noit zonder mieren is. Zo ben ik ook verwondert, dat die geleerde Bramines van zyn medicynale kragten zo weinig opgegeeven hebben, die ik nogtans weet de Malabaaren bekent te zyn, want het een al te slegt gebruik is, de bladeren op ulceratiën te leggen, dewelke daar mede slegts toegebonden werden. Zo is het ook geen* Alcea, *gelyk den* Adnotator Dr. van Syen *op 't zelve Kapittel stelt, maar een* Althæa arborescens, *van het opregte* Abutilon *mede verschillende, van ons* lib. 6. *beschreeven.*

Onze Natie in die Landen noemtze zomtyds Oost-Indische Linde-boomen, *zomtyds* Klokjes-bloemen: *De Malabaaren leggen de oude geelachtige bladeren, met kalk gevreven, op de Tand-pyn.*

De drie-en-seventigste Plaat

Vertoont een tak van de *Nieuw-blad-boom*, zo alsze van *Rumphius* genaamt werd, alwaar Letter A. aanwyst een *jong blad*, dat getant en gehoeckt is, en daar door veel van de oudere bladen verschildt.

AANMERKING.

Wyl deze boom in verscheide gewesten voortkomt, zo heeft ze ook verscheide benamingen gekregen, welke ik in myn *Thes. Zeyl. pag.* 136. by een verzamelt heb, alwaarze genaamt werd Zeylonsche *Ketmia*, altyd groen zynde en bloeyende met het blad van een Lindeboom, en een geele bloem, zo alsze van Hartog in zyn Cataloge genaamt werd, en is de Oostindische Zonneboom of groote boomachtige Althæa met het bladt van de Lindeboom, en een dag duurende bloemen, met ronde gevoorende vruchten die een zop geven als de *Gutta Gamba* van *Herman* in zyn *Mus. Zeyl. pag.* 45. en de Oost-Indische Ketmia met het bladt van de Lindeboom, van *Plum.* in zyn *Catal. pag* 2. als mede Indische Ketmia met Populier blad, met ronde gedrukte vruchten van *Tournefor. pag.* 100. in zyn Instititute; en de boomachtige Althæa met een Populier bladt en een bloem die maar een dag duurt van *Herman*, in de *Catal.* van de *Leidze Thuin pag* 22. en boomachtige Alcea met een Populier blad en een geele bloem van *Breynius* in zyn *tweede Prodr. pag.* 10. en van *Amman* in de *Hortus Bosianus pag.* 6.

Hibiscus is dit geslagt van de nieuwe Kruydkenders genaamt, en van deze zoort wert een diergelyke by de *Profess.* van *Royen* in zyn *Flor. Leidens. Prodr. pag.* 532. genaamt Hibiscus met een boomachtige stengel, met ronde hartvormige blaaden, spits en getant zynde, welke benaminge aan deze plant ook toekomt.

CAPUT VIGESIMUM NONUM.

Novella Repens. *Baru Tali.*

NOvella repens seu Baru, pigra est arbor, truncum gerens vix hominem crassum, qui nunquam sese erigit, sed procumbit in terra, raro rectus, sed plurimum incurvus est & in arcum sinuatus, ita ut sæpe tantum occupet locum, quantus domui sufficeret. Ejus cortex est lentus & mucosus, uti in præcedente, estque crassissimus & mucosissimus omnium *Baru* specierum. Lignum est album, fungosum, & leve, in vetustis vero truncis ejus cor seu medulla est fusca vel cinerea, ruffis ac luteis maculis distincta.

Procumbens hic truncus undique radices emittit crassos ac fibras in terram, & sursum plurimos erectos ramos. Folia vulgaris sunt formæ, sed multo majora, novem nempe vel decem pollices lata, octo longa, infra auriculata auribus sibi mutuo incumbentibus & petiolum obtegentibus, qui rotundus, tenuis, & decem pollices longus est: Vetusta autem folia septem modo pollices lata sunt, & sex longa, novem nervis per superficiem donata, qui prope petiolum concurrunt, quum vulgaris Baru folia septem modo constent nervis, suntque inferius magis albicantia, quam in vulgari.

Flos priori similis est, vel paulo magis oblongus, ad oras flaccidior, nec ita ample extenditur vel aperitur quam vulgaris, sed clausus est instar crateris, coloris flavi, in fundo autem obscure rubentis, quod externe non ita apparet, ac in vulgari.

Semper crescit in locis planis, in collibus frigidiusculis, vel ad ripas aquarum, ubi elegantem format arcum, in præruptis vero & inæqualibus locis non longe excrescit.

Nomen. Latine *Novella Repens.* Malaice *Baru Tali,* quum instar crassi rudentis in solo decumbat. Amboinice *Haru Paracca*, h. e. *Novella secretorum*, quum arcu suo & erectis ramis secretum referat locum, alii autem illam vocant *Haru Palacca*, h. e. *Novella Excellens*, quum maxima gerat folia.

Usus. Ex cortice primo fila duci possunt uti ex illo prioris. Juniora folia contrita & capiti illinita ardorem sedant in febribus ardentibus & Cephalalgia. Lignum ad leves adhibetur postes, si rectum sit, uti & ob levitatem ad ligna fluctuantia, quæ navigiis alligantur, ut melius aquæ innatent.

OBSERVATIO.

Hujus arboris nullam inveni figuram, neque etiam subsequentis, quæ tam ex Hort. Malab. Figuris, quam ex auctoris nostri descriptione intelligi & concipi poterunt: Harum vero arborum species obiter memorantur a *Valent. pag.* 217. in *Amboinæ descriptione.*

XXIX. HOOFTSTUK.

De kruipende Nieuwblad-Boom.

DE Novella Repens *of kruipende Baru is een luyen boom, gewinnende een stam, schaars een man dik, die noit over eind staat, maar legt zig plat neder op de aarde, zelden regt uitschietende, maar meest krom, en in een kring geboogen, besluitende dikwils een plaats zo groot, dat 'er een huis in staan kan. Den bast is taai en slymerig, als aan de voorige, zynde dit de dikste en slymerigste schorsse van alle* Baru *geslagten, het hout is wit, voos, en ligt, doch aan de oude stammen krygt het mede een bruin of graauw hert, met geele of rosse plekken.*

Dezen liggenden stam schiet over al veele dikke wortels of vazelingen in de aarde, en over eind veele regte takken. De bladeren zyn van fatzoen, als de gemeene, doch veel grooter, te weten, negen en tien duimen breed, acht dito lank, achter met twee ronde ooren, die over malkander slaan, en den steel bedekken, die rond, dun, en mede tien duimen lank is, de oude bladeren zyn maar zeven duimen breed, en zes lank, met negen zenuwen in de ronte doortoogen, achter by den steel t'zamenstootende, daar de gemeene Baru maar zeven heeft, van onderen witter dan de gemeene.

De bloeme is mede als aan de gemeene, of wel zo lang, en aan de kanten slapper, zy opend haar zo veel niet, als de gemeene, maar blyft geslooten, als een bekertje, van coleur ligt-geel, op den grond een weinig bruin-rood, het welk men van buiten zo niet en ziet, als aan de gemeene.

Hy wast altyd op vlaktens, die in de koele valeyen, of aan de kanten van de wateren zyn, daar by dan een moye kring maakt, maar op style of oneffene plaatzen word hy niet lang.

Naam. *In 't Latyn* Novella Repens. *Op Maleyts* Baru Tali: *om dat het als een dik Kabeltouw op de grond leid. Op Amboins* Haru Paracca, *dat is,* Novella Secretorum, *om dat hy met zyn kring, en overeind staande takken, een secreete plaats verbeelt, doch andere noemen het* Haru Palacca, *dat is,* Novella Excellens, *om dat het de grootste bladeren heeft.*

Gebruik. *Van de schorsse kan men voor eerst touwen spinnen, gelyk uit die van het voorige. De jonge bladeren gevreeven, en op het hooft gesmeert, verkoelen den brand in heete koortzen, en hooft-pyn. Het hout werd tot ligte stylen gebruikt, als men het regt krygen kan, als mede wegens zyn ligtigheid tot de vlothouten, die men aan de praauwen bind, om te beter op het water te dryven.*

AANMERKING.

Van deeze nog van de volgende boom heb ik geen figuur in dit werk gevonden, welke of uit de Hortus Malabaricus ligtelyk kunnen aangevult, of uit de beschryving van onzen Auteur ligt verstaan werden. Verders zyn de zoorten van *Daun-Baroe* of nieuw bladt by *Valent. p.* 217. ter loops vermeldt.

CAPUT TRIGESIMUM.

Novella Rubra. Daun Baru Mera.

TErtia *Daun Baru* species forma convenit cum vulgari, sed ejus truncus non ita externe albicat, magisque ruffus est, viridibus nigrisque maculis notatus. Ejus folia sunt minora quam vulgaris, ad oras leviter serrata, septem quoque nervis donata, qui in inferiore parte rubent, uti quoque pedunculi & ramuli superne rubent, inferne vero virides & rugosiores sunt quam vulgaris, venarumque rubedo in vetustis sensim disparet foliis.

Flos minor est quam vulgaris: matutino apertus tempore, quum campanam refert, coloris vero est flavescentis, in fundo interne sanguineus, sub vesperam sese iterum claudit, totusque flos rubescit vel purpurascit, striis tamen flavis interpositis. Fructus sunt uti in vulgari.

Lignum est album, durius, & solidius vulgari, ejus cor seu medulla sensim quoque ruffescit. Cortex mucosior est quam in vulgari, viscosumque exstillat succum, si incidatur.

Radices sunt longæ, simplices, binos circiter digitos crassæ, quæ raras emittunt fibras, atque interne ruffum itidem cor seu medullam habent.

Nomen. Latine *Novella Rubra.* Malaice *Daun Baru Mera.* Amboinice *Haru Cou.*

Locus. Hæc species rarissime occurrit tam in litore quam in vallibus frigidiusculis, uti in illis *Waytombo* vallibus, in *Laha* & *Hitoe*, circa rivulum *Wayalla*, in districtu Kaytetto.

Usus. Lignum & folia vulgo usurpari possunt uti aliarum *Baru* specierum, peculiariter autem hujus arboris radices & lignum virtutem possident refrigerantem præ cæteris Baru, unde in aqua contrita propinantur accedente febrium ardore, cui potioni subsequitur lenis sudor, qui magnum adfert levamen, eundem in finem hæc quoque folia conteruntur, quæ imponuntur pectori & fronti.

Quum anno 1678 in Banda ardentes febres vehementer grassarentur, in magno ibi pretio erat quoddam lignum *Caju Dingin*, h. e. lignum refrigerans dictum, quod quotidie cum successu adhibebatur pro refrigerio in istis febribus, quum vero ibi non magna occurreret copia, ex Amboina illud petierunt, cujus parva frusta pro specimine nobis transmittebant, quæ erant alba, solida, & levia: Habita adcurata inquisitione non aliter judicare potuimus, quin esset hujus *Novellæ rubræ*, cujus quædam etiam frusta ibi transmisimus; quum vero nunquam mihi folia & flores Bandensis *Caju Dingin* transmissa fuerint, res ac conclusio in incerto hæret, inque medio relinquitur.

In *Hort. Malab. tom.* 1. *Fig.* 30. *pag.* 53. Novella hæc Malabarice denominari videtur *Pariti*, ac Bracmanis *Cari Capusi*, folia enim ibi minora dicuntur vulgaris, ad oras tenuiter serrata, inferne plurimis costis donata & lanuginosa.

De ejus virtutibus Bracmani nihil notarunt, nisi quod flores cum femineo lacte conterantur, illudque auribus instillatum Cephalalgiam sedaret.

OBSERVATIO.

Varietas hæc tantum videtur primæ *Baru* speciei, unde neque figura a *Rumphio* addita est, eademque huic Synonyma competere videntur quæ in *Commel. Fl. Malab. p.* 1. porro recensentur. vide *H. Malabaricum. l. c. Breynium*, & *Plukn. Almag. p.* 17.

XXX. HOOFTSTUK.

De roode Nieuwblad-Boom.

DE *derde zoorte van* Daun Baru *komt aan gedaante met de gemeene overeen, den stam is van buiten zo wit niet, maar zomtyds licht-ros, met swart en groen geplekt. De bladeren zyn wat kleinder, dan aan de gemeene, aan de kanten fyn gezaagt, ook met zeven zenuwen in de ronte verspreid, die van onderen rood zyn: gelyk ook de steel en ryskens van boven, maar van onderen regt groen, en ruiger dan de gemeene, en de roodigheid der aderen vergaat ook wat in de oude bladeren.*

De bloem is wat kleinder als van de gemeene: Des morgens opgaande vertoondze regt een klokje, van verwe ligt-geel, op den grond van binnen bloet-rood, tegens den avond trektze weer wat t'zamen, en de geheele bloeme werd ligt-rood, of wat paars, echter met geele streepen tusschen beiden. De vruchten zyn als aan 't gemeene.

Het hout is wit, digter, en wat harder, dan aan 't gemeene, het hert werd ook metter tyd graauw: Den bast is wat slymeriger als aan de gemeene, met een kleverig slym, als men daar in kapt.

De wortelen zyn lank, eenparig, omtrent twee vingers dik, daar weinig vazelingen afhangen, van binnen met een ros hert.

Naam. *In 't Latyn* Novella Rubra. *Op Maleyts* Daun Baru Mera. *Op Amboins* Haru Cou.

Plaats. *Deze zoorte werd zeer zelden en weinig gevonden, zo op strand, als in koele valeyen, gelyk in de valeyen van de* Waytombo, *in de* Laha, *en op* Hitoe, *omtrent het riviertje* Wayalla *in het distrikt van Kaytetto.*

Gebruik. *Het hout en de bladeren kan man gebruiken in 't gemeen, gelyk andere Baru, maar inzonderheid zyn de wortelen, en het hout van dezen boom begaaft met een verkoelende kragt, boven andere Baru, daarom wordenze in water gevreeven en gedronken by het aankomen van de hitte in de koortzen, waar op men zagtelyk begint te sweeten, en groote verligting gevoelt. Tot den zelfden einde vryft men ook de bladeren, en smeert dezelve op de borst en het voorhooft.*

Als Anno 1678. *In Banda de heete koortzen geweldig regeerden, was aldaar in een groot geroep en agting zeeker hout* Caju Dingin *genaamt, dat is, koel-hout, om dat het dagelyks gebruikt wierd tot verkoeling in die koortzen, en dewyl het aldaar in geen overvloed te vinden was, hebben zy het ook uit Amboina gevordert, eenige kleine stukjes ons tot een monstertje toezendende, zynde een wit, digt, en ligt hout. Wy hebben na naarstig onderzoek niet anders oordeelen konnen, of het is deze* Novella Rubra, *waar van wy hun ook eenige stukken toegezonden hebben, evenwel, om dat men ons noit de bladeren en bloemen van het Bandaasche* Caju dingin *getoont heeft: zo blyft het eindelyke besluit hier over nog wat opgeschort.*

In Horto Malab. tom 1. Fig. 30. pag. 53. *schynt deze Novella in 't Malabaars genoemt te werden* Pariti, *in 't Braminees* Cari Capusi, *want de bladeren werden aldaar gestelt kleinder dan aan de gemeene, aan de kanten fyn gezaagt, van onderen zeer geribt, en wolachtig.*

Van zyne kragten hebben de Braminees anders niet opgegeven, als dat de bloemen, met vrouwen-melk gevreven, en in de ooren gedruipt, de hooft-pyn stillen zullen.

AANMERKING.

Dit schynt maar een verandering te zyn van de eerste zoort van de *Baru*, waarom ook van *Rumphius* by dit Hooftstuk geen afbeelding gedaan is, welke in de *Hortus Malabaricus* op de aangehaalde plaats gevonden wert, en hier toe behooren die benamingen die by Commelin in de *Flora Malabar. p.* 1. by *Breynius* en *Plukn.* in zyn *Almag. p.* 17. gevonden werden.

CAPUT TRIGESIMUM PRIMUM.

Novella Litorea. *Baru Laut.*

QUarta species litorea est, aliquando simplici, aliquando pluribus instar fruticis excrescens truncis; simplex autem hominem crassus est, non altus, sed sinuosus, mox sese in ramos dividens. Cortex est mollis, ac licet in tenues ductus sit fibras, muscosus tamen ac lentus. Folia maxime a prioribus differunt tribus speciebus, quæ duplicem habent formam, in junioribus enim ramis ac arboribus tribus angulis & apicibus donata sunt, quorum medius longissimus: Prope petiolum fissa sunt & auriculata, ad summum decem vel undecim pollices longa, octo lata, plerumque autem octo longa, & quinque pollices lata sunt. Anguli hi laterales in vetustis sensim foliis decrescunt, ita ut penitus sæpe dispareant, aliquando vero unus tantum ab una apparet parte, suntque breviores prioribus, obtuso apice constantes, porro cordiformia sunt hæc folia, sed oblonga & integra, quæ quinque gerunt albos & protuberantes nervos ad pedunculum concurrentes, crassa, glabra, & glauca, saporem habentia aromaticum, parumque salsuginosum. Longis insident firmisque petiolis, sine ordine arcte sibi juncta, ac plerumque obsita sunt gallis, quæ insectorum nidi sunt sese in hisce abscondentium, ad oras sæpe arrosa sunt & deformata.

Flos vulgaris *Baru* simillimus est, sed major, ex quinque itidem sese ambientibus petalis constructus, quæ in fundo & externa parte rugosa & scabra sunt ad tactum, superior vero ac interna pars est flaccida, tenuis, & striata, flavescens, in fundo sanguinea, saltem non ita rubens ac in vulgari, estque magis clausus hic flos, nec unquam ita apertus est ac vulgaris. Per totum autem matutinum tempus & ante meridiem apertus est instar crateris vel Tulipæ, post meridiem hora tertia sensim sese contrahit & claudit, incarnatumque adquirit colorem, sub vesperam, quum decidit, obscure rubet. In ejus centro locatur pistillum articulum digiti longum, antheris luteis obductum, quod tam profunde calici implantatur, ut externe & oblique erectum vix conspici possit.

Post florem fructus seu vasculum seminale excrescit, instar panis vel casei formatum, ex rotundo quinquangulare, ita ut quinque isti anguli in medio concurrant, & in apicem desinant, binos digitos latum, unum pollicem crassum; hujus fructus cortex seu putamen externe glabrum est, lignosum, & nigricans, sponte sua sese non aperiens, juxta quinque tamen istas suturas facile findi & aperiri potest: Interior ejus pars est alba & splendens instar serici, tenuibus ac albis pelliculis in tot cellulas divisa, in quibus reconduntur quindecim vel sexdecim majora semina, instar segmentorum casei formata, dura, externe gilva, interne alba, sicca, insipida, ac per totam substantiam tenuissimis & nigris maculis notata.

Rami sunt fragiles, glabro, cinereo, & lento cortice obducti: Lignum est duplex, externum album est molle, & inutile ramentum, sensim ad internam partem magis rubens, in truncis, qui non ultra crus crassi sunt, nullum peculiare cor formans, in vetustis vero fuscum reperitur cor, in quibusdam locis striis nigricantibus pertextum, ab exteriore parte separatum, nec durum, & per longitudinem ramenta exhibens, aromatici quoque odoris ad vinosum accedentis, qualis & sapor est, quum fricetur vel elaboretur, linguam vellicans, & inter omnia medicamentosa ligna jucundissimum, si ingeratur, nec illam habet amaritiem, quæ in vulgari *Baru* deprehenditur, e contra externum lignum album est, insipidum, immo ingratum, si hoc lignum ita in litore crescat, ut vicissim aqua marina adspergatur, ejus sapor quoque salsus est, quod in usu medico præstantius est, sed non scriniariis. Ejus sæpe cor in inferiore trunci parte circa radices crassas est denudatum, ubi a sole ita exuritur, ut instar subsequentis *Salimoeri* & *Caju Matta Batu* nigrum fit, talis autem pinguedo, quum in foco exuirtur hoc lignum, non exsudat.

In

XXXI. HOOFTSTUK.

De strand Nieuwblad-Boom.

DE vierde zoorte is een strand-geslagt, zomtyds met een enkelden, zomtyds met verscheide stammen, als een struik opschietende, den enkelden is omtrent een man dik, niet boog, maar bochtig, en hem straks in takken verdeelende. De schorsse is zagt, niet te min in dunne schilferen gescheurd, mosachtig, en taai. De bladeren verschillen merkelyk van de voorgaande drie zoorten, en zyn daar en boven van tweederlei gedaante, want aan de jonge takken of boomen hebbenze drie hoeken of spitzen, waar van de middelste veel langer uitloopt, by den steel geklooft, en in twee ooren verdeelt, op 't hoogste tien en elf duimen lank, acht dito breed, maar door den bank acht lank, en vyf breed. Deze zyde-hoeken verliezen haar aan de oude bladeren, of zomtyds ziet men maar eenen aan de eene zyde, en zyn wat korter, dan de voorige, met een stompe spits, en voorts regt hert-formig, doch lankwerpig, en aan de kanten ongezaagt, hebbende vyf witte en uitsteekende zenuwen, by den steel zamen stotende, dik, glad, en hoog Zee-groen, met een speceryachtigen smaak, die wat na den ziltigen trekt: Zy staan op lange styve steelen, zonder order, en digt op malkander, zy zyn ook meest bezet met eenige knobbelen, het welk de huisjes zyn van eenige insecta, die zig daar in verbergen, aan de kanten afgeknaagt en ongestelt.

De bloeme is die van de gemeene Baru *meest gelyk, doch wat grooter, mede uit vyf malkanderen omvattende bladeren gemaakt, beneeden en van buiten styf, en ruig in 't aantasten, maar haar bovenste deel is slap, dun, en rimpelig, ligt-geel, wat beneeden regt geel, en op de grond bloed-rood, immers zo bruin niet als aan de gemeene, zy staat ook meer geslooten, en opend haar noit zo wyd als die van de gemeene. Den geheelen voormiddag staat zy geopend als een kelk of tulpe, na de middag ten drie uren sluitze haar allenkskens, en werd ligt-rood. In de midden staat een pilaartje omtrent een lid van een vinger lank, met geele noppen behangen, zo diep in den kelk, dat men het van buiten en wat schuins staande qualyk ziet.*

Na de bloeme komt de vrucht, of het zaad-huisken voort, als een klein broodje of kaasken geformeert, uit den ronden wat vyfkantig, zo dat de vyfhoeken na de midden in een heuveltje t'zamen sluiten, twee vingers breed, en een duim dik. De schaale van deze vrucht is van buiten effen, houtachtig, en donker-graauw of swartachtig, van zelfs niet splytende, echter kan menze langs de vyf naden ligt openen. Aan de binnenste zyde zynze wit en glimmende als Satyn, met dunne en witte velletjes, in zo veel kamertjes afgedeelt, daar in schuilen vyftien a zestien grote zaad-korrels, als sneeden van een kaas geformeert, hard, van buiten muisgraauw, van binnen wit, droog, onsmaakelyk, en door de geheele substantie met fyne swarte punctjes bespikkeld.

De takken zyn breekzaam met een effene, graauwe, en taye schorsse bekleed: Het hout is tweederlei, het buitenste is het witte, weeke, en ondeugende spint, allenkskens na binnen rooder wordende, in de stammen, die niet boven een dye dik zyn, geen byzonder hert makende, maar in de oude word dit hert bruin, en op zommige plekken met swartachtige streepen doortogen, van het omleggende spint merkelyk afgezondert, niet zonderlyk hard, en in de lengte splinterig, mede van een speceryachtigen reuk na den wynachtigen trekkende, gelyk ook de smaak is, als men het vryft of bewerkt, op de tonge wat scherp, en onder alle medicynale houten het alderlieflykste, om in te neemen, zonder eenige bitterheid, die in het gemeene Baru is: Daar en tegen is het buitenste witte hout onsmakelyk, ja gantsch onlieffelyk, als dit hout zodanig op strand wast, dat het met heurten van het Zeewater bespat werd, zo is de smaak mede wat ziltig, het welk in de medicyne te beter is, maar niet voor de schrynwerkers. Zomtyds leid dit hert aan den ondersten stam of dikke wortelen bloot, daar het dan van de Zonne zodanig gebrand word, dat het zo swart word als het volgende Salimoeri, *en* Caju Matta Buta, *doch men vind diergelyken vettigheid by het branden in dit hout niet.*

Aan

In vetustissimis penitus truncis hoc cor internum plerumque excavatum cariosum vel exesum est, ita ut optimum sit in illis, in quibus incipit excavari, si enim sit adhuc solidum, nimis viride nec satis adultum habetur.

Per ramos etiam in terra propagari potest, ut & per semina, sed tum frutescit plerumque, non enim læte crescit, si non mari sit vicinum.

Nomen. Latine *Novella Litorea*, Malaice *Baru Laut* & *Baru Partey.* Amboinice *Haru Layn.* Ternatensibus *Bayn Java*, quidam etiam Amboinenses erronee illam vocant *Holla Holla* & *Yan Matta* h. e. piscium oculos, cum alia arbore sic vocata hanc confundentes.

Locus. Nullibi sponte crescit nisi in litoribus, ac præsertim saxosis & præruptis, in quibus crassæ ejus radices sæpe denudatæ conspiciuntur, & ex fusco nigrum cor exhibent, quod in arte medica non multum valet, quum sit nimis vetustum, siccum, & insipidum. Amat quoque litora solitaria, quæ raro adeunt homines, uti inter alia in promontorio Hoeamohelensi, quod Ciel vel siccum Oryzæ promontorium vocant, ubi hæ arbores elegantissimæ observantur. In sinu Amboinensi raro occurrit, & ibi tantum frutescit, quum ejus rami erecti continuo amputentur & detruncentur. Quæ in stagnantibus finibus & paludosis crescit locis, nullum exhibet lignum elaborando aptum, nec usui medico utile.

Usus. Hujus arboris nulla pars in usu est, nisi internum ejus fuscum cor seu medulla, ac primo, si longa & elegantia sint frusta, operi scriniario inservit, ut cistæ & capsulæ, sclopetorumque fistulæ ex hac formentur, quum sit leve, elegantisque coloris, nec facile rimas agat, in istis enim longis frustis aliquando sese offerunt nigræ istæ striæ, quæ lignum ornant.

Capsulæ ex hoc constructæ & occlusæ diu vinosum servant odorem, ita ut hoc quoque lignum inter elaborandum gratum spiret odorem.

Ejus folia ab Amboinensibus, sed raro, coquuntur instar *Sayor*, & eduntur pro olere, quæ modica sua salsedine haud ingrata sunt.

In re medica edoctus sum experientia, hoc lignum esse saluberrimum, ob præsens auxilium, quod in quibusdam adfert morbis, fuscum enim ejus cor supra porphyritim contritum cum aqua, & propinatum mirifice prodest illis, qui *Oepas Mera* seu Pleuritide laborant. Qui morbus est subitaneus & periculosus apud Malaienses, qui ægro rubram caussat faciem, pectoris lancinationes, laterisque & dorsi dolorem ac respirationem dolorificam. Nec minorem, si non majorem præstat effectum in omni Cholericæ passionis genere, Malaiensibus *Oepas Couening* dictæ, quum homines inde eructent & evomant magnam bilis flavæ quantitatem.

In Colica ventosa hoc lignum miscetur cum *Caju Tay* seu Javanico ligno stercorario, propinaturque ad flatus dissipandos: Hujus ligni vires apud Amboinenses plurimæ notæ sunt, arbor autem ipsa ab illis spernitur, unde & sapientum proverbium verum esse cognoscitur, Deum nempe ejusque operationem per naturam nullibi adeo præsentem esse, quam in contemptis ab hominibus rebus: Vix ejus vires edoctus fui per pecuniam & preces ex Amboinensi obstetrice, cujus mater usque ad ipsam mortem hujus ligni vires nulli detegere voluit, nisi suæ filiæ, eandem quoque cognitionem postea inveni apud quosdam Ternatenses, cujus usus & notitia, dein a me in Amboina iterum restituta, & in usum vocata fuit, sicuti & quotidie illud in familia mea adhibeo. In ardentibus quoque febribus propinatur, ut cor corroboretur, ardorque restinguatur. Sæpius autem expertus fui ægrum mox evomere ejus potionem, licet, uti dictum fuit, gratissima fuerit, sed indicium est ventriculi saburra obsessi, neque hoc medicamentum sufficere ad hostem superandum, unde & de novo propinanda est talis potio.

Ut autem hoc cor medicamento aptum inveniatur, cædendæ sunt & eligendæ tales arbores, quarum cor nondum cariosum est, & adhibenda illa pars, quæ in radicibus vel inferiore trunco continetur, ac nutrimentum suum ab aqua marina hausit, quod lignum inter manducandum salsum est.

Aan de geheele oude stammen is dit hert van binnen gemeenelyk hol, vermolmt, en uitgewreeten, zo dat het beste valt aan dewelke het essen begint hol te werden, want de geheele massive werd nog te jonk geacht.

Men kan het ook met stokken landwaarts in verplanten, als mede door de korrels, doch het blyft aldaar meest een struik, want het wil niet aarden, als het de Zee niet ruikt.

Naam. *In 't Latyn* Novella Litoria, *in 't Maleyts* Baru Laut, *en* Baru Partey: *Op Amboins* Haru Layn. *Op Ternaats* Bayn Java, *sommige Amboineezen noemen het abusivelyk* Holla Holla *en* Yan Matta, *dat is, Visch-ooge, met een anderen boom van dien naam confunderende.*

Plaats. *Het wil van zelfs nergens wasschen, dan op stranden, inzonderheid die wat steenig zyn, en steil afloopen, alwaar zyne dikke wortelen zomtyds bloot leggen, en het bruin-swarte hert ontdekken, het welk in de medicyne niet veel deugt, om dat het te oud, droog, en smakeloos is. Het wast ook liever op eenzame stranden, daar geen gewoel van menschen is, gelyk onder anderen op den uitsteekenden hoek van Hoeamohel, Ciel, of drooge Rys-hoek genaamt, daar deze boomen zeer schoon staan. In den Amboinschen Inham vind men hem weinig, en maar een struik, om dat zyne regte takken gedurig afgekapt werden. Het geene in stille bogten en moerassige plaatzen groeit, heeft geen goet hout tot arbeiden, nog tot de medicyne bequaam.*

Gebruik. *Van dezen boom werd anders niet gebruikt, dan het binnenste bruine hert, eerstelyk zo het fraaye lange stukken zyn, voor de Schrynwerkers en Lademakers, om daar van kleine doosjes te maken, of laden voor roers, om dat het ligt is, mooi van coleur, en niet ligt scheurt, want in de lange stukken vertoonen haar zomtyds de swarte streepen en plekken, die het hout vercieren.*

De doosjes daar van gemaakt, en geslooten blyvende, houden lang een Wynachtige reuk, zo dat dit hout aangenaam is in 't bewerken.

De bladeren werden van de Amboineezen (doch zeer zelden) als ander Sayor *gekookt en gegeeten, die in het moes met haar matige ziltigheid niet onaangenaam zyn.*

In de medicyne hebbe ik door ervarentheid geleert en ondervonden, dat dit een gezegent hout zy, wegens zyne presente hulpe, die het in sommige ziekten betoont, want het bruine hert op een steen met water gevreeven, en gedronken, helpt wonderbaarlyk die geene, die met het Oopas Mera *(dat is pleuris) aangetast werden. Een schielyk en periculeus accident by de Maleyers* Oepas Mera *genaamt, om dat de patient rood in het aangezigt werd, groote steeken in de borst, zyden, en rugge gevoelt, en pynelyk adem haalt. Niet minder, zo niet meer operatie doet het in alle zoorten van het bort by de Maleyers* Oepas Couening *genaamt, om datze den menschen veele geele gal doet braaken.*

In Colica ventosa *mengt men dit hout met* Caju Tay *of Javaans strond-hout, en geeft het te drinken, om de winden te breeken. De kragten van dit hout zyn by de Amboineezen meest onbekent, en de boom zelve by hun lieden veracht, waar uit men merkt de spreuke der wyzen waar te zyn, dat Godt en deszelfs werkinge door de nature nergens zo tegenwoordig zy, als in veracht dingen, ik hebbe het ter nauwer nood geleert door gelt, en smeeken van een Amboinsche Vroedvrouwe, wiens moeder tot de doot toe de kragten dezes bouts aan niemant heeft willen bekent maken, dan aan deze hare dogter, hoewel ik dezelve kennisse namaals ook gevonden hebbe by sommige Ternatanen, zynde voorts de kennisse dezes bouts door my in Amboina wederom vers gemaakt, gelyk ik het zelve tot nog toe in myne huishoudinge dagelyks gebruike. In heete koortzen geeft men het ook in, om het hert te sterken, en den brand te verminderen. Doch ik hebbe dikmaals ervaren, dat het den patient dadelyk wederom uitbraakt, hoewel, als gezegt, het zelve aangenaam is, om in te neemen, het welke dan een teeken is van een zeer vervuilde maag, en dat dit secours te swak is voor dien vyand: Men moet zig echter daar aan niet stooten, maar al wederom ingeven.*

Om nu dit hert tot de medicyne bequaam te soeken en te kappen, moet men zodanigen boom uitzoeken, wiens hert nog niet vermolmt is, en daar van neemen het gene in de wortelen of onderste stam zit, en zyn voedzel van het Zeewater heeft, het welk in het kauwen een weinig brak is.

Fuscum hoc cor diligenter a reliquo albo adjecto ligno, internaque corrupta parte depurandum est, ac semel bisve salsæ inmergere oportet aquæ, ad solem exsiccare, ac dein conservare, unde vires suas usque in decimum conservat annum, si modo aliquando in aqua salsa inmergatur; salsedo enim hujus ligni effervescentem inprimis sedat bilem, ut in pluribus salsis observavi lignis. Quum vero tale cor in vetustis arboribus nunquam crassum reperiatur, quum plerumque sit concavum, hinc nulla ex hoc fabricari fere possunt opera, nisi longæ coronæ, sclopetorumque fistulæ, pro hisce vero operibus partes sumuntur superioris trunci, quæ remotius distant, & ab aqua salsa liberæ sunt, in quibus nulla vel pauca salsedo apparet.

Recentia folia haud ingrata sunt, si cum Siri Pinang masticentur, totumque replent os grato suo odore & acidulo sapore.

In *Rumphii Appendice* hæc adduntur.

Quidam piscatores manubria formant majorum cultrorum *Parrangbs* dictorum ex fusco & medicato hujus arboris meditullio, in hunc maxime finem, ut si noxium quendam piscem per infortunium comederint, ac ægre sese inde habeant, tum hæc manubria supra porphyritim cum aqua conterunt, quam tanquam antidotum superbibunt.

Dit bruin hert moet men ter degen van al het witte spint, en het binnenste verrotte suiveren, eens of tweemaal in zoutwater dompelen, in de Zonne droogen, en dan bewaren, zo kan het zyne kragten behouden tot in het tiende jaar, als men het altemets maar slegts in zoutwater legt, want de ziltigheid in dit hout is inzonderheid het gene, dat de woedende galle nederzetten kan, gelyk ik aan meer brakke houten bevonden hebbe. Om dat men nu dit hert aan de oude boomen nooit dik kan vinden, als zynde meest hol, zo kan men geen bequamere werken daar van maken, als lange lysten en laden tot roers, maar tot dit werk neemt men de stukken uit de boven-stam, en die wat verre van het zoutwater afstaan, daar in men geene of weinig brakkigheid proeven kan.

De groene bladeren zyn ook niet onaangenaam by den Siri Pinang te kauwen, vervullende den mond met een goeden reuk, en een rynschen smaak.

In de Appendix *van* Rumphius *werd dit 'er bygedaan.*

Zommige Visschers maken de hegten van haare Parrangbs of houwmessen uit het bruine medicynale hert dezes booms tot dien einde, wanneerze van een opblazer of ander schadelyke visch eeten, en zig qualyk daar van gevoelen, zo wryvenze deze hegten met water op een steen, en drinken zulks tot een tegenhaat.

EXPLICATIO

Tabulæ Septuagesimæ Quartæ,

Quæ ramum exhibet *Novellæ Litoreæ*, uti a *Rumphio* vocatur, quæ vero mihi dicitur SIDA *foliis cordato-acuminatis, integerrimis.*

A. Ejus *fructum* denotat.

B. *Officula* ejus *seminalia.*

UYTLEGGING

Van de vier-en-zeventigste Plaat,

Dewelke vertoont een Tak van de *Novella Litorea* ofte de *Sida foliis cordato-acuminatis integerrimis*, zo als ik die liever noem volgens zyn gedaante.

A. Wyst aan deszelfs *Vrucht.*

B. De *Zaatkorrels.*

CAPUT TRIGESIMUM SECUNDUM.

Novella Nigra: Salimoeri.

HÆc quoque arbor ad *Caju Baru* species refertur, licet maxime ab iis differat, nihilominus tamen vulgarem secuti sumus opinionem: Excrescit autem nunc simplici nunc pluribus simul truncis, non erectis sed incurvis, & ad unam inclinantibus partem: Raros gerit ramos ac foliorum rachides, quæ ex ipsis ortum suum habent sine ordine flavis insidentia petiolis, non cordiformia uti illa *Daun Baru*, sed lanceolata instar lati apicis hastæ, & in obtusum magis apicem desinentia, sex septemve pollices longa, quatuor & quinque longa, læte viridia, integra, nec serrata, paucis & obliquis pertexta venis. Decidua vero nigrescunt, & contrita ingratum magis spirant odorem saporemque quam *Daun Baru.*

Flores racemosi plurimi dependent, sed non omnes simul sese aperiunt, flores *Stramoniæ* referentes, sed multo minores sunt magnitudine *Mirabilis Mexicanæ*, tenui ac longo constantes infundibulo, qui sese superius aperiunt in quinque sexve rugosa petala, adeo arcte sibi juncta, ut ex uno constructa videantur petalo, coloris aurantii vel instar *Calendulæ*, inodori, prout autem petalorum numerus est, totquoque stamina flava intus locantur, aliis brevioribus & albicantibus intermixtis. Plurima quidem florum capitula ex uno latoque dependent racemo, unum autem alterumve sese tantum simul aperit. Hosce insequuntur fructus seu baccæ raræ simul ex parvo dependentes racemo, suntque ex rotundo acuminatæ instar obtusi coni, brevi duroque apice coronatæ, vix articulum digiti longæ, externe glabræ ac plerumque virides, sensim vero nigrescunt, ac prope apicem sese aperiunt. Quæ intus continent officulum pyramidale, superius acuminatum, inferius latum, ubi & excavatum est quasi foveola, ad latera autem quam maxime angulosum est, & acutis obsitum quasi verrucis

XXXII. HOOFTSTUK.

De swarte Nieuw-blad-Boom.

D*Ezen boom werd ook onder de geslagten van* Caju Baru *gereekent, hoewel hy merkelyk daar van verschilt, 't welk onaangezien hebben wy 't gemeene gevoelen willen volgen: Hy schiet op met een enkeld, zomtyds met verscheide stammen, niet regt, maar bogtig, en naar eene zyde hellende: Hy heeft weinige takken en ryskens, daar aan staan de bladeren zonder order op geele steelen, geensints hertformig, gelyk die van* Daun Baru, *maar als 't breede yser van een speer geformeert, meest met een stompe spits, zes en zeven duimen lank, vier en vyf breed, ligt-groen, zonder eenige tuigte of tanden, met weinige en schuinze aderen doortogen. De afgevallene werden swart, gevreeven veel viezer van smaak en reuk dan 't* Daun Baru.

De bloemen hangen in trossen by malkander, maar gaan niet te gelyk open, gelykende de bloemen van Stramonia, *doch veel kleinder, in de groote van* Mirabilis Mexicana *of* Mervilje, *te weten met een langen dunnen hals, en vooren geopent in vyf a zes rimpelige blaadjes, zo digt op malkanderen leggende, datze een schynen, van coleur Oranje, of als* Gouds-bloemen, *zonder reuk, na 't getal der bladeren staan zo veel geele draden van binnen, met nog andere korter en witachtige. Daar hangen wel veel knoppen by malkander aan een wyde tros, maar gaan maar een of twee tessens open. Daar op volgen de vruchten of bezien, weinig by malkander hangende, in een kleine tros, uit den ronden toegespitst, als een stompe keegel, met een kort en hart spitsje voor op, schaars een lid lank, buiten effen, meest groen blyvende, doch metter tyd werdenze rookverwig of swartachtig, en scheuren by de spitzen. Binnen leid een pyramidale korrel of steen, boven spits, onder breed, en aldaar wat uitgebolt, als met een kuiltje, aan de zyden zeer hoekig, en met scherpe vratten of kuiltjes bezet, als of by door een meesters hand uitgesneeden was, bleek, houtverwig, alle de kuiltjes zyn uitgevult*

Hibiscus populneus. L. sp. 976

rucis & foveolis, acsi artificis manu elaboratum esset, pallidum vero est ac lignosum: Omnes hæ foveolæ excavatæ sunt sicca & suberacea substantia, quæ adeo firmiter officulo, externoque ejus cortici adhæret, ut ferro quodam separanda & exuenda sit. Officulum depuratum Turcicam refert gallam, vel *Mirobalanum Emblicum*, inferior vero ista fovea ipsum fere concavum reddit.

Fructus penitus maturus in quatuor vel quinque segmenta divisibilis est, in singulis autem nucleus continetur parvus substantia, & sapore conveniens cum *Canario*.

Rami sunt fragiles, sique disrumpantur, odorem amaricantem fundunt.

Cortex est albicans, glaber, & tenuis, ingratum quoque spirans odorem.

Externum lignum albissimum est, cujus inutilis pars circiter binos digitos crassa est. Internum cor ex cinereo nigricat seu terrei vel pulli est coloris, siccum, lentum, & rugosum, si incidatur. Si transversum secetur, vel cædatur, videtur compositum esse ex plurimis voloulis sibi inpositis, ad oras nigrius, vel uti vulgus loquitur, magis fuscum ac durius, ubi & nigræ striæ per cinereum lignum longitudinales decurrunt, sique poliatur, obscure viridem reflexum exhibet in quibusdam locis, unde & multi illud comparant cum Europeæ Juglandis ligno, vel Occidentali *Palo Santo*, immo ejus frusta adeo nigra inveniuntur, ut cum Ebeno certent ligno, ejus autem levitas, striarumque decursus differentiam exhibent. Interna medulla sensim magis fusca est ac fungosa, nunquam autem fissa vel concava nisi ad nodos.

Lignum hoc duplex est: Primum ac optimum est nigrum supra descriptum, quod mas vocatur, nec ultra femur crassum est, nudum nempe ejus cor. Alterum est cinereum, nigricantibus constans venis, longitudinalibus fere instar Abietis; Quod femina dicitur & multo levius est, cujus & magna formari possunt frusta, ita ut & asseres ex ipso secari possint, vilius autem est priori.

Si hæc ligna elaborentur vel recentia cædantur, instar Moschi odorem fundunt, sed debilem, qui penetrantior est, si carbonibus inponantur, nigerrima frusta igni exposita, facillime flammam concipiunt, & oleum exsudant, sed paucum.

Circa litora quoque crescit vel non longe ab illis ad lapidis jactum in ipsa terra, optimum autem præbet lignum, quod in litoribus parvis in insulis crescit, ubi & radices plurimum nudæ supra terram sese erigunt, truncusque ita incurvus est, ut fere ad terram inclinet, ipsique incumbat, unde & hæ arbores mari vel ventis facillime eradicantur vel projiciuntur, quarum externum & inutile lignum brevi putrescit, internum vero cor magnis frustis juxta litora disjectum reperitur, externe cinereum, interne vero eleganter nigrum: Hæc frusta meliora habentur ac præferuntur istis, quæ recentia ex arbore cæduntur, nulla autem nisi parva opera ex illis formari possunt.

Aliæ arbores, quæ binos sæpe homines crassæ sunt, elegans ac latum gerunt cor, quamdiu autem crescunt, nunquam adeo nigrum est istis, quæ mortuæ sunt & in litus projectæ, licet etiam elegantes & nigræ hujus cordis partes in vegetis promineant & in crescentibus arboribus, præsertim si soli bene expositæ fuerint, in una eademque etiam arbore truncus sæpe vel quidam rami ab una parte nudi, & nigro suo corde prominentes, altera autem horum pars vegeto & viridi tegitur ligno.

Nomen. Latine *Novella Nigra* & *Ebeniformis*. Nostra natio illud vocat *Bastaart Ebben-bout*, seu *Ebenum spurium*. Ternatensibus dicitur *Salimoeri*, *Tsjalimoeri*, & *Salungeri*. Quidam illud Malaica lingua vocant *Baru Laut*, cum præcedenti illud confundentes. Amboinensibus *Kanawa*, *Kanawan*, & *Kanewan*; In Banda & insulis ad Eurum sitis *Cenau* & *Caju Waro*, in Buro *Fana* & *Fala*. Macassera *Ama*. Altera seu cinerea species in Banda dicitur & Keya *Waranderck*.

Locus. Notum est hoc lignum in omnibus Moluccis, Amboinensibus, reliquisque ad Eurum sitis insulis: Multum etiam & elegantissime crescit hæc arbor in saxosis Cielæ montibus, vel sicco promontorio regionis Hoeamohelensis, ubi hæc ac præcedentes arbo-

vult met een drooge en kurkachtige substantie, zo vast aan den steen en buitenste huit hangende, dat menze met een yzer daar uitpeuteren moet. De schoongemaakte korrel gelykt als dan een Turkze Galnoot, of (Mirobolanus Emblicus) *doch het onderste kuiltje maakt hem bykans hol.*

De geheele rype kan men in vier of vyf deelen, en in ieder steekt een beestje, van substantie en smaak, als Canary.

De takken zyn breekzaam, afgebrooken gevenze een bitteracbtigen reuk van haar.

De schorsse is witachtig, effen, en dun, mede van een onlieffelyken reuk.

Het buitenste hout is zeer wit, en het spint uitmakende is omtrent twee vingers dik. Het binnenste hert is uit den graauwen swartachtig of aardverwig van coleur, droog, taai, en pelzig in 't kappen. Als men 't over dwers zaagt of kapt, zo gelykt het t'zamen gezet uit veele dunne rollen op malkander leggende, aan de kanten swarter, of gelyk de gemeene man zegt, bruinder en harder, alwaar men de swarte streepen of vlammen door 't graauwe hout in de lengte ziet loopen, en als men het polyst, geeft het een donker-groene weerschyn op zommige plaatzen, daarom het veele met het Europische Nooten-hout, ook met het West-Indische Palo Santo *vergelyken, ja men vind stukken zo swart, datze 't Ebben-hout kunnen tergen, maar de ligtheid en 't loopen der vlammen verraadze datelyk. Na binnen toe werd het allenkskens wederom graauwer, en voosser, doch nooit gescheurt of hol, ten ware by de knoesten.*

Men vind dit hout tweederlei: Het eerste en 't beste is 't swarte, hier boven beschreeven, 't welk men het manneken noemt, en niet boven een dye dik is, zegge het blote hert. Het tweede is ligt-graauw, met swartachtige aderen in de lengte, bykans als het Dennen-hout. Dit houd men voor 't wyfken, het is veel ligter, en men kan 'er groote stukken van krygen, zo dat men ook planken daar van zagen kan, maar het werd voor slegter gehouden, dan 't eerste.

Als men deze houten werkt of vers kapt, gevenze een Muscusachtigen, doch slappen reuk van haar, die men sterker gewaar word, op koolen gebrand, de swarte stukken aan 't vuur gehouden, branden zeer ligt, en sweeten een Oly uit, doch schaars.

Flores fructusque cum priori plurimum conveniunt, plurimi simul longis in racemis arcte sibi juncti, sed rariores, nec ita rubram efformant arborem, non omnes autem simul aperiuntur, ipsorumque petalum brevius est, sed latius, & crassius vulgari, color autem itidem est Kermesinus. Siliquæ sunt rariores & breviores priori, semina vero ejusdem formæ. Rami porro omnes, ac truncus undique spinulis obsessi sunt pluribus curtis, foliorum vero petioli glabriores sunt, lignumque eandem fungosam habet substantiam, ejus autem odor multo penetrantior est vulgari, ingratus quoque & hircinus, qui vero non ita notabiliter percipitur in foliis, sed præsertim sub vesperam ac pluvioso tempore, quando hæc arbor istum longe diffundit odorem, ac proxime accedit ad odorem fœni, qui in recenti observatur Oryza, quem Malaienses *Wangi* vocant, ipsisque gratus habetur.

Non ita certum observat anni tempus florendi & folia permutandi, ac vulgaris, quod per mensem serius est, sub finem enim Augusti vel sub initium Septembris flores modo prodire incipiunt, quum foliis arbor adhuc vestita est. Octobri mense fructus formare incipit, quorum pauci perfecti excrescunt, tumque sensim vetusta dejicit folia, nunquam vero istis ita orbata est ac vulgaris; Florum tempore aves Loeris & Peroquieten dictæ, hanc quoque frequentant, quæ flores ita perdunt, ut raro fructus proferant; per ramos propagatur, qui facillime progerminant, arbusculæ vero ex deciduis officulis productæ folia gerunt vulgari similia, intense viridia nec variegata, unde concludo hanc albam modo esse degenerationem seu vulgaris varietatem.

In Java circa Bataviam altera hujus variegatæ *Gelalæ* occurrit species, quæ itidem spinosa est, sed folia gerit minora præcedenti, hæcque in medio læte rubentem habent lineam loco albæ, suntque saltem rubra circa nervum intermedium, atque ad linearum istarum oras albicant, cæterum antecedenti simile est.

Nomen. Latine *Gelala alba* & *picta.* Malaice *Gelala Puti* & *Kelala Tulis*, quibusdam *Kelala Lacki*, *Lacki* h. e. mas. Amboinice *Ucke Puti* & *Ucke Moni*, h. e. odorata *Gelala.*

Locus. Hæc species raro in Amboina occurrit, & tantummodo hinc inde una alterave arbor prope ædes plantata. In Moluccis, & Celebes parte Orientali plurimum nota est, ad occidentem vero partem rarissime vel non invenitur.

Usus. Harum insularum incolæ hujus folia solebant adhibere, quæ ipsis in usu erant ad coctam Oryzam hisce obtegendam, ut ipsam inprægnarent odore suo foenoso, qui ipsis gratus est; eadem quoque folia cum Calappi lympha instar oleris coquuntur & eduntur. Istis in locis, in quibus copiose crescit, ejus rami adhibentur ad hortorum palos, & sepes, quum citissi-

XXXIV. HOOFDSTUK.

De witte of gevlamde Gelala-Boom.

DE *tweede hier te lande bekende zoorte van* Gelala, *is de witte of geschilderde, van gedaante de voorgaande meest gelyk, ook met een redelyken dikken stam, die baastig opschiet, maar met een smalle kruin.*

De figuur der bladeren is de gemeene gelyk, en staan altyd drie by malkander aan een lange steel, zynde het derde of middelste altyd het grootste, tot een byzonder teeken hebbenze een witte of geelachtige streep, vlams gewys omtrent de middel zenuwe, met eenige boeken ter zyden uitloopende, by den steel breetst, en vooren toegespitst, doorgaans zeer ongelyk, want zommige hebben deze vlammen een vinger breed, zommige veel smalder, andere hebben 't by den steel, andere in de midden breetst.

De groente van 't blad is ook blyder, en ligter, dan aan 't voorgaande, en zy zyn met diergelyke wratten by haren oorspronk voorzien, zo dat dezen boom van de geschilderde bladeren een fraai aanzien heeft.

De bloemen en vruchten komen meest met het voorgaande over een, digt by malkanderen aan lange trossen voortkomende, doch wat schaarsser, en maken den boom zo root niet, zy gaan niet te gelyk open, en haar blad is wat korter, doch breeder en dikker, dan de gemeene, van coleur mede scharlaken-rood. De houwen zyn weiniger en korter, dan aan 't gemeene, de zaden van het zelfde fatzoen: Voorts zyn alle takken, en den stam insgelyks met veele korte doornen bezet, doch de ryskens zyn gladder, het hout van dezelfste voosse substantie, van reuk veel sterker, dan het gemeene, ook onlieflyk en bokachtig, welken reuk doch zo sterk niet gevoeld werd in de bladeren, maar inzonderheid des avonds en by regenachtig weer, wanneer dezen boom dien reuk verre verspreit: Hy komt naast overeen met den booiachtigen reuk van versche rys, diergelyke de Maleyers Wangi *noemen, en voor aangenaam houden.*

In het bloeyen en verwisselen der bladeren houdenze zoo gene precyze tyd, als de gemeene, komende wel een maand later, want in het laatste van Augustus, of begin van September begint hy eerst zyne bloemen te vertoonen, wanneer hy nog vol bladen staat. In October begint hy de vruchten te formeeren, waar van weinig tot perfectie komen, en als dan begint hy allenkskens de oude bladeren aftewerpen, werdende nooit zo kaal, als de gemeene; in zyn bloeityd werd hy mede van Loeris en Perroquiten bezogt, die de bloemen zodanig bederven, datze zelden vrugten dragen, hy word voortgeplant met takken, die zeer licht opschieten, maar de jonge boompjes van de afgevallene korrels voortkomende, gewinnen bladeren, de gemene gelyk, te weten, gants boog-groen, en zonder vlammen, waar uit ik gisse, dat deze witte zoorte slegts een verandering is van de gemeene.

Op Java omtrent Batavia heeft men nog een ander zoorte van deze geschilderde Gelala, *wiens boom mede doornachtig is, de bladeren wat kleinder, dan de voorgaande, dewelke in de midden hebben een ligt-roode streep, in plaats van de witte, of immers rood omtrent de middel-zenuwe, en aan de kanten van de vlammen witachtig, de rest het voorgaande gelyk.*

Naam. *In 't Latyn* Gelala alba *en* picta. *Op Maleyts* Gelala Puti *en* Kelala Lacki, Lacki *dat is manneken. Op Amboins* Ucke Puti *en* Ucke Moni, *dat is welriekende* Gelala.

Plaats. *Men vind deze zoorte in Amboina weinig, hier en daar een boom by de huizen geplant. In de Moluccos, en het Oostelyke deel van Celebes isze meest bekent, verder om de West heeft men hem niet of weinig.*

Gebruik. *De Inwoonders dezer Eilanden plegen de bladeren te gebruiken, den gekookten rys daar mede toe te dekken, om aan dezelve haren booiachtigen reuk mede te deelen, dewelke by hun lieden aangenaam is, dezelve bladeren werden ook met Calappus-melk als moes gekookt en gegeeten. Op plaatzen, daar men hem in meenigte heeft, werden de takken gebruikt tot thuin staaken, om datze*

licht

B
C
D
D
D
A

citiſſime creſcant, & per ſpinas introitum inpediant.
Folia hæc ulcerationibus quoque conducunt, & in olus cocta lactantibus exhibentur ad lac augendum uti præcedentis, in hunc vero uſum tales eliguntur arbores, quæ a litore remotæ ſunt, quum ſalſedo maris folia quodammodo inficiat.

EXPLICATIO

Tabulæ Septuageſimæ Septimæ,

Quæ ramum exhibet A. folioſum Erythriæ caule inermi,

B. *Summam caulis partem floribus ornatam.*
C. Siliquas.
D. Officula ſeminalia.

OBSERVATIO.

Hæc proxime accedit, videturque eadem eſſe planta, quæ Erythria *foliis ternatis, caule ſimpliciſſimo inermi* vocatur a *Royeno* in *Fl. Leidens. Prodr. p.* 373. & eſt Coral Carolinenſis haſtato folio *Petiv. Hort.* 106. & *Dill. H. Elth. pag.* 107. *T.* 90. *F.* 106.

NB. Rumphium hujus plantæ ramos folioſos & floriferos ſeparatim delineaviſſe, eſt, quod primum folia progerminant, quæ, ubi flores prodeunt, omnia prolabuntur, ita ut, quum floreat, omnibus ſuis foliis orbata ſit hæc arbor, uti id in florentibus talibus ſæpius obſervavi arboribus.

CAPUT TRIGESIMUM QUINTUM.

Gelala Aquatica: Tsjamghing.

Tertia nobis nota ſpecies eſt *Gelala aquatica*, quæ juxta ripas fluminum creſcit, multoque humilior eſt binis prioribus, & aliquando fruteſcit, aliquando in humilem & incurvam excreſcit arborem. Totaque planta multo ſpinoſior eſt præcedentibus, immo ſpinis obſita eſt usque ad foliorum coſtas, nec tractabilis eſt. Rami ejus ſunt fragiles, aquoſi, & intus plurimum excavati. Folia longis itidem inſident petiolis ſine ordine terna ſemper conjuncta, ſed minora & anguſtiora quam vulgaris, oblonga, in vetuſtioribus arboribus, quinque ſexve pollices longa, tres lata digitos, ſuperius glauca, ſubtus cinerea.

Flos duplex eſt, uterque brevibus ex racemis proveniens in ramorum extremo, minor quam in vulgari ſpecie, ejusdem cæterum formæ. Maris flores, cujus arbor ſpinoſior eſt, primo capitula ſunt oblonga, ad apices parum incurvata, ex purpureo fuſca, viridibus inſidentia calicibus, aperti autem floris petalum ſuperius retro flexum eſt more florum Fabarum, ſanguinei coloris, in horum centro albicans capitulum ſeu germen adparet, ad latus ornatum binis violaceis foliolis, ex quibus emergunt decem longa albicantia & firma ſtamina: Siliquæ ac ſemina mihi hactenus ignota ſunt, quum raro reperiantur. Plantatæ vero in horto meo tandem fructus ſuos produxerunt, ſiliquas nempe protuberantes, uti priores, ſed breviores & tenuiores, in quibus locantur fabæ oblongæ, dimidio minores quam in præcedentibus, fruſta referentes cylindræ transverſim ſciſſæ vel volvuli, parum gibboſæ, duræ, glabræ, & obſcure fuſcæ; aliquando autem ſupremum hujus floris petalum intenſe purpureum eſt vel violaceum, ac firma ejus ſtamina adeo arcte ſibi accumbunt, ut cornu referant.

Feminæ flores, quæ plurimum modo fruteſcit ac minus ſpinoſa eſt, plerumque ſunt pallide virentes, ſed aliquid violacei habent in ſupremo petalo, cæterum prioribus ſimiles; utriusque flores ſemper terni conjuncti ſunt brevibus in petiolis, tribus aliis oppoſiti, inque racemo plurimas obliquas formant cru-

licht groeyen, en met hare doornen den ingank beletten.
Deze bladeren werden mede gebruikt tot ulceratien, en in Sajor gekookt, om de zoogende vrouwen de melk te vermeerderen, gelyk de voorgaande, werdende tot zodanigen gebruik uitgekoozen die geene boomen, die wat van den ſtrand afſtaan, om dat anders de ziltigheid van de Zee de bladeren wat infecteert.

UYTLEGGING

Van de zeven-en-zeventigſte Plaat,

Dewelke door lett. A. aanwyſt een *bladdragende tak* van de Erythria zonder doornen.
B. Een *bloemdragende tros.*
C. De *Houwen* ofte *Vruchten.*
D. De *Zaat-korrels.*

AANMERKING.

Deeze komt het naaſte, en ſchynt dezelve plant te zyn, welke de Erythria met een enkelde gladde ſteel, en met drie bladen genaamt werd, van de H. van *Royen* in zyn *Prodr. Fl. Leidens. p.* 373. en is de Coral *Carolinenſis folio haſtato* van *Petiv.* drooge thuin *No.* 106. en van *Dillen.* in de *Hort. Elth. p.* 107. *T.* 90. *Fig.* 106. verbeeldt.

NB. Dat *Rumphius* van deze plant de bladgevende en bloemdragende ſteelen in 't byzonder vertoont, is om datze eerſt de bladen geeft, en als de bloemen te voorſchyn komen, die alle afwerpt; en alle de bloemen dan vertoont, gelyk ik dit dikmaals in deze bloeyende boomen gezien heb.

XXXV. HOOFTSTUK.

De water Gelala-Boom.

*De derde ons bekende zoorte is de water-*Gelala*, om datze langs de oevers van rivieren waſt, blyvende veel lager dan de beide voorgaande, zomtyds een ſtruik, zomtyds een lagen en krommen boom. Het gehele gewaſch is veel doornachtiger, dan de voorgaande, ja met doornen bezet tot aan de ribben van de bladeren, en gantſch niet om te handelen. De takken zyn breekzaam, wateracbtig, en van binnen meeſt hol. De bladeren ſtaan mede op lange ſteelen zonder order, ook drie en drie by malkanderen, maar kleinder en ſmalder, dan de gemeene, lankwerpig, aan de oude boomen vyf en zes duimen, aan de jonge boomen vier duimen lank, drie vingers breed, blaauw- of Zee-groen van boven, en vaal of grys van onderen.*

De bloeme is tweederlei, beide aan korte troſſen voortkomende aan het uiterſte der takken, kleinder dan aan het gemeene, anders van het zelfde fatzoen. Die van het manneken (wiens boom doornachtiger is) zyn eerſt lankwerpige knoppen, aan de ſpitze wat krom, paars-bruin, en in groene huisjes ſtaande, het blad van de opene bloem is aan het voorſte wat achterwaarts geboogen, na de manier van boonen-bloeizels, hoog- of bloet-root, aan het agterſte der bloemen ziet men een witachtig heuveltje, ter zyden bekleed met twee kleine violette blaadjes, daar tuſſchen uitkyken tien lange, witte, en ſtyve draden. De houwen en boonen zyn my nog onbekent, vermits zy zelden gevonden werden. Doch eindelyk hebben de geplante in mynen Thuin hare vruchten gegeven, te weten knoppige houwen, als de voorgaande, doch kleinder, en dunder, daar in leggen lankwerpige boonen half zo groot als de voorgaande, gelykende ſtukjes van een doorſneeden Cylinder of rolle, een weinig gebubbelt, hard, glad, en donker-bruin, zomtyds is het bovenſte blad van deze bloeme hoog-purper of violet, en de ſtyve draatjes leggen zo digt tegens malkander, datze een hoorntje gelyken.

Die van 't wyfken ('t welk meeſt een ſtruik blyft, en minder doornen heeft) zyn meeſt bleek-groen, met wat violet aan het bovenſte blaadje, anders het voorige gelyk, beider bloemen ſtaan altyd drie by malkander, op korte ſteeltjes, tegens over drie andere, en maken aan den tros veel ſchuinze kruiſſen, onlieffelyk van ſmaak, het hout is

ces; Sapor ingratus est: Lignum albicat, molle est, & facillime exsiccandum. Floret in Augusto, quo & aliæ *Gelalæ*, in Amboina vero nunquam fructus ex hac productos vidi.

Nomen. Latine *Gelala Aquatica.* Malayensibus & Javanis *Tsjankring* & *Tsjankre*, ut & *Gelala Ayer.* Baleyensibus *Tsjangbing* & *Jangbing*, quod nomen Malayensibus quoque in usu est, Macassarensibus *Canne.*

Locus. In Amboina raro occurrit. Arborescens in Lariqua & Hitoe, longa vero seu frutescens juxta ripas fluminis Elephantis, ubique non longe a mari: Magna vero copia reperitur in Java, Baleya, Borneo, & Sumatra, uti & modicum in Ceramæ ora Orientali.

Usus. Baleyenses & Javani juniora edunt folia tam cruda cum piscibus, quam cocta cum Calappi lympha in olus. Flores quoque per noctem in aqua macerati, ac dein cum Calappi lacte cocti eduntur. Folia itidem conteruntur cum odorato Boborri unguento, ut & vetustæ trunci spinæ, ut unguentum istud justam adquirat consistentiam, ejus radix cocta, propinata, & illinita Beriberi curat. Alii trunci cortice utuntur cum isto Seru eundem in modum ac finem. Bina siccissimi ligni frusta sibi invicem adtrita ignem excitant. Hoc quoque lignum præ aliis valet & aptum est ad ignem conservandum, carbonemque optimum format, ut funis igniarius.

Incolæ humilem adhibent speciem ad sepes hortorum ut & ad claustra, quum plurimos ejus ramos arcte terræ committant & inplantent, qui sibi invicem excrescentes intricantur, lateque sese extendunt, ramorum vero summitates sæpius disrumpendæ sunt, ut eo densiores sint sepes, minoraque gerant folia sine floribus vel fructibus.

Interior corticis ramorum pars rapsata vel contrita recentibusque inposita vulneribus, illa curat. Lignum ipsum contritum & propinatum conducit iis, qui sanguinem vel pus meiunt.

wit, week, en zeer ligt opdroogende, het bloeit in Augustus met de andere Gelalas, *maar ik heb het in Amboina noit zien vruchten dragen.*

Naam. *In 't Latyn* Gelala Aquatica, *in 't Maleyts, en op Javaans* Tsjankring *en* Tsjankre, *ook* Gelala Ayer. *Op Baleys* Tsjanghing *en* Janghing, *welken naam by de Maleyers ook gebruikt werd, op Macassers* Canne.

Plaats. *In Amboina werd het weinig gevonden. Het boomachtige op Larique en Hitoe, het lange of struikagtige langs de kanten van de rivier den Elphant, overal niet verre van Zee: maar in grooter abundantie vind men het op Java, Baley, Borneo, en Sumatra, als mede een weinig op de Oostkust van Ceram.*

Gebruik. *De Baleyers en Javanen eeten de jonge bladeren gaarn zo raauw, met Bocassan en visschen, als gekookt, met Calappus-melk tot moes. De bladeren vryvenze ook onder welriekende Boborri zalve, als mede de oude doornen van de stam, om die zalve hare behoorlyke consistentie te geven, zyn wortel gekookt, gedronken, en opgesmeerd, geneest de Beriberi: Andere gebruiken de schorsse van den stam, met die van Seru op gelyke manier. Twee stukskens van het droogste hout of takskens tegens malkander gevreeven, geven vuur: Gelyk ook dit hout voor andere bequaam is, om een smeulent vuur te houden, een vaste koole zettende, gelyk lont.*

De Inwoonders gebruiken de laage zoorte veel om beiningen of heggen, zo wel om hare fortressen, als Thuinen daar van te maken, veele stokken nevens malkanderen plantende, die dan digt in malkander wasschen, en hun wyd uitbreiden, doch men moet de toppen dikwils afbreken, op datze te digter groeyen, en te kleinder bladeren bekomen, zonder vruchten of bloemen.

Het binnenste van de schorsse der takken geschraapt of gevreeven, en op versche wonden gelegt, geneest dezelve. Het hout werd ook gevreeven, en ingegeven tegens het bloet en etter pissen.

EXPLICATIO

Tabulæ Septuagesima Octava,

Quæ ramum exhibet Gelalæ aquaticæ seu Erythrinæ caule spinuloso, flore pendulo calceolato.

Ubi Litt. A. *florem* repræsentat.
B. *Officula seminalia.*

UYTLEGGING

Van de acht-en-zeventigste Plaat,

Dewelke vertoont een Tak van de *Galala aquatica*, wiens steelen met kleine doorntjes bezet zyn, en een bloem draagt met het bladt afhangende.

Alwaar door Lett. A. de *bloem* verbeeldt wert.
B. De *zaat-korrels.*

OBSERVATIO.

Gelalæ species a *Valent. p.* 217. itidem commemorantur, sed notandum est in *Tab.* sub *No.* XLVI. spuriam insculptam esse plantam, quæ neutiquam est *Gelala aquatica*, sed *Piperis* vel *Saururi* species.

AANMERKING.

De zoorten van de *Gelala-Boomen* werden gemeldt by *Valent. p.* 217, dog staat aan te merken, dat op de Plaat onder *No.* XLVI. een verkeerde plant en niet de *water-Gelala* verbeeldt wert, het welk een zoort van *Peper* ofte *Saururus* is.

B
B
B
A

CAPUT TRIGESIMUM SEXTUM.

Arbor Excæcans, Caju Matta Buta.

NUnc tales subsequuntur arbores, quæ nocivum seu purgans fundunt lac, inter quas excellit noxia illa arbor, quæ vulgo *Blindhout* seu excæcans & lactescens arbor vocatur, & tanquam species *Lathyri arborescentis* habetur, ac terror est omnium nautarum, qui emittuntur ad lignum pro foco cædendum, ac toties decipiuntur, quum inprudenter ac ruditer hanc tractent.

Arbor autem est inelegans, trunco incurvo inclinans, nodosa, fissa, plena foveis ac cavitatibus, tam simplici quam variis excrescens stipitibus, quæ autem simplicem habet truncum, supra litus inclinat, adeoque ipsi inhæret, ut reptando quis sub ea transire modo possit, prætereaque ejus radices per litus terra plerumque denudatæ decurrunt, quo autem magis sit denudata, incurva, & excavata, eo pluribus pollet viribus: Ramis etiam suis ac foliis eo magis prætereuntes allicit, quæ elegantia, glabra & splendentia sunt, minores rami elegantes sæpe formant arcus & circinnos in circulum dispositos, qui varios ad latus undique emittunt surculos; Dividitur in marem & feminam forma non multum differentes, excepto quod prior tantum flores, posterior flores ac fructus proferat.

Primo itaque mas ramos gerit & surculos glabros, fusco & aequali cortice obductos, folia cum illis Pyri conveniunt, quatuor pollices longa, ultra binos digitos lata, in obtusum apicem desinentia, glabra, crassa, splendentia, fragilia, tenuibus transversalibus venis pertexta, quæ vix digitis percipi possunt, ac prope oras in sinus concurrunt, horum oræ sunt serratæ seu rarius nec profunde dentatæ, quod uno magis apparet tempore quam altero, pluviosis enim mensibus sunt crassiora, magis splendentia, rariusque serrata, maris autem plerumque magis dentata sunt quam feminæ. Sine ordine brevibus insident pedunculis circa ramos, vetustiora rubescunt instar ignis, ac sensim decidunt, ita ut tota sæpius arbor iis sit denudata.

Ex foliorum alis parvi excrescunt floriferi Juli uti in Corylo, minorem digitum longi, culmum crassi, coloris ex viridi flavescentis, hi obteguntur flosculis muscosis, plurimum constructis ex brevibus ac pallidis staminibus cum antheris luteis, tribus simul junctis, nullam floris formam præbentibus, quæ si per mensem arborem ornarunt, emarcescunt, ac sine fructibus decidunt, ita ut hæc species sterilis penitus sit, uti *Trugi Perda Salix.*

Secundo; femina ramorum corticem gerit cinereum magisque rugosum, uti & plerumque arbor ipsa pluribus obsita est nodis ac tuberculis: Folia vix ab illis maris dignosci possunt, qui autem adcurate illa observat, feminæ videbit folia longiora & molliora, rariusque dentata, nec ita glabra aut læte virentia ac maris, magisque ab utraque parte angustata, illorumque apex magis incurvus est: ex illorum alis itidem Juli excrescunt parvi læte virentes, sed multo breviores quam præcedentis, in nullos notabiles flores sese aperientes, parvis viridibus constantes capitulis, quæ in fructus excrescunt. Hi parvis ex racemis dependent plures simul brevibus ac tenuibus ex pedunculis, suntque baccæ trigonæ, trisulcæ, ac triquetræ, quodvis vero harum tuberculum sulco intermedio divisum est, exterius autem glabræ sunt & ex cœruleo virescunt, magnitudinem Capparidum habentes, superius tricuspide acuta notatæ, instar *Ricini* fructuum, quorum formam, ut & *Lathyris* seu *Cataputiæ minoris*, ita exacte referunt, ut primo intuitu pro iis haberentur, ac sine dubio ejus species arborescens videtur. Intus tres cellulæ apparent, inque singula continetur ossiculum seu faba, magnitudine fructus *Catjangh* h. e. *Phaseoli Indici minimi*; Ricini seminibus simillima, glabra, striisque nigris notata, sed multo minor, intusque repleta medulla alba.

Fructus

XXXVI. HOOFTSTUK.

Kape-Mata-Boeta-Boom, of de Boom der blinde oogen.

NU volgen eenige boomen, die een schadelyke of purgerende melk geven, waar onder uitmunt dien hatelyken gast, die men in 't gemeen blind-bout, of melk-boom noemt, en den welken men voor een Lathyrus arborescens *zoude houden, den schrik van alle Matroozen, die uitgesonden zynde, om brant-bout te kappen, zo dikwils met dezen boom bedroogen werden, als zy hem onvoorzigtelyk handelen.*

Het is een lelyken boom, van stam krom, overhangende, knoestig, gescheurt, vol kuilen en hollekens, zo wel met enkelde, als met verscheide stammen opschietende, doch de enkelde hangen meest voor over op strand, en zo laag, dat men daar onder door moet kruipen, staande daar en boven de wortelen boven het strand meest bloot, doch hoe blooter, krommer, en holder hy staat, hoe meer deugden men van hem heeft. Met zyne takken en bladeren lokt hy de voorbygaande zo veel meer aan, dewelke fraai, glad, en effen zyn, de kleine takjes maken ook somtyds rare bogten, en krullen haar in een volkomen kring, met verscheide scheutjes aan de kanten. Hy werd verdeelt in Manneken en Wyfken, aan gedaante niet veel van malkander verschillende, behalven dat de eerste alleen maar bloemen, en de andere bloemen en vruchten draagt.

Eerstelyk, Het Manneken heeft gladde takken en ryskens, met een bruine en effene schorsse bekleed, de bladeren gelyken die van den Peere-boom, vier duimen lank, ruim twee vinger breed, met een stompe spits, glad, dik, glinsterende, breekzaam, met fyne adertjes overdwers doorregen, die men pas voelen kan, en digt by de kanten met zoompjes t'zamenloopen, de kanten zyn getand of gescbaard, doch niet diep en wyd van malkander, welke schaarden men op eene tyd meer ziet, dan op de andere, want in de reegen-maandlen zynze voller, glimmender, en met weinig schaarden; zo zyn ook doorgaans die van het manneken meer getand, als die van het wyfken. Zy staan op korte steelen, zonder order rondom de takken, in den ouderdom werdenze vuur root, en vallen allenkskens af, makende den boom dikwils geheel kaal.

Uit den schoot der bladeren komen kleine kattekens, gelyk aan de Haselaren, een pink lank, en een stroo-halm dik, groen-geel van coleur, en bedekt met een klein mosachtig bloeizel, meest bestaande uit korte en bleeke draatjes, met geele nopjes, drie en drie by malkander staande, zonder gedaante van bloempjes, dewelke na datze zo een maand aan den boom gepronkt hebben, opdroogen, en zonder vruchten afvallen, zo dat deze zoorte onvruchtbaar is, gelyk de Trugi Perda Salix.

Ten tweeden, het Wyfken heeft een graauwen en ruigere schorsse aan zyne takken, gelyk ook den boom doorgaans met meer hobbelen bezet is. De bladeren zyn qualyk van het manneken te onderscheiden, doch die 'er naauw oplet, zal van het wyfken wat langer en weeker bevinden, ook weider gezaagt, en zo glad nog blyde-groen niet, als het Manneken, achter en vooren smalder, en de spits wat omgeboogen, daar komen ook uit haren schoot kleine licht-grone kattekens, doch veel korter, dan de voorgaande, haar in geen merkelyk bloeizel openende, met kleine groene knopjes bezet, daar uit de vruchten worden: Dezelve hangen in korte trosjes by malkander, op korte dunne steeltjes, en zyn driekantige bezien, met drie vooren, en zo veel bulten gedeelt, waar van ieder bult nog een voore in de midden heeft, van buiten glad en blaauwgroen, in de grootte van kappers, boven op met een drietongig spitsje, gelyk de vruchten van de Ricinus *hebben, deze vruchten gelyken die van* Lathyris *of* Cataputia Minor *zo wel, dat menze ten eersten daar voor aanziet, en ook buiten twyffel een boomachtig geslagt daar van zy. Binnen ziet men drie kamertjes, en in ieder een korreltje of boontje, in de grootte van een Catjang, dat is,* Phaseolus Indicus minimus, *de zaden van* Ricinus *ook zeer gelyk, te weten glad, en met swarte linien geteekent, doch veel kleinder, van binnen met een wit merg uitgevult.*

Zy

Fructus hi ſeu baccæ diu in arbore vireſcunt ac demum ruffeſcunt vel rubent, ſique tum radiis ſolaribus incaleſcant, vel in loco calido deponantur, crepitu aperiuntur & oſſicula diſſiliunt, quod & obtinet in utriusque *Cataputiæ* fructibus. Si ore manducentur, primo nullum notabilem exhibent ſaporem, ſed demum fauces parum exurunt.

Ambæ hæ ſpecies copioſum fundunt lac albicans, ſpiſſum, ingratum, ac nauſeoſum, ſi vulnerentur, ac præſertim rami & abrupta folia, quod etiam vi ejicitur, ſi fortiter incidatur vel cædatur hæc arbor, adeoque nocet ac quodvis *Tithymali* lac ſeu ſuccus, præſertim oculis, ſi illos adtingat, quos adeo inflammat, talique dolore tumidos reddit, ut illorum uſum quis amitteret, ni cito auxilio illis ſuccurreretur.

Hoc nautæ noſtrates primis inſtitutis navigationibus experti ſæpius fuere cum ſuo damno, qui emiſſi ad lignum cædendum pro foco, ac in litore has arbores obvias videntes ſecuribus ſuis fortiter incidebant, ſed mox proſiliente lacte oculi ipſorum ita infeſtabantur, ut tanquam furibundi per litus decurrerent, quorum & quidam viſum ſuum penitus perdiderunt.

Non ſufficit autem arbores has ſplendidas tam nocivo refertas eſſe ſucco, ſed aliis inſuper incolis nocivis inhabitantur, variis in ipſarum nempe foveis ſeu cavitatibus nidulantur arboreæ viperæ breves, ſpecies formicarum magnarum, ac cito curſu illas perambulantium, nec non variæ apium ac Veſparum ſpecies, præſertim apes quædam parvæ in *Hiſtoria noſtra animalium*, nomine *Apiculæ* ſeu *Tohil* deſcriptæ, quæ non pungunt, ſed magna copia in aures ac crines involant, has ſæpius in foveis harum arborum reperi cum copioſo ac eduli melle, oræ autem talis cavitatis obductæ erant gummi quodam nigro & reſinoſo, quod ad ignem liqueſcebat, & quodammodo odoratum erat, quod *Melicera* eſt ab hiſce apiculis conſtructa & elaborata.

Nunc pars hujus arboris viribus pollens nobis quoque deſcribenda eſt, quæ eſt ligni pinguis ac vetuſta ſubſtantia, non in corde ejus ſeu prope corticem ſita, ſed talibus in locis inferioris trunci vel craſſarum radicum, quæ ſupra terram elevantur ac fiſſæ ſunt & denudatæ, ubi foveas ac cavitates formant quaſi exeſas; Atque hoc lignum, *Teda* dictum, quod ſpurium eſt *Agallochum*, ad radices vel ubi protuberat, externe cinereum eſt & glabrum, in foveis autem obductum eſt cortice rugoſo nigricante, tanquam hirſuta pelle, qui tamen non verus eſt cortex, ſed potius pellicula eſt facile ſeparanda: Interne plerumque colorem gerit ferrugineum, nunc magis obſcurum, nunc vero pallidiorem, prope oras vero, præſertim ubi radiis ſolaribus exuritur, perfecte nigreſcit in foveis, eſtque binos tresve digitos craſſum hoc lignum, in denudatis vero radicibus vix craſſius cultro, arcte enim albo ac virenti adcumbit ligno: Eſtque porro durum, inſtar vitri fragile, adeoque pingue, ut abundans exſudet oleum, ſi igni admoveatur, unde & facile flammam concipit, ac inſtar candelæ ardet. Si recens cædatur, dulcem, ſed debilem fundit Benzoinum odorem, quem diu retinet, ſi occluſum ſervetur. Rapſatum porro & carbonibus impoſitum fortem fundit Benzoinum, & ex toſto pane mixtum odorem, immo inperiti pro Benzoino illum haberent odore, præſertim recentis ligni, quod enim per aliquot fuit adſervatum annos, multum grati perdit odoris, ejus raſura mox ſeſe convolvit, & ſibi quaſi adglutinatur, acſi vermes forent, ob pinguedinem, facile itidem flammam concipit, carbonibusque impoſita denſum excitat & nigricantem fundit fumum, oculis nocivum, ſi nimis iſtis adpropinquet. Lignum hoc non ſolum ſuffimigio inſervit, ſed ſemper cum *Ungui Odorato*, vel alio quovis odorato ligno mixtum, cujus odor inde exaltatur ac diutius perdurat: In ore retentum ſaporem præbet inſtar Aloës amaricantem, ſed ſimul placentarum ſaporem æmulantem.

Lignum hoc tantam habet cum *Agallocho* ſimilitudinem, præſertim ſi ejus nodi ſint rariores parumque venoſi, ut vix externa forma dignoſci a ſeſe invicem poſſint. Immo plurimi Pharmacopolæ, haſce in oras delati, pro certo mihi adfirmarunt, tale lignum ſeſe
in

Zy blyven lange groen aan den boom hangen, ten laatſten wordenze vaal of rootachtig, en zoze als dan de Zonne raakt; of dat menze in een warme plaatze leid, berſtenze met kraaken open, en de korrels ſpringen daar uit, gelyk de vruchten van beide Cataputien doen. In de mond geknaauwt, vertoonenze in 't eerſte geen zonderlyke ſmaak, maar ten laatſten brandenze wat in de keel.

Beide deze zoorten geven overvloedig een witte, dikachtige, en ten eerſten onſmakelyke, of wat brakke melk uit, als menze iewers quetſt, inzonderheid de takken en afgebrooken bladeren, die ook dapper om zig ſpat, als men met gewelt daar in kapt, zo ſchadelyk als eenige Tithymalus of Wolfs melk zyn mag; inzonderheid voor de oogen, alsze daar in komt, dieze zodanig ontſteekt en opſwellen doet, met groote pyn, dat men het gezigt daar van verliezen zoude, indien men niet datelyk hulpe daar tegen doet.

Dit hebben onze Matroozen by de eerſte ſcheeps-vaarden met hare ſchade dikmaals ondervonden, dewelke uitgezonden wierden, om brandhout te kappen, en op ſtrand deze boomen zo voor de hand vindende, met hare bylen daar op in kapten, ſtraks van de uitſpattende melk zodanig in de oogen geraakt wierden, datze als zinnelooze menſchen langs den ſtrand liepen, waar van ook zommige haar gezigt verlooren hebben.

Nu is het niet genoeg, dat deze boomen van zelfs zo aanzienlyk, met een ſchadelyke melk begaaft zyn, maar zy moeten daar en boven in de kuilen of daar zy hol zyn, verſcheide ſchadelyke inwoonders hebben van korte boom ſlangen, een ſlag zeer groote en ſnel loopende mieren, verſcheide zoorten van weſpen, en byen, inzonderheid een ſlag zeer kleine bytjes in onze Hiſtor. Animal. onder den naam van Apicula of Tohil beſchreeven, dewelke niet ſteeken, maar die met meenigte in de ooren en hairen vliegen, deze heb ik dikwils in de kuilen dezes booms gevonden, met een party eetbare Honing, en de wanden van het hol bekleed met een ſwart en harsachtige gom, over het vuur ſmeltende, en eenigzints welriekende, het welk een Melicera is, van deze bytjes gewrogt.

Nu moeten wy mede het deugdelyke deel van deze boomen beſchryven, het welke is een oude en vette ſubſtantie van het hout, niet in 't hert, nog naaſt de ſchorſſe, maar aan zodanige plaatzen van den onderſten ſtam, of dikke wortelen, die boven de aarde leggen, daar dezelve geborſten zyn of bloot ſtaan, en aldaar eenige kuilen of holligheden maken, als ofze uitgevreeten waren, dit vette hout Teda, het welk een baſtaard Agel-hout is, aan de wortelen, of daar het uitpuilt, is buiten graauw, en effen, maar in de kuilen is het met een ruige ſwartachtige ſchorſſe bedekt, als met een hairen vel, het welk egter geen regte ſchorſſe, maar veel meer een huit is, die men ligt afſchrapen kan: Van binnen heeft het doorgaans de coleur van yzer-roeſt, zomtyds wat bruinder, zomtyds wat ligter, maar naaſt de kanten, inzonderheid daar het van de Zonne geraakt word, regt ſwart in de kuilen, en twee a drie vingers dik, maar aan de bloote wortelen niet veel dikker, als een mes, want het leid digt tegen het witte en groeiende hout aan. Het is verders hard, kort afbreekende, als glas, en zo vet, dat het rykelyk Oly uitſweet, als men het aan het vuur hout, waar aan het ook ligt brand, en de vlamme houd, als een kaarze. Als men het vers kapt, zo heeft het een zoeten, doch ſlappen reuk van Benjoin, die hem ook lang byblyft, als men 't geſlooten houdt. Anderzints geſchraapt, en op kolen gelegt, heeft 't een veel ſterkeren reuk uit Benjoin en gebrand brood gemengt, ja de onervaarne zouden het voor Benjoins reuk aanneemen, inzonderheid van het verſche hout, want dat men eenige jaren verwaart heeft, verlieſt veel van zyne lieflykheid. Zyn ſchraapzel rolt ſtraks, en kleeft aan malkander, als wormen, wegens zyne vettigheid, ontfangt ook ligt de vlamme op koolen, en geeft een ſwaren dikken rook van zig, die de oogen wat hinderlyk is, als men dien te veel maakt. Het werd niet ligt alleen gerookt, maar altyd met Unguis Odoratus, of andere welriekende houten, welkers reuk het verſterkt, en langduuriger maakt. Van ſmaak is het bitter in den mond, als Aloë, doch te gelyk na koeken ſmakende.

Dit hout heeft zo groote gelykeniſſe met het Agallochum, inzonderheid als men daar rare knoeſten aan vind, en die wat geadert zyn, dat menze qualyk kan onderſcheiden van buiten aan te zien: Ja veele Apothekers hier in het land komende, verzeekerden my, datze diergelyken hout
in

in Europa tanquam bonum *Agallochum* emisse ac vendidisse, uti & in hisce terris a Sinensibus quoque ita præparatur, ut pro *Calambaco*, quod optimum est *Agallochum*, habeatur. Hinc sæpius cogitavi *Pandectarium Mattheum Sylvaticum*, quum scribit *Agallochum* adulterari cum *Chameleæ* ligno, hocce intellexisse lignum, licet a *Garzia libr.* 1. *Arom. cap.* 16. reprehendatur, quum in tota India nulla crescat *Chamelea*, quod forte verum est, *Pandectarius* autem audiens spurium istud *Agallochum* ex lactescente provenire arbore, sine dubio judicavit, *Chameleam* esse, e contra *Garzias* nunquam satis bene hanc novit arborem, eo quod dicit ex ea odoratum posse colligi lignum, licet per plurimam Indiæ partem crescat; sin itaque *Chameleam* quis nolit habere pro *Pseudo-Agallocho Pandectarii*, in ejus locum succedere potest aliud lactescens lignum, quod folia gerit Oleæ similia, & a nobis inter frutices *libr.* 6. descriptum est nomine *Ligulariæ lacteæ*.

Notandum porro est spurium hocce *Agallochum* non in cunctis inveniri *Caju Matta Buta* arboribus, immo inter viginti vix in una reperitur arbore, quæ enim hoc gaudent ligno, in saxosis crescunt litoribus, & a longo tempore hinc inde fissæ, ac vicissim ab aqua marina irroratæ, & a sole iterum exsiccatæ sunt: Si in talibus arboribus observantur quædam foveæ, in illis *Tædæ* seu pinguia ista frusta detegentur, si pulsatione explorentur, sonitumque præbeant durum: Prudentissime tum cortex circumjectus separandus est, ne a lacte talis homo inquinetur vel lædatur, ac dein frusta illa ex nigro fusca cædenda sunt, & ab adhærente albo ligno mox separanda, omne enim reliquum hujus arboris lignum est album, molle, lentum, & inutile, carbonibusque inpositum acerrimum & ingratum spirat odorem; in omnibus reliquis arboribus erectis ac soli nimium expositis, vel solo declivi locatis, aliisque fruticibus nimis intricatis ac quasi suffocatis pinguia hæc frusta non, vel corrupta occurrent, quæ etiam pereunt & exsiccantur, si apiculæ istæ nimis diu in illis nidulentur, quæ, uti videtur, plurimam exsugunt ac consumunt pinguedinem: Sic quoque inutile est omne tale lignum, quod a magnis istis inhabitatum est formicis, vel aranearum telis obductum est.

Pingue hocce lignum non eandem quoque habet substantiam vel colorem, ex maris enim arboribus multo magis fuscum est ac pinguius, immo quædam ejus frusta instar Ebeni ligni nigrescunt, ac instar vitri diffiliunt, nec cultrum admittunt. Feminæ vero magis ruffescit, majoraque dat ramenta, quod raro etiam occurrit.

Altera insuper reperitur species ex rubro & luteo variegata, sæpeque tam lutea, acsi optimum esset Sandalum, striis longitudinalibus constans, atque hoc lignum in magnis colligitur frustis.

Garo Ternatense ex ruffo & cinereo mixtum est, aliquando penitus ruffum, tenuibus & intricatis constans venis, optimum referens Agallochum: Omnium odor vulgo idem est, sed Amboinense plerumque pinguissimum est ac Benzoin æmulans, Ternatense vero magis florum refert odorem: Citrina species gratum spirat odorem, si cruda sit, carbonibus vero inposita, meo quidem judicio, reliquis inferior est.

Ut bona porro a pravis dignoscantur frustis, depurata nempe si sint omnia, aquæ marinæ simul injice, supernatantia abjice, quæ fundum vero petunt, conservanda sunt, quum sint optima, quæque una alterave vice aquæ iterum marinæ inmergi possunt, ac Soli semper exsiccanda, quo corriguntur, post quatuor vero vel quinque annos hoc lignum multum de grato suo perdit odore, unde & incolæ non diu illud conservant, sed si in usum illud advocare velint, semper recens ex arbore petunt, vetusta vero frusta renovari quasi possunt, si aquæ inmergantur marinæ.

Anni tempus. Hæc arbor sæpius in anno floret: Ordinarium vero ejus tempus est Januario & Februario mense, quum femina suos quoque profert fructus, qui usque in Majum arbori inhærent, quando simul plurimam vetustorum foliorum partem dejicit hæc arbor, nova regenerat, & Julos emittit, qui in mare non ultra mensem perdurant, ejus radices latissime pro-

in Europa voor goet Agallochum *gekogt, en verkogt hadden, gelyk het ook nog hier te lande van de Sineezen zodanig geprepareert word, dat het voor* Calambacq *(zynde het beste* Agallochum*) passeert. Hierom heb ik dikwils gedagt, dat den* Pandectarius Mattheus Sylvaticus *schryvende, dat het* Agallochum *vervalst word met het hout van* Chamelea, *van dit hout moet verstaan worden, hoewel hy van* Garzias Lib. 1. Aromat. Cap. 16. *daar over berispt word, uit reeden, dat 'er in geheel Indiën geen* Chamelea *wasse, het welk waar kan zyn, maar* Pandectarius *hoorende, dat het valsche Agel-hout van een melk-boom kome, heeft buiten twyffel geoordeelt, dat het een* Chamelea *moest zyn, daar en tegen heeft* Garzias *dezen melk-boom noit ter degen gekent, dat men daar een welriekend hout van hebben kan, hoewel hy meest door gansch Oost-Indiën wast; wil men dan de* Chamelea *niet aanneemen voor het* Pseudo-Agallochum *van* Pandectarius, *zo kan men daar voor stellen een ander melk-hout, het welk bladeren heeft, die van den Olyfboom wat gelykende, en van ons onder de struiken* lib. 6. *met den naam van* Ligularia Lactea *beschreeven is.*

Nu staat verder te weten, dat men dit bastaart Agelhout niet aan alle boomen van Caju Matta Buta *vind, ja onder twintig pas aan eenen, want die het hebben, moeten op steenige stranden staan, voor over hangen, hier en daar geborsten zyn, met beurten van het Zeewater bespat, en dan wederom van de Zonne gedroogt worden. Als men dan aan dezelve eenige kuilen ziet, daar zal men de voorschreeve* Tædas *of vette stukken vinden, die men met daar op te kloppen aan den klank bekennen kan, als zy hardachtig klinken. Men moet als dan zeer voorzigtig den omleggende bast afschillen, dat men van de melk niet geraakt en worde, de swart-bruine stukken uitkappen, en voorts van het aanklevende witte hout ter degen zuiveren, want al het resterende hout van dezen boom is wit, zagt, tai, en ondeugent, en geeft op de koolen een zeer scherpen en onlieflyken reuk van zig, aan alle andere boomen, die opgeregt, en al te vlak ter Zonne staan, of op een slikkerigen grond, en onder andere ruigte te zeer bedomt, zal men deze vette klompen niet, of ondeugent vinden. Zo bederven dezelve ook, en werden uitgedroogt, als de voornoemde beitjes te lange daar in huishouden, die zo het schynt de meeste vettigheid daar uit zuigen. Zo deugt ook niet al het gene, daar de hollen by groote mieren bewoont, of met spinnerakken bedekt zyn.*

Dit vette hout is ook niet van eenderlei substantie of coleur, want dat uit de mannekens boomen is veel bruinder en vetter, zommige stukken zo swart, als Ebben-hout, kort afbreekende, als glas, en geen mes lydende. Dat van het wyfken rosser en splintiger, het welk men ook weinig vind.

Nog heeft men een zoorte, die uit root en geel gemengt is, zomtyds zo geel, als het beste Zandel-hout, met strepen in de lengte, het welk men met groote stukken vind.

Het Ternataansche Garo *is uit den rossen en graauwen gemengt, zomtyds geheel ros, met fyne en verwerde aderen, het beste Agel-hout nabootzende. Den reuk van allen is meest een, aan het Amboinsche is hy wel den vetsten, en na Benjoin trekkende, het Ternataansche meer na bloemen. De geele zoort ruikt lieflyk, alsze raauw is, maar op koolen, mynes oordeels, wyktze de andere.*

Om nu de goede stukjes van de quade te onderscheiden, alsze schoon gemaakt zyn, zo smydze al te zamen in Zeewater, die dryven, laat varen, en die zinken, bewaart, want die zyn de beste, die men nog een rys of twee in Zout-water kan doopen, en telkens in de Zonne droogen, waar doorze verbetert worden, na vier of vyf jaren verliest dit hout veel van zyn lieflykheid, daarom het de Inlanders niet lang en bewaaren, maar het zelve willende gebruiken, telkens vers van den boom haalen, doch kan men de oude stukken wat ververschen, als menze in Zeewater dompelt.

Saysoen. *Dezen boom bloeit meermaals in 't jaar: zyn ordinaris tyd is in January en February, wanneer het Wyfken ook zyne vruchten voortbrengt, die tot May aan den boom hangen, wanneer hy met een het meeste deel der oude bladeren afwerpt, jonge gewind, en nieuwe kattekens voortbrengt, die in het manneken niet boven een maand duuren. De wortelen verspreiden hun zeer wyd* van

proserpunt incurvæ & nodosæ admodum, immo sæpius in litore denudatæ saxoso, in quibus simul illud nigrum detegitur odoratum lignum talibus in locis, quæ cortice denudata sunt. Non tantum in figuris exhibui folia, flores, & fructus tam maris quam feminæ, sed peculiari in charta, qua ratione tota arbor incurvo trunco plurimis. Polypodii Filicum &c. speciebus concreta occurrat in saxoso litore *Keytetto* in Hitoes ora.

Nomen. Latine *Arbor excæcans.* Belgice *Melk-hout* & *Blint-hout*, quod derivatum ita est a plurimis Indicis denominationibus, uti in Malaica *Caju Matta Buta.* Baleya *Caju Coëda* & *Capal.* Ternatensi *Garo-Matta Buta*, quod proprie pingue est lignum, quod ex hac colligitur arbore. Macassarice *Sambuta.* Amboinice *Matta Huri* & *Matta Huli.* In Boero *Maccafuta.* In Ceramæ ora Boreali *Maccabita* & *Babuta.*

Tæda seu pinguia ista frusta, quæ ex hoc eliguntur ligno, & pro Agallocho spurio habentur, vocantur *Garo-Laut* & *Garo-Matta Buta*, quibusdam *Garo-Boaya* h. e. *Caaymans-hout*, ex rugosa ejus pelle seu cortice, quo obducitur plerumque, in Banda vocantur *Garo tay aros*, quum sæpius in litore inveniantur, aliis mixta & projecta ejectionibus: Forte idem est, quod in Baleya *Meningan* seu *Menongan* vocatur, quod supra *libr.* 2. *cap.* 12. sub *Agallocho secundario* commemoravimus, ac pro uno eodemque cum *Madjagahu* habebamus, dein autem intellexi *Menongan* pingue esse lignum, ex quo spissum elici ac fundi potest oleum, hinc puto, magis accedere ad *Caju Matta Buta*, eoque magis, quum recens sibi invicem contritum hoc lignum notabilem spiret Benzoini odorem, Malaice *Minjaan* vocati.

Locus. Arbor hæc maxime nota est in omnibus aquosæ Indiæ insulis, non tamen in omnibus litoribus, sed solummodo, uti dictum fuit, in siccis & saxosis, vel quæ cum lapillis vel arena mixta sunt, ac semper in litore haud procul a fluminum majorum terminis. Ulterius in ipsa reperitur regione seu terra, sed ibi ope humana plantata, quum ex ejus ligno aliquando sæpes construunt, eo quod facile excrescat, sed *Garo* in hac non est investigandum.

Quum litora majorum insularum, uti ab una parte Sumatræ, Javæ, & Borneo, sint cœnosa, hinc arbor ibi non reperitur vel raro, ac potissimum inter *Mangi Mangi* in continenti terra, & ad solidiores majorum fluminum ripas. Majori copia occurrit in orientalibus insulis, quæ saxosis plerumque gaudent litoribus, uti in Amboina, Hitoes ora, in Cerama, ac tota Hoeamohel regione, ac porro in boreali ora circa vetus Lissa-Batta; In Ternata plurimum occurrit in insula Mothir, & in magna ejus insula Gelolo, juxta totum Hallemaheræ tractum, estque porro in Papoensibus insulis nota, uti & in illis ad Eurum sitis: Quod autem crescit in finibus placidis seu paludosis locis, non multum participat, aut præbet hujusmodi pingue lignum, atque suffimigio ineptum est.

van den boom, lopende zeer krom en knobbelachtig, en bloot op den steenigen strand, daar men dan mede het swarte reuk-hout vind, op zodanige plekken, daar geen schorsse is. Ik heb niet alleen in de figuuren vertoond de bladeren, bloeizel, en vruchten, zo van het Manneken, als van het Wyfken, maar ook op een byzonder blad een geheelen boom, zo als hy met zyn krommen stam en veele zoorten van Filix, Polypodium *&c. bewassen te zien is, op een steenigen strand van* Keyttetto, *op de kust van Hitoe.*

Naam. *In 't Latyn* Arbor Excæcans. *In 't Duits* Melk-hout, *en* Blint-hout, *zynde geformeert meest na alle de Indiaansche namen, als in 't Maleyts* Caju Matta Buta. *Op Maleyts* Caju Coeda *en* Capal. *Op Ternaats* Garo-Matta Buta, *het welk eigentlyk het vette hout is, dat 'er van komt. Op Macassers* Sambuta. *Op Amboins* Matta Huri *en* Matta Huli. *Op Boero* Maccafuta. *Op Cerams noort-kuste* Maccahita *en* Babuta.

De Tæda *of vette stukken, die van dit hout komen, en voor bastaart Agel-hout dienen, werden genaamt* Garo-Laut *en* Garo-Matta-Buta, *by zommige* Garo-Boaya, *dat is, Caaimans hout, van de ruige huit, waar mede het gemeenelyk is bedekt, in Banda* Garo tay aros, *om dat men het dikwils op strand vind, onder andere ruigte opgeworpen. Misschien is het 't zelfste, 't welk wy op Baley* Meningan *of* Menongan, *het welk wy boven* lib. 2. cap. 12. *onder het* Agallochum Secundarium *aangeroert hebben, en voor een en het zelfde met* Madjagahu *hielden, maar naderhandt verstaande, dat* Menongan *een vet hout zy, waar uit men een dikke Oly smelten kan, zo gisse ik, dat het nader met dit* Caju Matta Buta *overeenkomt, te meer, alzo het vers tegens malkander gewreeven, merkelyk den reuk heeft van* Benjoin, *in 't Maleyts* Minjaan *genaamt.*

Plaats. *Dezen boom is veel bekent in alle Eilanden van Water-Indiën, doch niet op allerlei stranden, maar alleenlyk, als gezegt, op drooge en steenige, of die met steentjes en zand gemengt zyn, en dat altyd op strand, niet verre daar van af, aan de uitgangen van groote rivieren. Men vind hem ook wel dieper in het land, maar meest aldaar door menschen geplant; die daar zomtyds Thuinstaken van maken, dewelke ligt uitschieten, maar het* Garo *behoeft men daar aan niet te zoeken.*

Dewyle nu de stranden van de groote Eilanden, gelyk aan de eene zyde hebben Sumatra, Java, en Borneo, moerassig en slikkig zyn, zo vind men dezen boom aldaar niet, of weinig, en dat onder de Mangi Mangis *op het vaste land, en aan de harde kanten van de groote rivieren. In meerder quantiteit vind men hem in deze Oostersche Eilanden, die meest steenige stranden hebben, als in Amboina, de kust van Hitoe, op Ceram, en het geheele Landschap Hoeamohel, en voorts op de Noort-kust omtrent oud Lissa-Batta, in Ternaten heeft men hem meest op het Eiland Mothir, en op het groote Eiland Gelolo, langs de geheele kust van Hallemahera, en voorts door de Papoeze en Zuid-Ooster Eilanden overal bekent. Het geene in stille bogten of moerassige plaatzen staat, heeft niet veel van dat vette hout, en is tot reukwerk onbequaam.*

Tabula Septuagesima Nona

Ramum exhibet *arboris excæcantis maris*, seu *Caju Matta Buta, Lacki Lacki*, uti ab incolis vocatur.

De negen-en-seventigste Plaat

Vertoont een Tak van de *Boom der blinde oogen* het *mannetje ofte Caju Matta, Buta*-boom, zo alsze van de Inlanders genaamt werd.

Tabula Octogesima

Ramum exhibet *Arboris excæcantis feminæ*, seu *Caju Matta Buta, Parampuan.*

De tachtigste Plaat

Vertoont een Tak van de *boom* der *blinde oogen* het *wyfje*, ofte de *Caju Matta Buta, Parampuan.*

OBSERVATIO.

Hæ Arbores in *Valent. Amboinæ descript. pag.* 217. itidem commemorantur & in *Tabula* sub *numeris* XLVII & XLVIII. exhibentur; de hoc porro Ligno vide *Misc. Acad. nat. curios. dec.* III. *ann.* 3. *obs.* 22. & *Valent. Mantiss. Exotic. pag.* 592.

AANMERKING.

Deze boomen komen mede voor by *Valent. pag.* 217. en werden op de *Plaat* onder No. XLVII en XLVIII verbeelt. Over dit hout zie verders de *Misc. Acad. nat. curiosf. dec.* III. *ann.* 3. *obs.* 22. en *Valent. Mantiss. Exotic. pag.* 592.

Tab. LXXX.

CAPUT TRIGESIMUM SEPTIMUM.

Arboris excœcantis usus.

HUjus arboris vitia cuivis nota sunt, unde & incolæ tanto odio eam prosequuntur ac vitant, ut nostram admoneant nationem, illam fugere, si quemvis ipsi propius adstare videant, quum ejus noxam sine dubio magis experti fuere nostra natione, quæ illam non ita timet, quum forte sciat, arborem hanc sæpius innoxie culpari, si enim quis sibi caveat, ne ejus lac oculis instillet, nullum periculum ab hac metuendum est: Lac vehementer quidem purgat, sed tamen non ultra tertium gradum calidum est; Lingua enim exploratum, fatuum est, & in faucibus paucum excitat ardorem, nec cuti nocet. Nautæ nostrates, uti dictum fuit, quondam hoc cædebant lignum pro foco, ac sæpius in ipsorum damnum, hodie autem illum in finem non adhibetur, nisi defectu alius ligni, uti inter alia in Batavia sæpe fit, ubi amplæ illi urbi nimum deficit, & ex parvis petendum est insulis; mos quidem iste obtinet pravus, quum lignum hox vix siccetur, & combustum acrem & oculis nocivum emittat fumum, cæterum adhibetur ad hortorum palos parvosque postes, quum longa emittat flagella, si crassi hujus arboris stipites sæpius detruncentur, uti cum Salice hoc fit. Nostri pulveris pyrii præparatores ex hoc quoque ligno carbones exusserunt, experti autem fuere, carbones ejus esse elegantes, leves, & molles, sed per horum acredinem pulvis iste pyrius sensim mucescit, unde hodie in istum finem eligitur lignum subsequentis *Arboris lactariæ*, quod meliores præbet carbones.

Apud harum insularum incolas majori in usu Medico est quam populis occidentalibus, qui corticem, ejusque lac ad forte adhibent purgans, sed talibus in hominibus, qui robusto constant corpore, ac valent viribus, & malignis repleti sunt humoribus.

Macilentis vero & biliosis nocet hominibus, sed iis conducit, quibus humores prædominantur pravi, unde inpetigines, scabies, paralysis, & similes subsequuntur morbi. Ad ordinarium purgans sumunt corticis partem, binos articulos longam, binosque digitos latam, hunc cum Pinanga masticant, ejusque deglutiunt succum, quum autem ardorem faucium excitet, melius comprobatum fuit, si ex hac arbore quædam hujus lactis guttæ Calappi lymphæ, potui Thee, vel succo alicui infundantur, talique propinentur modo, omnis vero potus, cui hujus lactis guttæ fuere instillatæ, seri lactis consistentiam & formam concipit. Hæ purgationes sursum & deorsum operantur satis fortiter, unde ægris & debilibus hominibus non sunt propinandæ, quod tamen incolæ summo cum ægri discrimine instituunt. Optandum itaque esset M. Doctores & Chirurgos nostros Indicos melius novisse artem præparandi hoc lac, ut tutius & melius ingeri posset, uti *Gutta Cambodje*; alias ejus operatio corrigitur, si semimaturus Musæ fructus sub cineribus tostus superedatur, vel frusta quædam frigidæ pultis, Papedæ dictæ, comedantur. Idem hoc lac valet contra morsus & ictus venenatorum piscium, si vulneri illiniatur, frustumque cupri rubri superligetur; si vero alicujus oculos infestet, eluendi sunt cum Calappi lympha, ac leniter comprimendi, quum hæc nocivum istud adtrahat lac, & simul educat.

Notitia hujus spurii Agallochi, quod ex hisce colligitur arboribus, ante annum 1665 ad nostram non pervenit nationem, immo plurimis Amboinensium nondum innotuit: Quum vero isto tempore munus subalterni gubernatoris in Hitoës ora per decem annos obieram, ac per quinque primos annos æque istam fugerem arborem ac reliqui, illo anno lignum hoc prima vice mihi detectum ac demonstratum fuit a *Patti Cuhu* præfecto pagi Hitoënsis *Ely* dicti, qui exactam habebat notitiam herbarum, ac multum me adjuvit in describendo hocce opere, unde & æquum duxi ejus memoriam hic consecrare.

XXXVII. HOOFTSTUK.

Gebruik van de Boom der Blinde oogen.

DE ondeugden van dezen boom zyn by alle man bekent, weshalven hem de Inlanders zodanig haten en vlieden, datze onze Natie vermanien, van dezelve te wyken, alsze die daar omtrent zien staan, hebbende deszelfs schadelykheid buiten twyffel meer geproeft, dan de onze, die daar zo veel vreeze niet voor hebben, misschien wetende, dat dezen boom veel onschuldig lyden moet, want als men zig zelfs wagt, dat de melk niet in de oogen kome, heeft men geen gevaar van dezelve boom te verwagten. De melk is wel sterk purgerende, maar egter niet boven de derde graad heet: Want op de tonge geproeft, isze laf, in de keel verwektze een kleinen brand, en op de huid doetze geen quaat. Onze Matroozen, als gezegt, kapten dit hout eertyds veel tot brandhout, en dikwils tot hare schade, maar hedendaags word het daar toe niet gebruikt, als by gebrek van ander hout, gelyk onder andere tot nog toe op Batavia geschiet, daar het voor die groote stad zeer schaars valt, en van de kleine Eilanden moet gehaalt worden; het is evenwel een quaad gebruik, want het hout qualyk opdroogt, en gebrant een scherp bytende, en voor de oogen een schadelyke rook van zig geeft, anders word het tot Thuinstaken, en kleine stylen gebruikt, om dat men daar lange stangen aan vind, als men de dikke stammen dikwils van haar kruin berooft, gelyk men met de Wilgen doet. Onze kruitmakers hebben uit dit hout ook koolen gebrand voor het Buskruid, maar men heeft bevonden, dat het wel schoone, ligte, en zagte koolen geeft, egter wegens hare brackigheid met ter tyd het kruid doet uitslaan, en nu neemt men daar toe het hout van de volgende Arbor Lactaria, *het welke bequamer koolen geeft.*

By de Inwoonders dezer Eilanden heeft het in de medicyne meerder gebruik, dan om de west, dewelke de schorsse, en melk tot sterke purgatien gebruiken, doch by perzoonen, die nog redelyke kragten, en het lichaam vol quade humeuren hebben.

By magere en galachtige lieden doet het geen profyt, maar wel by zodanige, die met zulke humeuren gepropt zyn, waar van pokken, schurft, en lammigheid komen. Tot een gemeene purgatie neemenze een stuk van de schorsse, twee leeden lank, twee vingers breed, knauwen dezelve met Pinang, en swelgen het Zap in, doch dewyl dit eenige brand in de keel veroorzaakt, zo heeft men beeter bevonden, als men van de klare melk dezes booms eenige droppels in Calappus-melk, Thee-water, of Towak vermengt, en inneemt, en werd alle den drank, daar men eenige droppels van deze melk in doet, datelyk als wey. Deze purgatien werken van onderen, en boven al vry wat sterk, en daarom zal menze geene zieke en afgesloofde menschen ingeven, het welk de Inlanders dikwils met het uiterste perykel van den patient doen. Dierhalven was het te wenschen, dat onze Doctoren en Chirurgyns in Indiën deze melk wat beter leerden prepareeren, waar doorze gemakkelyker, en onschadelyker ingenoomen zoude werden, als de Gutta Cambodje, *anderzints werd hare werking gestuit, als men een half rype Pissang neemt, onder de assche braad, en opeet, of eenige klonteren koude Papeda inswelgt. Dezelve melk is goed voor het steeken van venynige Visschen, als menze op de quetsure strykt, en een stukje rood-kooper daar overbind, maar als zy iemand in de oogen komt, zal men dezelve geduurig wasschen met Calappus-melk, en telkens zoetjes uitdrukken, want deze neemt de andere schadelyke melk aan haar, en voertze te gelyk uit.*

De kennisse van het bastaart Agel-hout, het welk men aan deze boomen vind, is voor het jaar 1665: aan onze Natie onbekent geweest, ja zelfs tot nog toe aan de meeste part van de Amboineezen. Maar als ik omtrent die tyd het ampt van Subalterne hooft over de kust van Hitoe by de tien jaren bekleede, en de eerste vyf jaren alzo schouw van dezen boom was, als de rest, is my in 't zelfde jaar dit hout eerstmaal getoont door Patti Cuhu *een Regent of Orangkay van het Hitoeëze Dorp* Ely, *een ervaren Man in de kennisse der planten, die my in dit werk veel geholpen heeft, waarom ik ook behoorlyk agt, zyne gedachtenisse alhier te zetten.*

Primo multum tædii devoravi, ut hocce investigarem & detegerem lignum ob memorata pericula & difficultates, quæ circa hanc arborem occurrunt, subeunda, fortuna autem mihi favebat, quum multæ mihi obvenirent arbores tam in Hitoes ora, quam in ipsi opposita regione Hoeamohel, quæ satis magna copia hoc suppeditant lignum; quam primum vero hoc vulgo innotuit, cito deficiebat illud, quum Æthiopes multa quotidie adhibeant suffimigia ac odorata olea, atque hocce ligno utebantur loco veri *Garo* seu Agallochi, quod parce admodum in hasce defertur regiones: Primo tempore magni etiam hoc faciebam lignum, dein vero comperiens multum sensim amittere de sua jucunditate, simul & minore illud habui in pretio, quandoquidem non valet, & inutile est, si diu adservetur.

Tam ex vetusto quam ex recenti hoc ligno oleum pingue & viscosum excoqui potest forma Terebinthinæ, sed quod magis nigricat & per descensum sequenti præparatur modo: Conscinde & discinde hoc lignum in parva frusta, irrora hæc aqua marina, & his inple vulgarem ollam terream, huic inpone patinam terream, quæ paulo latior est istius ollæ apertura, tali modo ut istius patinæ dorsum ollæ superficici seu aperturæ sit junctum, & oras obiter obtegat, prudenter hæc simul inverte & alii inpone patinæ paulo majori præcedenti, juncturas autem obvela cum viridibus Musæ foliis, quas obtura argilla, sed ubique tam leviter, ut oleum transire possit, inferiorem tum patinam terræ committe, ita ut olla comminuto ligno repleta promineat, supra hanc ignem exstrue, unde pingue sensim liquescit lignum, atque oleum suum emittit, quod per juncturas in inferiorem depluit patinam: post semi circiter horam omnia simul prudenter tolle, ita ut nulla arena vel terra in subjectam decidat patinam, in qua spissum, nigricans, & viscosum reperies oleum instar Terebinthinæ lentum & tenax, fumi spirans odorem, quem nunquam amittit. In olla ista inposita videbis carbones nigricantes ac semiexustum lignum, quæ abjice. Quum repeterem hunc progressum, lignum nulla irrorare volebam aqua, judicans fumosum hunc odorem inde fuisse ortum, præceptor autem meus, qui mihi hanc demonstrabat destillandi artem, *Iman Reti* dictus, qui Æthiopum flamen Boeronensis erat, aquam istam requiri admonebat, quoniam lignum alias flammam conciperet, nec ullum exhiberet oleum: Hocce modo ex omnibus lignis pinguibus, præsertim ex supra memorato *Lingoo* & *Salimuri*, olea exstrahi possunt, quod inquirendum restat.

Oleum hocce adhibetur, ad cunctas scabiei species & cutis sordes detergendas, externe illinitum, quum vero sit admodum viscosum, cum pauxillo Calappi oleo commiscendum & calefaciendum est. Sensim autem fit resinosum instar Terebinthinæ, viscositatem vero nunquam amittit.

Ex junioribus ramulis, ac tenuibus radicibus a cortice denudatis, dentiscalpia formantur, quibus dolentes punguntur dentes, Catharris repleti, ut humores effluant catharrosi; exurit autem quam maxime os.

Maturi ejus fructus in mare decidentes a Sardis, Cabelinis, similibusque minoribus piscibus comeduntur, quorum intestina abjicienda sunt, in quibus horum fructuum nuclei reperiuntur, eo quod amarum præbeant saporem; Si oleum supra descriptum deficiat, ejus loco rasura pinguis istius ligni adhibetur cum Calappi oleo mixta, qua scabies illinienda est.

Amboinenses hujus radices effodiunt oriente sole, ita autem, ne effodientis umbra radices tegat, has in septem minora conscindunt frusta, quæ corpori ingestant contra incantamenta & præstigias. Eadem hæc radix cum Zingibere contrita & illinita omnes curat manuum vel pedum phlegmonas. Ternatenses pingue terunt lignum supra porphyritim, & cum aqua mixtum propinant vel cum debili potu Araca contra Choleram & intestinorum tormina. Vidi Sinenses quoque hoc exhibere contra Asthma, ad quod vero utuntur suo *Garo*, *Timbion* dicto.

Sinenses & Malayenses cum peregrinos volunt decipere mercatores, ipsisque hoc *Garo-Laut* pro vero vendere *Calambaco*, tales eligunt nodos ac frusta, quæ cum vero certant *Calambaco* quoad colorem ac formam, hæc irrorant aqua rosarum, vel alia quavis odorata aqua, in quam rasura veri *Calambaci* fuit inmissa & mace-

Ik nam in 't eerste veel verdriets, om dit hout op te zoeken, en te leeren kennen, wegens de voornoemde moeyelykheid, en perykelen omtrent dezen boom uitteftaan, en ik had het geluk, dat ik juist doenmaals veele boomen aantrof, zo op de kuste van Hitoe, als het tegen over gelegene land van Hoeamohel, die dit hout in redelyke quantiteit uitgaven, maar zo haast wierd het niet bekent onder den gemeenen man, of het raakte haast op, om dat de Mooren met reukwerken en welriekende Olyen gedurig omgaan, en dit hout in plaats van opregt Garo *of Agelhout gebruiken, het welk in deze Eilanden zeer schaars gebragt word. Wy maakten dan in 't eerste mede wat werks daar van, maar namaals bevindende, dat het met verloop van jaren veel van zyn lieffelykheid verliest, heeft het ook veel van zyn agtinge verlooren, want het niet deugt om lange te bewaren.*

Zo wel uit het oude, als uit het versche hout, kan men een dikke kleverige Oly smelten, in de gedaante van Tarpentyn, doch swartachtig, het welk geschiet per descensum, aldus: Kapt en snyd het hout in kleine stukken, bevogtigt het met Zeewater, en vult daar mede een gemeene aarde pot, doet daar op een aarde schoteltje, het welk een bairtje breeder zy, dan de mond van de pot, en zodanig dat den rugge van de schootel in de mont van de pot kome, en aan de randen losselyk sluite. Stelpt dit zo met malkander om, in een ander schootel, die weder wat grooter zy, dan de voorige, en bewind de zamenvoeginge met groene bladeren van Pissang, strykt daar over wat kley, dog over al losselyk, dat 'er de Oly tusschen beide doorloopen kan, begraaft de onderste schootel in de aarde, dat de pot met het gekapte hout uitsteeke, daar op gy dan een vuur zult stooken, zo zal het vette hout beginnen te smelten, en zyn Oly van zig geven, dewelke tusschen de zamenvoeging in de onderste schootel loopt. Na omtrent een half uur, neemt alles zoetjes op, dat 'er geen zand, nog aarde in de onderste schootel valle, za zult gy in dezelve een dikke, swartachtige, en kleverige Oly vinden, zo vasthoudende, als tarpentyn, maar zeer rookachtig van reuk, die het ook noit verliest. In de bovenste pot vind gy een party swarte koolen, en half verbrand hout, 't welke weg smyt. Ik wilde het hout met geen water bevogtigen in het herdoen, om dat ik oordeelde den rookachtigen reuk daar van te komen, maar mynen Baas, die my dit distelleeren leerde, Iman Reti, *Moorsche Priester van Boero, vermaande my, dat zulks noodig was, om dat anderzints het hout in den brand zoude raken, en geen Oly geven. Op deze manier konde men uit allerley vette houten, inzonderheid van boven gemelde* Lingo *en* Salimuri, *een Oly krygen, 't welk nog te onderzoeken staat.*

Deze Oly werd gebruikt, om allerlei schurftheid en onzuiverheid des huids te verdryven, van buiten opgesmeert, doch dewyle het zeer kleverig is, moet men het met een weinig Calappus-Oly warm maken, en vermengen. Het word mettertyd harstachtig, als tarpentyn, maar zyne kleverigheid verliest het noit.

Uit de jonge takjes, en dunne wortelen van de schorsse ontbloot, maakt men tandestookers, waar mede men zeere tanden stookt, die met zinkingen beladen zyn, daar de vogtigheid dan uitloopt: doch het verbit den mond al vry wat.

Alle de rype vruchten in Zee vallende, werden van de Zardeynen, Cabelyntjes, en andere kleine Visschen gegeeten, welkers ingewand men dan moet weg smyten, daar men deze korrels in vind, alzoo het zelve bitter maken. Als men de voorschreve Oly niet heeft, kan men het schraapzel van het vette hout nemen, met Calappus-Oly mengen, en de schurftheid daar mede bestryken.

De Amboineezen graven de wortels uit met de opgaande Zonne, zodanig dat des gravers schaduwe niet over de wortel valle. Deze snydenze in zeven kleine stukken, en dragen die om het lyf, tegens alderhande tovery en beleesing. Dezelfde wortel met kleine Gember gevreven, en opgestreeken, geneest alle heete geswellen aan handen en voeten. De Ternatanen vryven het vette hout op een steen, en geven het met water of slappen Arack te drinken, tegens het hort, of snyding des ingewants. Ik heb het ook de Sineezen zien ingeven, tegens den korten aasem, gelyk zy met haar Timhion, *of opregt* Garo *doen.*

De Sineezen en Maleyers, willende de vreemde Kooplieden bedriegen, en dit Garo-Laut *voor opregte* Calambacq *verkoopen, verkiezen zodanige knoesten en stukken, die het opregte* Calambacq *aan coleur en fatzoen naast komen; deze bestrykenze met roozen, of ander welriekent water, daar in schraapzel van goed* Calambacq *geweekt is,*

macerata, dein hæc obvelant ſiccis Muſæ foliis, quæ per menſem adſervant in loco clauſo vel olla, tum hæc fruſta verum adquirunt *Calambaci* odorem ac formam.

Fraus tamen mox detegitur, ſi comburatur, vel ore maſticetur hoc lignum, quum odor & ſapor utriusque hujus ligni multum varient.

Verum eſt, utraque eſſe amara, ſi manducentur, *Calambaci* vero amarities ad Corticum Citri accedit ſaporem, grataque eſt, *Garo Laut* autem Abſynthium vel Aloën æmulatur.

Boeronenſes totos hujus arboris ramos comburunt circa arva ſua Oryza conſita, horumque fumo mures fugare volunt, qui magnum ipſis adferunt damnum: Quidam inter urendum folia arboris *Lolowaral* ſeu *Lolowaran* addunt, Boeronenſibus *Fatahu Beſaar* dictæ, quæ ſtrepitu ac ſtridore mures fugant: Baleyenſes ex albo hujus arboris ligno albos formant Cothurnos, quum lentum ac leve ſit, quos Magnates pedibus ſuis geſtant.

Si quis comperiat, ipſi viſum eſſe tenebricoſum tam fumo hujus ligni, quam aliorum odoratorum lignorum, oculos ſuos abluet cum liquore, qui ex calicibus *Globæ* exprimitur, quibus fructus inſident.

CAPUT TRIGESIMUM OCTAVUM.

Arbor Lactaria. Manga Brava.

Altera lactifera arbor a vulgo pro ſpecie ſilveſtris Mangæ habetur, nos potius ipſi peculiare tribuimus genus. Magnitudinem habet Mangæ, truncum gerens tenuiorem, virum plerumque craſſum cum cortice glabro, comam cæterum gerit quoque extenſam, ejus rami ſunt pingues, graves, fragiles, deorſum flexi, nigricante obducti cortice, nodoſi, acſi in articulos forent diviſi, adſcenſum negant ob fragilitatem, exceptis craſſiſſimis ramis.

Folia irregulari ordine arcte ſibi juncta locantur, Mangæque foliis ſimillima ſunt, ſed multo majora, octo nempe digitos vel decem plerumque longa, binos vel binos cum dimidio lata, in junioribus arboribus duodecim & tredecim longa, tres lata, flaccidiora autem magisque ſuccoſa ſunt Mangæ folia, ſuperiore parte latiſſima, in obtuſum apicem deſinentia, atque inferius ſenſim anguſtata. Horum coſtæ ac nervi albicant, oblique decurrunt, nec ita parallelæ ſunt ac in Mangæ foliis, ſcabie quaſi & verrucis obſeſſa videntur, quod fit a muſcarum ovis in illis latitantibus, quum decidunt, rubent inſtar Cancrorum coctorum.

Flos ex vagina provenit ex binis tenuibus foliolis compoſita, inferiorque floris pars ex ſtella quaſi conſtat, ex quinque anguſtis & læte virentibus petalis conſtructa, quæ pro peculiari haberetur flore, ex hujus autem centro verus erigitur flos longo tubo conſtans, & in quinque ampla & alba petala ſeſe aperiens, formam Narciſſi referens. Hujus petala ſunt flaccida, ſuperius ſubrotunda & lata, brevi reflexo apice conſtantia, uti & ipſa folia ſinuoſa ſunt, in illorum centro tubus quinquangularis & concavus apparet, oris conſtans rubris & dentatis, fimbriatus quaſi, ſine ullis ſtaminibus, odoris expers.

Poſt ſupremi floris lapſum fructus ex centro inferioris ſtellæ excreſcit, qui pomum eſt nunc rotundum, nunc ex oblongo ovale, magnitudine ſemi perfectæ Mangæ vel fructus *Condondong*, hic nempe in Amboina, in Macaſſara enim aliisque Occidentalibus inſulis duplo fere majores ſunt hi fructus, inſtar Granati nempe, externe glabri, pallide virentes, tenui pellicula tecti, ſub qua piloſa reconditur ſubſtantia ex craſſis ac lignoſis fibris conſtructa, quæ in ejus centro nucleum continet Pruni magnitudine & Caſtaneæ ſubſtantia, ſed pinguiorem & cibo ineptum, immo

is, daar na bewindenze die met drooge Piſſang-bladeren, en bewaren die een maand lang in een beſlooten plaats of pot, zo bekomen deze ſtukken een reuk en aanzien van opregt Calambacq.

Het bedrog werd echter datelyk ontdekt, als men 't brand, of in de mond kaauwt, want reuk en ſmaak veel van deze beide verſchillen.

Het is wel waar, datze alle beide bitter in de mond zyn, maar de bitterheid van 't Calambacq trekt na de Citroen-ſchillen, en is aangenamer, maar deze trekt na Alzem of Aloë.

De Boeroneezen branden de geheele takken van deze boom omtrent hare rysvelden, willende met dien rook alle muizen verjagen, die het gezaaide groote ſchade doen. Zommige ſmyten in het branden de bladeren van den boom Lolowaral *of* Lolowaran *daar by, by de Boeroneezen* Fatahu Beſaar *genaamt, dewelke met haar knerſſen en kraaken dezelve verjagen. De Baleyers maken uit het witte hout van dezen boom hare witte trippen, om dat het taai en ligt is, die de voornaamſte perzoonen aan hare voeten dragen.*

Als iemand bemerkt, dat hem het gezigt verdonkert is, zo wel door den rook van dit, als andere welriekende houten, die zal de oogen waſſen met de vogtigheid, die men uit de kolven van de Globa *drukt, daar de vrugten aanwaſſen.*

XXXVIII. HOOFTSTUK.

De wilde Manga-Boom, ofte het Melk-hout.

Den tweeden Melk-boom werd van den gemeenen man voor een zoorte van de wilde Mangas gehouden, maar wy willen hem liever zyn geſlagt op zig zelven laten houden: hy is in de grootte van een Mangas-boom, doch met een dunder ſtam, gemeenelyk een man dik, en een effene ſchorſſe, anders mede van een uitgebreide kruin, de takken zyn vet, ſwaar, bros, nederwaarts geboogen, met een ſwartachtige ſchorſſe bedekt, en wat geknopt, als in leden verdeelt, men kanze niet beklimmen, om datze zo ligt breeken, of men moet op de dikke takken ſtaan.

De bladeren ſtaan zonder order digt op malkander, en zyn de Mangas bladeren zeer gelyk, doch veel grooter, te weten, in 't gemeen acht en tien duimen lank, twee en derde-halven breed, aan de jonge boomen twaalf en dertien lank, drie breed, ſlapper en zappiger, dan de Mangas-bladeren, van vooren op het breedſt, met een ſtompe ſpits, en naar achteren allengskens toeſmallende. De ribben en zenuwen zyn witachtig, ſchuins, en zo evenwydig niet, als aan de Mangas-bladeren, zy zyn meeſt ſchurft van aanzien, en met vratten bezet, in dewelke Vliegen-eyers ſchuilen, alsze afvallen, werdenze vuur-root, als gekookte kreeften.

De bloeme komt uit een booze of ſcheede van twee dunne blaadjes gemaakt, en beſtaat het onderſte van de bloeme uit een ſterre, mede van vyf ſmalle en ligt-groene blaadjes gemaakt, dat men voor een byzonder bloem zoude aanzien, maar uit de midden van dezelve komt eerſt de regte bloeme voort, met een langen hals, en in vyf breede witte bladeren geopent, in de gedaante van een Narciſſus. Deze blaadjes zyn wat ſlap, van vooren rond, en breed, met een korte omgedraaide ſpitze, gelyk de bladeren zelfs wat bogtig ſtaan, in de midden ziet men een vyfhoekige holle pype, met roode kanten, die wat gekartelt zyn, als franjen, zonder eenige draaden in de midden, en zonder reuk.

Na het afvallen van de bovenſte bloem, waſt de vrugt uit het midden van de onderſte ſterre, zynde een Appel, zomtyds rond, zomtyds lankwerpig ovaal, in de grootte van een half volwaſſene Manga, of de vrucht Condondong, *te weten hier in Amboina: want op Macaſſer en andere Weſtelyker Eilanden werdze wel tweemaal zo groot, te weten, als een Granaat, van buiten glad, ligt-groen of bleek, met een dun huideken bekleed: daar onder leid een hairige ſubſtantie van grove en houtachtige draden gemaakt, dewelke in haar midden verbergen een witte beeſt, in de grootte van een Pruim, en ſubſtantie als Caſtanjen,* doch

mo noxium; a Malayensibus saltem & Portugallis funestus censetur, in hisce vero regionibus nihil aliud compertum est, nisi quod fructus hic seu nucleus inmaturus inprudenter comestus magnam adferat anxietatem.

Lignum est album, molle, & facile exsiccandum, in vetustioribus arboribus circa meditullium cinereum. Omnes hujus arboris partes, ubi etiam læsæ, copiosum fundunt lac, majori sane copia & tenuius quam in præcedente, unde non male haberi posset pro arborescente *Tithymali* genere, hoc tamen lac non ardet vel linguam mordet, sed fatuum est cum nauseosa amaritie mixtum.

Plurimum crescit in oris maritimis vel haud procul ab iis, ut & ad ripas fluminum in locis planis ac cœnosis. In paludosis vero locis ita luxuriat & crassescit instar crassissimæ Mangæ, multo majores proferens fructus ac folia quam supra descriptum fuit. Bini sæpe etiam fructus oppositi sunt tanquam testes in scroto, binis diversis nucleis constantes.

Maturi ejus fructus magna copia in litus projecti inveniuntur a pellicula exteriore denudati, ita ut nil nisi fibrosa substantia restet.

Nomen. Latine *Arbor Lactaria* ad distinctionem *Herbæ Lactariæ*, quæ est *Tithymalus*. Belgice *Melk-hout*. Portugallice & Malaice *Manga Brava*, & generali vocabulo *Caju Sussu*. Amboinice *Wabba* & *Wabbo*, in Hoeamohel *Yabbal* & *Obopaë*. Ternatice *Goro*, & *Gorogoro*. Macassarice *Lambuto*. Baleyice *Bintaro*, & *Sassuru Utan*. Quidam Malaice illam quoque vocant *Caju Gretje*, quod quidam pronunciant *Caju Gorita*. Male a quibusdam vocatur *Caju Matta Buta* seu *Blint-hout*.

Locus. Nota est hæc arbor per plurimam Indiæ partem, præsertim in magnis aquosæ Indiæ insulis, quæ æstuariis constant, & per quas magna decurrunt flumina; maximæ hujus speciei arbores in Macassara crescunt, uti putatur.

Usus. Licet huic arbori noxia adtribuatur vis, non tamen ita periculosa est, quin aliquid ingeri possit. Injuriam ipsi itaque faciunt, qui illam inter arbores excœcantes ponunt, haud enim compertum fuit oculis noxam adtulisse, quum ejus lac neutiquam sit adeo causticum & acre quam præcedentis, unde & Amboinensium quidam hujus recentia & juniora folia in olus coquunt & comedunt uti reliquarum herbarum, quod olus leniter alvum subducit, hoc tamen lac forti ac purganti valet vi, sed non fortiter operatur in biliosos, sed tantum pituitosos & aquosos evacuat humores.

Frusta corticis trunci adhibentur illarum arborum, quæ a mari distant, ad palmæ longitudinem, vel frustum radicis spithamam longum, abradatur ejus pars exterior rugosa, quæ abjicienda est, cætera pars usque ad ipsum lignum in tenuissimam radatur scobem, quam subige aqua junioris Calappi, transcola per linteum, ejusque lymphæ poculum ingere, ac mox Pinangam mastica contra nauseam, post binas horas sine molestia alvum commovebit & subducet, ita tamen, ut quis incedere, viamque prosequi possit; Dum autem hujus potionis satis magna copia ingerenda est, hinc quidam hanc rasuram præparant cum anatica aceti & aquæ portione, vel solo cum aceto debiliori, cujus binos cyathos, qui ad potum Thee in usu sunt, adsumunt, quod melius operatur, nec ita nauseosum est. Hoc Amboinensium vulgare & quotidianum est purgans, quod ab Europæorum familiis nunc etiam receptum & in usum vocatum est. Expertus tamen fui in quibusdam temperamentis parum operari, licet magnus ejus ingeratur haustus, e contra in aliis, qui minorem adsumpserant dosin, fortissime operatum fuisse, cujus caussa est; quod in quibusdam humores non ita sint præparati, nec tanta copia, quam in aliis. Si quidam velint bis terve alvum deponere, depuratæ radicis frustum sumunt, quod cum Pinanga masticant, ejusque deglutiunt succum. Juniorum arborum cortex non ita fortiter operationem suam exercet quam adultiorum: Sunt etiam quidam, qui non certam observant dosin, tantamque depurati corticis sumunt quantitatem, quanta ipsis lubet, quem cum aqua subigunt, cui Oryza incocta fuit. Interiores fructus nuclei, uti supra dictum fuit, noxii sunt hominibus & animalibus, crediturque, si magna ingeran-

doch vetter, tot eeten ganſch ondienſtelyk, ja zelfs ſchadelyk; immers by de Maleyers en Portugeezen werdze voor doodelyk gehouden, doch in deze landen heeft men niet anders bevonden, als dat de onrype vrucht of korrel onvoorzigtig gegeeten, een groote benauwtheid aanbrengt.

Het hout is wit, week, en ligt opdroogende, aan de oude boomen omtrent het hert aſch-graauw. Aan alle kanten daar men dezen boom quetſt, inzonderheid aan de takken, loopt 'er de melk overvloedig uit, immers rykelyker, en dunder, dan aan de voorgaande, daarom men niet qualyk oordeelen zoude, dat het een boomachtig geſlagte zy van Tythymalus, *echter is deze melk niet heet of ſcherp op de tonge, maar eer laf, en met een walgelyke bitterheid vermengt.*

Hy waſt meeſt aan de Zeekant, of niet ver daar van af, aan de oevers van de rivieren, daar het vlak en ſlykig is: In moeraſſige plaatzen word hy zo dik en woeſt, als de grootſte Mangas-boom, met veel grooter bladeren, en vruchten, als boven ſtaat. Men vind ook dikmaal twee vruchten tegens malkander gewaſſchen, als een Scrotum, *ook met twee bezondere korrels.*

De rype vruchten ziet men in meenigte langs den ſtrand opgeworpen, van de buitenſte huid gezuiverd, dat men 'er niets aanziet, als de draadige bolſter.

Naam. *In 't Latyn* Arbor Lactaria, *tot onderſcheid van de* Lactaria Herba, *'t welk is de* Tithymalus. *In 't Duits* Melk-hout. *Op 't Portugees en Maleyts* Manga Brava, *en in 't generaal* Caju Suſſu. *Op Amboins* Wabba *en* Wabbo, *op Hoeamohel* Yabbal *en* Ohopäe. *Op Ternaats* Goro *en* Gorogoro. *Op Macaſſers* Lambuto. *Op Baleys* Bintaro, *en* Saſſuru Utan, *zommige noemen 't ook in 't Maleyts* Caju Gretje, *'t welk zommige uitſpreeken* Caju Gorita, *qualyk werd het van zommige* Caju Matta Buta, *of* Blind-hout *genaamt.*

Plaats. *Het is bekend meeſt door geheel Ooſt-Indiën, inzonderheid op de groote Eilanden van Water-Indiën, die groote rivieren en moeraſſige voorlanden hebben. De grootſte vallen op Macaſſar, zo men meent.*

Gebruik. *Hoewel dezen boom een ſchadelyke kragt werd toegeſchreeven, zo is het nogtans zo zorgelyk niet, of men kan daar wat van in 't lyf neemen. Zy doen hem ook ongelyk, die hem onder de zoorten van Blind-hout reekenen, want men heeft gene ervaringe, dat hy de oogen heeft ſchade aangedaan, zynde hy lang zo heet en ſcherp van natuur niet, als de voorgaande, daarom zommige Amboineezen de jonge bladeren van dezen boom, als ander moeskruid, kooken en eeten, 't welk ſlegts een zagten kamergang maakt; de melk evenwel heeft nog al een ſterk purgerende kragt, doch taſt de galachtige humeuren niet zonderlyk aan, maar alleen de pituiteuze en wateragtige.*

Men neemt de ſtukken van de ſchorſſe des ſtams, die wat van de Zee afſtaat, een hand lank breed, of een ſtuk van de wortel een ſpan lank, ſchraapt het buitenſte ruige af, en ſmyt dat weg, de reſt tot het hout toe ſchrapt mede klein, en kneet dat in het water van de jonge Calappus, vringt het door een doek, en drinkt daar van een goed water-glas vol, ſtraks daar op een Pinang kauwende voor het walgen, zo zal het na een paar uuren zonder groote moleſtie den buik beroeren, en wakker afzetten, doch dat men daar by gaan en ſtaan kan. Dewyl men nu dit goedje in een groote meenigte moet inneemen, zo kneeden het zommige met half Azyn en water, of wel heel en al met ſlappen Azyn, en neemen daar van een paar Theekopjes vol in, 't welk beter werkt, en minder walging veroorzaakt. Dit is der Amboineezen gemeene en dagelykze purgatie, dewelke nu ook by de Europiaanſche familien aangenomen werd. Echter heb' ik ervaren, dat het in zommige Complexien weinig werkt, al wierd daar een grooten dronk van gedaan, en daar en tegen in minder quantiteit aan andere vry ſterk, waar van de oorzaak is, dat het de humeuren by de eene zo niet geprepareert, nog in zulke menigte vind, als by den anderen. Zommige willende maar twee a drie ſtoelgangen maken, nemen een ſtukje van de wortel ſchoongemaakt, en knouwen het zelve met Pinang, en ſwelgen het laatſte zap daar van in. De ſchorſſe van de jonge boomen werkt ook zo ſterk niet, als van de oude. Ook zynder, die geen zekere maat voorſchryven, nemende maar zo veel gezuiverde ſchorſſe, als hun zelfs goet dunkt, kneeden dezelve in water, daar reyſt in opgekookt is. De binnenſte korrels, als boven gezegt, zyn ſchadelyk voor menſchen en vee, en men gelooft, datze te veel gegeeten, dooden kunnen. Immers de Portugeeze Schryvers vermelden zulks van hare Manga Brava,

gelyk

rantur copia, mortem adferre; Portugallici saltem scriptores hoc narrant de sua *Manga Brava*, uti & alii plures mihi etiam indicarunt, in Occidentalibus Indiæ partibus multo magis nocere quam in Orientalibus insulis. Nihilominus tamen ex hisce nucleis ad solem exsiccatis exprimitur oleum haud magno labore, quod idoneum est ad lampades, multumque adhibetur in illum finem in Macassara: Pasta, ex qua Oleum expressum fuit, cum Gossypio mixta in Candelas formatur vulgo usitatas, sed gravem hæ fundunt odorem.

Ternatenses adeo timent hanc arborem, ac incolæ harum regionum præcedentem excæcantem arborem, nec placide sub illa sedebunt aut quiescent arbore, nec ejus lignum adhibebunt ad focum, ut quemdam cibum per hoc coquant, dicentes malignitatem inde contrahere, corpusque commovere, ejus vero lac illiniunt ictibus piscis *Sabandar*, quos curat.

Anno 1678 in Amboina ex hoc ligno carbones inceperunt exurere tenues & leves, qui apti sunt conficiendo pulveri pyrio, meliusque præparari possunt illis ex præcedenti ligno exustis, quum hujus arboris cæsio non ita sit periculosa ac prioris.

Hæc *Manga Brava* aliam terrestrem habet speciem, in apertis ac ventosis montibus crescentem, huic maxime similem, sed humiles hæ semper sunt arbores, foliaque multo sunt minora & angustiora, uti & flores ac fructus. Lac minori quoque effluit copia: Hujus autem usus nondum innotuit, quum raro occurrat. Plurimum illam inveni in nudis Hitoënsis regionis montibus, ex rubra argilla & acutis Corallinis lapidibus commixtis in illorum planitie.

Anno 1686 Litoreæ speciei lac compertum fuit, optime valere contra ictus *Ican Swangi*, qui in dulcibus vivit fluminibus, a quo Lariquensis quidam in pollice ictum acceperat, ita ut non tantum totum ejus intumesceret brachium, sed simul capitis vertiginem ac cordis anxietatem persentiret, quæ omnia evanescebant cum vulneris curatione, quam primum ipsi illineretur hoc lac.

Arbor hæc videtur descripta in *Horti Malabar. tom.* 1. *Fig.* 39. nomine Malabarico *Odallam*, Bracmanis *Uro*, tantumque parvum florum ac fructuum intercurrit discrimen, quod diverso regionum climati ac solo attribuendum est.

In *Rumphii Appendice* hæc inveniuntur.

Bintari fructus in Java sunt majores & rotundiores, tam qui in litore quam qui in ipsa crescunt regione, ex nucleis autem flavum & odoratum extrahitur oleum sequentem in modum. Maturos recipe nucleos, quos exsicca ad solem, dein contunde illos, & supra ignem excoque in pauca aquæ quantitate, uti ex *Minjac Djarac* id extrahitur, tum memoratum accipis oleum, quod calidum habetur, aliisque calidis mixtum oleis cum ferventibus quibusdam aromatibus illinitur artubus refrigeratis, cæterum nullum ibi adfert hæc arbor damnum.

In Macassara *Lamboetoe* vocatur, ubi & fructus majores sunt quam Amboinensium, nucleique in usu sunt ad oleum conficiendum, ejus vero folia sunt angustiora. Ibi ejus fructus decidui colliguntur, quorum putamen exterius computruit, remanente tantum tenui lignosaque pellicula, quæ nucleum ambit, ex quo oleum præparatur.

Tabula Octogesima Prima

Ramum exhibet arboris *Lactariæ*, quæ *Manga Brava* vulgo vocatur.

gelyk my ook andere meer berigt hebben, datze in de Westersche deelen van Indiën veel schadelyker is, dan in de Oosterlyke Eilanden. Niet te min maakt men uit dezelfste korrels, in de Zon gedroogt, en uitgeperst, een Oly, en dat met kleine moeite, 't welke bequaam is, om in de lamp te branden, en veel gebruikt werd op Macassar. Den deeg, daar uit den Oly geperst is, met kattoen gemengt, werd ook tot kaarssen gemaakt, by 't geringe volkje gebruikelyk, doch ruiken wat sterk.

De Ternatanen zyn zo bang voor dezen boom, als de Inlanders voor het voorgaande Blind-hout, zy zullen niet onder den boom zitten rusten, nog zyn hout gebruiken tot branden, om iets daar by te kooken, zeggende, dat de kost daar by een quaadaardigheid bekome, en in 't lyf beroerten maakt, doch de melk smeerenze op de steeken van den vis Sabandar, *om die te geneezen.*

In 't jaar 1678. *heeft men in Amboina van dit hout begonnen koolen te branden, die zeer fyn en ligt werden, en bequaam zyn tot het maaken van buskruit, ook gemakkelyker te prepareeren, als die van het voorgaande Blinthout, om dat 'er in het kappen van dit hout minder perykel is.*

Deze Manga Brava *heeft nog een land-zoorte, die op lugtige bergen wast, de voorgaande meest gelyk, doch het blyven kleine boomen. De bladeren zyn ook veel kleinder en smalder, als mede de bloemen en vruchten. De melk loopt 'er wat spaarzaam uit: Zyn verder gebruik is nog onbekent, want het werd weinig gevonden. Ik heb het meest gezien op kaale bergen van Hietoes land, van roode klei en scherpe kraal-steenen gemaakt, en daarze vlak zyn.*

Anno 1686. *is de melk van de strand zoorte bevonden treffelyk goed te zyn tegens de steeken van den* Ican Swangi, *die zig in zoete rivieren ophoud; waar van zeekere Inlander op Larique in zyn duim gestooken wierd, dat hem niet alleen den geheelen arm opswol, maar ook alreede draaying des hoofts, en benauwtheid des hertens gevoelde, dewelke terstond genas, zo draa hem deze melk op de wonde gesmeert wierde.*

Dezen boom schynt beschreeven te zyn in Hort. Malabar. tom. 1. Fig. 39. *onder den Malabaarzen naam* Odallam. *Op 't B*raminees Uro, *blyvende alleenlyk een klein verschil in de bloemen en vruchten, 't welk men de verscheidentheid der landen kan toeschryven.*

In de Appendix *van* Rumphius *werd dit 'er bygedaan.*

De vruchten van Bintaro *zyn op Java grooter en ronder, gemeen zo wel op strand als Landwaart in, uit de korrels werd een geel en welriekende Oly gehaalt op deze manier: Neemt de rype korrels, droogtze in de Zon, slootze klein, en kooktze over 't vuur met een weinig water, gelyk men met* Minjac Djarac *doet, zo hebt gy de voorschreeven Oly, dit werd gehouden voor heet, en onder andere warme Olyteiten gemengt, met nog eenige heete speceryen, werd over de verkoude leeden gesmeert, anders geen schadelykheid weet men aldaar van dezen boom.*

Op Macassar Lamboetoe *genaamt, alwaar de vruchten mede grooter zyn, dan aan 't Amboinsche, en de heesten mede gebruikelyk tot Oly, doch de bladeren vallen wel zo smal. Men neemt aldaar de afgevalle vruchten, waar aan de buitenste bolster meest vergaan is, blyvende maar een dunne houtachtige schaal, die den heest bekleet, waar uit men 't voornoemde Oly maakt.*

De een-en-tachtigste Plaat

Vertoont een Tak van de Melkgevende Boom, die *Manga Brava* by 't gemeen genaamt wert.

OBSERVATIO.

Mire variare videtur hæc arbor fructibus, quod non tantum ex *Rumphii* descriptione, sed ex collatis etiam figuris constat, quæ in *Horto Malabar.* apud *Rumphium*, in *Thesauro Meo Zeyl.* nec non apud *Petiver.* & *Freyerum* occurrunt, quæ inter se conferri possunt.

Hujus autem arboris, quæ potui invenire, Synonyma & auctores collegi in *Thesauro meo Zeyl. pag.* 151 & 152. quæ hic repetere superfluum duco; ejusque figuram exhibui *Tab.* 70. & mihi dicitur Manghas lactescens, foliis Nerii crassis, venosis, Jasmini flore, fructu Persicæ simili venenato, ubi vide descriptionem & observationes, quæ, ut lubenter fateor, confusæ quodammodo ibi sunt, in hac enim planta tricas inveni, ex quibus me expedire vix potui, præsertim seductus Synonymis, ac Rumphii figura & descriptione, quæ minime inter sese conveniunt, descriptio enim ejus cum illa *Odallam H. Malab.* figura convenit, Figura autem respondet illi, quæ in *H. Malab. part.* 1. *Tab* 46. exhibetur, & *Curutu Pala* ibi vocatur, uti ex illarum collatione statim elucescit. Odalla autem convenit cum figuris Petiveri, Freyeri, & Thes. Zeylanici, vocaturque *Cerbera* a *Linnæo* in *Char. pl. gen. No.* 178. ubi ejus Characteres latius examinari possunt. Curutu Pala jungitur a *Plukn. in Almag. pag.* 43. cum arbore Javanica Persicæ foliis *Herm. Cat. Mss.* & cum arbore Indica Mali Persici folio. *Hort. Beaum. pag.* 10.

AANMERKING.

Deze boom schynt wonderlyk te verschillen in zyne vruchten, het geen niet alleen blykt uit de beschryving van *Rumphius*, maar ook uit de figuren, die in de *Hortus Malabar.* by *Rumphius*, *Petiver*, *Freyer*, en in myn *Thes. Zeylan.* gevonden werden, dewelke met elkander vergeleken kunnen werden.

Van deeze boom heb ik verders de benamingen en Schryvers, die ik heb kunnen vinden, by een verzamelt in myn *Thes. Zeyl.* op *pag.* 151 en 152. welke hier weder aan te halen overtollig is, en de Figuur daar van heb ik op *Tab.* 70. gegeven, welke van my genaamt wert Melkdragende Manghas, met dikke bladen van het Nerium, de bloem van de Jasmyn, en de vrucht als een Persik, dog vergiftig, alwaar verders zie de beschryving en aanmerkingen, die daar wat geconfundeert zyn; want ik heb in deeze Plant eenige difficulteyt ontmoet, waar uit ik my naauwlyks heb kunnen redden, voornamentlyk misleidt zynde door de benamingen van anderen, en als ik de waarheidt zal zeggen, door de figuur en beschryving van *Rumphius* zelfs, die met elkander niet zeer over een komen, want zyn beschryving komt over een met die van de *Odalla* van de *Hortus Malabaricus*, en zyn figuur met de *Curutu-Pala* aldaar in het *eerste deel Tab.* 46. verbeelt, zo als dit uit de vergelyking der figuren ligt blykt. De *Odalla* derhalven komt over een met de Figuren van Petiver, Freyer, en die van de Thesaur. Zeylan. welke *Cerbera* van *Linnæus* genaamt wert in zyn *Char. pl gen. No.* 178. alwaar deszelfs kentekens verder kunnen onderzogt werden. De Curutu Pala wert van *Plukn. Almag. pag.* 43. gevoegt met de Javaansche boom met Persike bladt van *Herman* in zyn geschreeve Lyst, en met de Oost-Indische boom met een Persike bladt van de *Hortus Beaumont. pag.* 10.

CAPUT TRIGESIMUM NONUM.

Lignum Scholare. Pule.

Tertia hæc lactifera arbor peculiare sibi constituit genus a prioribus diversum. Satis crassum quoque gerit truncum, sed non altum, excepto si in silvis crescat, ubi non vexata excrescit & altiorem ac rotundiorem habet truncum, circa hominum vero ædes locata, ubi sæpius cæditur, decorticatur, ac disrumpitur, ejus truncus est crassus, humilis, rugoso, crasso, & fisso cortice obductus, qui hinc inde variis constat nodis. In silvis alatus est prope radicem, ac mox sese dividit in binos tresve majores ramos, qui eriguntur in altum, ejus autem coma aliquid peculiare habet, quo e longinquo ab aliis facile dignoscitur arboribus, est enim gemina, immo sæpe tripla, supremam Umbellæ partem referens, per peculiarem erectum ramum supra inferiorem ac reliquam latam comam sese elevantem.

Ramorum cortex glaber est & albicans. Junioribus ramis folia vicissim insident supra sese invicem, quatuor, quinque, vel sex in orbem simul posita, ac sex simul perfectum formant circulum, ex quo tres quatuorve novi simul progerminant ramuli, qui in summo vertice quinque sexve folia simul gerunt, in quorum centro apex brevis tanquam gemma locatur, qui autem pauciores gerunt radios, vel nondum completi sunt, vel partim decidui, unde & semper unum segmentum vacuum conspicitur.

Folia hæc maxime cum illis *Mangæ* conveniunt, ac irregularis sunt magnitudinis in uno eodemque circulo, palmam lata, quædam quatuor tantum pollices longa, ac binos lata, cum obtuso apice, firma, superiore parte glabra, inferiore plurimis parallelis costis seu protuberantibus striis pertexta, quorum apex deorsum flectitur, brevibus autem insident petiolis. In surculis hi circuli plures sibi invicem quasi incumbunt, qui in adultis arboribus, uti dictum fuit, sese dividunt per tres quatuorve longiores petiolos.

Flores in amplo & extenso racemo progerminant, qui Papajæ flores referunt, sed multo sunt minores, ac quisque flos componitur ex quinque sexve crassiusculis petalis albicantibus & extrorsum flexis tubulosis, quæ in centro suo tubum concavum formant, corona alba

XXXIX. HOOFTSTUK.

School-houdt.

De derde Melk-boom maakt mede een geslagt op zig zelven, van de beide voorgaande verschillende. Hy is mede redelyk dik van stam, doch niet hoog, behalven in 't wild: als hy ongemoeit opschiet, heeft hy een hooger en ronder stam, maar omtrent wooningen van menschen staande, daar hy dikwils gekapt, geschilt, en gebrooken werd, blyft hy dik, en laag van stam, met een ruige, dikke, en geborstene schorsse, hier en daar met knobbelen bezet. In 't wilt gewint hy ook vlerken by den wortel. Hy verdeelt zig straks in twee of drie hoofttakken, die regt over eind staan, en zyn kruin heeft iets byzonders, waar aan men hem van verre bekennen kan, want hy is dobbelt, en zomtyds drie dobbelt, gelykende het bovenste een Cuperzol, of Zonne-scherm, op een byzonder verheven tak, boven de onderste een bredere kruin uitsteekende.

De schorsse der takken is effen en witachtig. Aan de dunne takken nu staan de bladeren, ook met beurten boven malkander vier, vyf, en ses in een kring, te weten ses in een volkomen kring, waar uit drie en vier nieuwe takjes spruitende, op haar kruin vyf of zes bladeren dragend met een kort spitsje in de midden, en dewelke minder ribben hebben, zyn of nog niet uitgewasschen, ofte ten deele afgevallen, weshalven men altyd een hoek open ziet.

Zy gelyken meest de Mangas *bladeren, en zyn van ongelyke grootte, ook aan een en dezelve kring, een hand breed, zommige maar vier duimen lank, en twee breed, met een stompe spits, styf aan de bovenste zyde glad, van onderen met veele evenwydige ribben, of uitsteekende strepen doorreegen, met de spitze wat onderwaarts gebogen, en staan op korte steelen. Aan de jonge scheuten ziet men dezer kringen, zommigen boven malkander staan, maar aan de volwassene boomen verdeelenze haar, als gezegt is, in drie en vier andere steelen.*

Het bloeizel komt voort in een ydele en wyduitgebreide kroon of dolle, en gelykt het bloeizel van Papaja, doch is kleinder, zynde ieder gemaakt uit vyf of zes dikke bladjes, witachtig, en uitwaarts geboogen, op een halsken staande, in de midden vertoonenze een hol pypken, met

alba coronatum; haud ingrati ſed debilis odoris, hæc tamen arbor veſpertino tempore ſuum ſpargit odorem ad ictus jaculi diſtantiam, ita ut non certo conſtet, ubinam arbor ſit inveſtiganda: immo Baleyenſes credunt usque in cœlum ipſum penetrare hunc odorem, neſciunt autem adeo ſublime eſſe.

Fructus ſunt ſiliquæ longæ, anguſtæ, culmum craſſæ, plerumque rotundæ, binæ ſemper uno petiolo junctæ, a ſeſe invicem remotæ inſtar pedum hominum extenſorum, vel forcipis ruſtici: Horum parium bina ternave ſimul majori ac communi inſident petiolo, ac quinque talia, & ſupra hæc bina alia, inque ſummo bina ſimul locantur, quæ omnia totum conſtituunt racemum, qui hinc intricatus quaſi apparet. Siliquæ autem hæ ſunt parum incurvæ inſtar acinacis, externe pallide virentes & glabræ, ita ut pro longis petiolis haberentur; octo vel decem pollices longæ, intus vero repletæ ſunt alba & lacteſcente medulla, quæ concreſcit in ſemina tenuia, plana, ſiliquæ formam habentia, ſed magis oblonga & fere quadrata, ſuntque coronata pappo tenuiſſimo, albiſſimo, ſericeo, erecto. Semina hæc regulari ordine ſibi invicem oblique incumbunt inſtar abaculorum tectorum, ſi vero per maturitatem ſiliquæ ſeſe aperiant, ſemina hæc vento disjiciuntur, quod & obtinet in *Nummularia Lactea.*

Tota hæc arbor referta quoque eſt lacte albicante, quod magna exſtillat copia, ſi ejus juniores vulnerentur ramuli, vel folia abrumpantur.

Trunci cortex hoc itidem repletus eſt, ſed pauciore & ſpiſſiore. Lac ipſum amarum & ingratum præbet ſaporem, neutiquam vero linguam vellicans.

Flores profert ſiccis ſeu Occidentalibus anni temporibus, ſiliquas vero menſe Aprili. Ejus lignum eſt album, facile exſiccandum, tenue, molliſſimum, & albiſſimum omnium Amboinenſium lignorum, facileque elaborari poteſt ad opera ſcriniaria levia, uti apud nos Tiliæ lignum: ſed non diu durat, ac cito carioſum, & a vermibus exeſum eſt. Optimum vero colligitur ex radicum alis, quod cædendum eſt temporibus ſiccis & decreſcente luna.

Lignum hoc naturam habet vegetativam, faciliſſimeque plantari poteſt per ſtipites & ramos depactos, unde & ſepium poſtes ex his formantur, citiſſime excreſcentes in ingentes arbores, immo licet hujus ligni fruſta terræ incumbant, plures tamen emittant ramos. Loca amant ventoſa hæ arbores, uti campos, ſilvasque leves. Formicæ albæ, *Solot* dictæ, hanc inhabitant arborem, quæ ingentes in hac formant nidos inſtar matulæ. Tenues ejus radices ſunt amariſſimæ, ac cum cortice in re medica adhibentur, hic autem cortex ſæpe avellitur, qui cito tamen regeneratur, unde & adeo nodoſus eſt ejus truncus.

Nomen. Latine *Lignum Scholare*, Belgice *School-hout*, ob ſubſequentem ejus uſum. Malaice *Pule*, Ternatice *Hangi*, Macaſſarice *Rita.* Amboinice in Leytimora *Rite.* In Hitoe & Hoeamohel *Lite* & *Lyitohu.* Bandenſibus *Tewer.* In *Horto Malabarico tom.* 1. *Fig.* 45. Malabarice *Pela.* Braemanice *Santenu.*

Locus. In omnibus aquoſæ Indiæ inſulis nota eſt hæc arbor, & quantum dignoſcere potui ex aliorum relatu, etiam in India veteri.

Uſus. Ubi magna occurrit copia, craſſosque format truncos, ejus lignum in aſſeres ſecatur, ut & in trabes & coſtas, ex quibus exſtruuntur ædes, elegans hoc eſt & album, & in cameris ſonoram reddit vocem, ſed non diu durabile eſt, niſi per uſum obſervetur cædendi tempus ſupra memoratum, ædesque tales ſiccæ admodum ſunt ſervandæ. Vulgatiſſima vero, quæ ex hoc formantur, ſunt aſſercula pedem longa vel paulo magis, digitum craſſa, ab una parte topiario opere ornata, ubi & foramen excavatum eſt pro ſuſpenſione; hiſce pueri lectiones ſuas inſcribunt, & a magiſtris viciſſim illas in ſcriptis recipiunt, quas edoceri debent tam in Chriſtianorum, quam in Æthiopum ſcholis. Quod vero his inſcriptum eſt, expungi poteſt foliis *Ampelaceis*, donec tale aſſerculum priſtinam recuperaverit elegantiam & albedinem, quum de novo ipſi inſcribi poteſt, uti apud nos fit in palimpſeſtis, aſinorumque pellibus præparatis.

Javani & Malayenſes ciſtas ſuas aromaticas aliaque minora opera ſcriniaria ex hoc formant ligno. Ex latis

een wit kransken omgeven; niet onlieflyk; doch ſlap van reuk, evenwel in de avond-ſtonden na Zonnen ondergank verſpreid dezen boom zynen reuk wel een boog ſchoot om zig, dat men niet weet, waar men den boom vinden zal, ja de Baleyers gelooven, dat hy tot in den Hemel dringe, doch zy weten niet, dat die zo hoog is.

De vruchten zyn lange ſmalle houwen, in de dikte van een ſtroo-halm, meeſt rond, waar van twee en twee altyd by malkander ſtaan op een ſteeltje, van malkander geboogen, als geopende beenen, of een Boere Vork: Van deze paren ſtaan twee of drie op een andere groote ſteel, en diergelyke vyf boven die drie andere, en aan 't opperſte t'zamen twee in een kring, die de geheele dolle uitmaken, zo datze als in een verwerde bos hangen. Zy zyn wat krom, als een Sabel; van buiten ligt-groen, en effen, dat menze voor lange ſteelen zoude aanzien, acht en tien duimen lank, van binnen zynze gevult met een wit melkachtig merg, 't welk verandert in dunne platte zaden, den Dille gelyk, doch lankwerpiger, en bykans vierkant, welkers einden bekleed zyn met zeer dunne en ſpierwitte hairtjes, als de fynſte vlok-zyde, doch regt. Deze zaden leggen ordentelyk en ſchuins op malkander, als geſtapelde leyen, maar als de houwe van rypheid berſt, zo vervliegenze daar uit, en verſtuiven met den wind, gelyk men mede ziet van de Nummularia Lactea.

Dezen geheelen boom is ook vol witte melk, die daar rykelyk uitloopt, als men de jonge takken quetſt, of de bladeren afbreekt.

De ſchorſſe des ſtams heeftze ook, maar weiniger, en dikker. Deze melk is bitter, en onaangenaam van ſmaak, doch gantſch niet bytende of ſcherp op de tonge.

Hy bloeit in de de drooge of Weſte moeſſon, en de houwen ziet men in April. Het hout is wit, ligt opdroogent, fyn, het zagtſte en witſte van alle Amboinſche Boomhouten, en laat zig gemakkelyk bewerken tot allerhande ligt ſchrynwerk, gelyk by ons het Linden-hout: maar het is jammer, dat het niet durabel is, en zo ligt worm-ſteekig werd: Het beſte bekomt men uit de vlekken by de wortel, en dan moet men het nog al by droog weer, en een afgaande maan kappen.

Het is mede een groeizaam hout, en laat zig ligt verplanten met ſtokken en takken, daarom men paggar-ſtylen daar van maakt, die zeer licht opſchieten, en in korten tyd tot groote boomen werden; ja al leggenze de blokken op den grond, ſchieten echter met veele takken op. Zy waſſchen gaarn in lugtige plaatzen, als in de velden, en ydele boſſchen. De witte mieren (Solot *genaamt*) *woonen ook gaarn aan dezen boom, die 'er groote neſten aan maken, zo groot als een waterpot. De dunne wortelen zyn zeer bitter, en werden met de ſchorſſe in de medicyne gebruikt, de ſchorſſe werd hem dikwils afgetrokken, die in 't korte wederom aangroeit, en dat maakt hem zo knobbelig.*

Naam. *In 't Latyn* Lignum Scholare: *In 't Duitſch* School-hout, *na het volgende gebruik: Op Maleyts* Pule. *Op Ternaats* Hangi. *Op Macaſſaars* Rita. *Op Amboins op Leitimor* Rite. *Op Hitoe en Hoeamohel* Lite *en* Lyitohu. *Op Bandaas* Tewer, *in* Horto Malabarico tom. 1. Fig. 45. *hiet hy in 't Malabaars* Pala, *in 't Braminees* Santenu.

Plaats. *Hy is bekent in alle de Eilanden van Water-Indiën, en zo ik bemerken kan, uit het verhaal van andere, ook in oud Indiën.*

Gebruik. *Daar men hem in meenigte, en in dikke ſtammen heeft, word hy tot planken en ribben gezaagt, en de huizen daar van gemaakt, dewelke wel zeer net en wit zyn, ook in de kamers een klinkende ſtem maken, maar zyn niet durabel, of men moeſt de voornoemde preciſe tyd in 't kappen waarneemen, en die huizen mooi droog houden. Het gemeenſte, dat men daar van maakt, zyn zekere plankjes van een voet lank, of meer, en een vinger dik, aan 't eene eind met lofwerk uitgeſneeden, en een oog daar aan gemaakt, dat menze ophangen kan, daar op de ſchool-jongens leeren ſchryven, of van de meeſter haare leſſen in ſchrift ontfangen, dieze leeren zullen, zo wel in de Chriſtenen, als Mooren ſchoolen. Dit ſchrift kan men met de bladeren* Ampelaas *wederom uitvryven, tot dat het plankje wederom wit en zuiver word, en andere ſchrift ontfange, gelyk men hy ons met de leyen, en ezels huiden doet.*

De Javanen en Maleyers maken hare kruit-doosjes, en ander klein Schrynwerk daar van. Uit de breede vlerken

latis trunci alis mensæ minores ac crateres plani *Dulang* vocati fabricantur. Trunci segmenta adhibentur ad fulcra postium, Ternatensibus *Mabangi* dicta, quum radices in terram emittant, diuque virescant.

Cortex multas comprobatas possidet virtutes in arte Medica, cum succo enim acidorum Limonum & pauxillo salis contritus, cribratus, & propinatus, ventriculum depurat a pituitosa viscididitate, detergente sua & amaricante vi, ac perditum restituit adpetitum, sed ingratum præbet haustum. Hanc ob caussam rasura hujus corticis cum subsequente ligno venalis prostat in Sinensium cistis medicinalibus inter alia aromata, quæ ex Java adducuntur. Idem hic cortex cum aceto contritus tumidos curat ventres, (non vero obstructiones *Tekatu* vulgo dictas,) ex quibus putridæ oriuntur febres.

Idem quoque cortex cum illo *Ampaci* supra descripto, & succo Limonum acidorum contritus, ac oleribus inspersus omnes fugat vermes & erucas. Alii hunc conterunt corticem cum foliis *Klitsji* & *Sombong*, in pauxillo aquæ, propinantque contra febriculas lentas, & fere continuas. Tenues hujus radices cum Pinanga manducatæ, & deglutitæ spuriam tollunt Pleuritidem, omnesque pectoris & dorsi lancinationes. Interior cortex in aqua contritus & propinatus ventriculum & intestina corroborat. Hunc in finem multi ex Macassarensibus primores, contritum hunc corticem tam viridem quam siccum coctæ admiscent aliquando Oryzæ, aliisve cibis, quos simul comedunt, dicentes; corroborare ventriculum ac pingues reddere homines, quidam vero Malayenses & Javani ipsum hunc in finem adhibent lignum. Ternatenses hunc conterunt corticem cum aceto, quem contra febres propinant.

Arbor hæc quam maxime inimica est & opposita Macassarensi toxicariæ arbori, ita ut si ramulus vel folium illius in cameram adferatur, in qua venenum istius arboris pendet, ipsique submoveatur talis ramus, viribus penitus destitutum erit, quo modo autem cum foliorum petiolis venenum istud ex vulneribus, per tela hoc veneno infecta inflictis, sit extrahendum, vide infra in *Arbore Toxicaria*.

Hujus arboris lac instillatur vulneribus animalium vermibus repletis, unde emoriuntur hi & decidunt. Radices quoque adhibent ad nasi ulcus, *Roston* dictum, curandum, cum aliis medicamentis mixtas.

In quibusdam parvis insulis speciem hujus arboris inveni, quam putabam a vulgari diversam, ejus enim folia multo majora erant similiaque illis, quæ *Rex Amaroris* gerit, multoque lacte referta, forte est litorea *Pule* arbor, quam inveniebam in insula pusilla columbina seu *Hulo-Anan* dicta. Javani vaginas telorum suorum ex hoc quoque formant ligno.

Si quis ex alto lapsus vel contusus fit, atque inde magnas persentit lancinationes, ardoremque in interioribus partibus, hujus trunci corticem sumat, radicem cum uno alterove *Pule* folio, ac frustum tosti *Calappi* nuclei, hæc simul conterantur cum pauxillo aquæ, quorum succum exprime & inbibe. Depuratus Pule cortex cum dimidia aquæ & dimidia aceti parte obturatæ ollæ incoctus, addito Curcumæ frustulo, dimidia nuce Moschata, ac frusto Zingiberis contritæ, propinatur puerperis post partum non bene expurgatis. Idem hic cortex cum æquali aceti & aquæ parte contritus & assumptus tumidum emollit & minuit lienem, ac intestina depurat ab aquosis humoribus. Juniora ejus folia arundini Bambu cum aqua incocta, ac matutino tempore propinata, tam cito & tuto Beriberi seu Paralysin curat, ut non ultra binas doses repetere necesse sit.

N B. Inquirendum est, an arbor Ternatensibus *Bindaus* dicta, in Hoeamohel, *Mintäoſſa* vocata a præcedenti differat. Ejus enim folium erit instar illius *Pule*, ejusque lignum album & molle est, aptumque ad vaginas telorum.

Altera quoque arbor est *Poelo Batu* dicta, de qua vide *Libr.* 4. *cap.* 11. in *Cafasso Citrina*.

Tabula Octogesima Secunda

Ramum exhibet Ligni Scholaris, quod *Tabernamontana* foliis lanceolatis vocatur.

OBSER-

ken, maakt men kleine tafeltjes en boute platte bakken (Duiang *genaamt.*) *De mooten van den stam gebruikt men tot onderleggers van Paggers, by de Ternatanen* (Mahangi *genaamt*) *om datze wortels in de aarde schieten, en lang groen blyven.*

De schorsse beeft veele geprobeerde nuttigbeden in de medicyne, want met bet zap van eenige zure Limoenen, en een weinig zout gevreeven, doorgekleinst, en gedronken, zuivert de mage van pituiteuse slymerigheid, met zyne afvegende bitterheid, en brengt de verloore apetyd wederom, boewel bet wat moeyelyk inteneemen is. Om deze oorzaake ziet men de geraspte schorsse met bet naaste bout te kopp in der Sineezen kruid-doozen, onder andere speceryen, die men van Java brengt. Dezelfde schorsse met Azyn gevreeven, en gedronken, geneest de geswollen (niet Tekatu *in 't gemeen de koek genaamt) buiken, en daar uit ontstaane verrotte koortzen.*

Dezelfste schorsse met die van boven genoemde Ampac *en zap van zure Limoenen gevreeven, en op de moes-kruiden gestrooit, laat geen wormen of rupzen daar aan groeien. Andere vryven de schorsse met de bladeren van* Klitsji *en* Sombong *in een weinig water, en geven dat te drinken tegens de gestadige binnekoortzen. De dunne wortels met Pinang gekaauwt, en ingeswolgen, verdryven bet bastaart pleuris, en alderbande steeken in de borst en rugge. De binnenste schorsse in water gevreven, en gedronken, sterkt de maage, en bet ingewand. Tot den zelven einde bebben veele groote op Macassar een gebruik de gevreevene schorsse, zo groen, als droog, nu en dan in de gekookte ryst, of andere kost te mengen, en t'zamen te eeten, zeggende dat bet een gezonde mage, en den mensch vol-lyvig maken. Zommige Maleyers en Javanen gebruiken zelfs bet bout bier toe. De Ternatanen vryven de schorsse, en drinkenze met wat Azyn tegens de koortze.*

Dezen boom is een geweldigen vyand van bet Macassaarze spatten-gift, zodanig als men een takje of blaadje in een kamer brengt, daar bet voorschreeve gift bangt, en daar onder boud, zal bet zelve gantsch kragteloos worden. En boe men met de steeltjes der bladeren bet gift uit de wonden (van spatten gemaakt) trekken kan, ziet bier na in Arbor Toxicaria.

De melk doet men in de wonden van beesten, die vol wormen zyn, waar van zy sterven, en uitvallen. De wortelen gebruikenze ook, om bet gesweer in de neuze (Roston *genaamt*) *te geneezen, met meer andere dingen gemengt.*

Ik bebbe op zommige kleine Eilanden, een zoorte van dezen boom gevonden, dewelke my voorquam van de gemeene te verschillen, want de bladeren waren veel grooter, die van den Rex Amaroris *gelyk, en zeer vol melk, misschien is bet een strand* Pule. *Ik vondze op 't Duiven Eiland* Hulo-Anan. *De Javanen maken bare kris-scheden ook van dit bout.*

Als iemand gevallen, of gestooten is, en daar door groote steeken, en brand van binnen gevoeld, die nemen de schorsse van den stam, de wortel met een of twee bladeren van Pule, *en een stuk gebraden Calappus pit, vryft bet te zamen met een weinig water, drukt bet zap uit, en drinkt bet in. De schoongemakte schorsse van* Pule, *met balf water, balf Azyn, in een wel gestopte pot gekookt, daar by doende een stukje* Curcuma, *een balve Noote-musschaat, en een stuksken kleine Gember, geeft men te drinken aan Kraam-vrouwen, die na 't baren niet wel gezuivert zyn. Dezelfste schorsse, met balf Azyn, en zo veel water gevreeven, en ingenomen, doet de geswollen milt slinken, en zuivert bet ingewand van de waterzugtige bumeuren. Als mede de jonge bladeren in een Bamboes met water gekookt, 's morgens gedronken, geneest de Beriberi zoo spoedig, dat men boven twee Bamboezen dranks niet van doen beeft.*

NB. Te onderzoeken, of den boom by de Ternatanen Bindaus, *op Hoeamobel* Mintäoſſa *genaamt, van den voorgaanden verschille: Want by zal een blad bebben als* Pule, *een wit en week bout, bequaam tot kris-scheeden.*

Daar is nog een boom Poelo Batu *genaamt, waar van ziet* lib. 4. cap. 11. *in* Cafassus Citrina.

De twee-en-tachtigste Plaat

Vertoont een Tak van het School-hout, ofte de *Tabernamontana*, met lankwerpige blaaden.

AAN-

OBSERVATIO.

Ad arbores lactescentes siliquosas polyspermas floribus crateriformibus hanc arborem pertinere quisque facile videt, an vero ad Neria, Apocyna, vel similia sit reducenda, incertus diu fui, donec in *Plumierii* novis plantarum generibus invenirem genus *Tabernæmontana* ipsi dictum, cui hæc penitus respondet arbor, ipsique vocatur Tabernæmontana lactescens Citri foliis undulatis, & in *Horto Cliffort. pag* 76. Tabernæmontana foliis lanceolatis, & foliis oblongis splendentibus *ibidem. Houst*,

Quondam ad Neria a *Breynio* in *Prodrom.* 2. *pag.* 77. hæc arbor relata fuit, vocaturque ipsi Nerium lactescens Malabaricum maximum pentaphyllum, polyanthemum, flore minimo, racemoso, ex odorato viridi albicante, siliquis propendentibus longissimis. Nomine *Pala* in *Hort. Malab. tom.* 1. describitur, ubi *Tabula* 46. elegantissima ejus exhibetur icon. &c.

AANMERKING.

Dat deeze boom behoort tot de Melkgevende boomen met lange peulen, en veel zaaden en kelkvormige bloemen, kan ieder kundige licht zien, dog ik heb lang onzeker geweest tot welk geslagt, het zy tot de *Neria*, *Apocyna*, ofte diergelyken hy te brengen was, tot dat ik eindelyk in de nieuwe geslagten van Plumier vondt een geslagt, dat by hem *Tabernæmontana* genaamt wert, met het welk deze boom geheel overeenkomt, die van hem genaamt wert Melkgevende Tabernæmontana met bladen als de Citroen-boom dog omgevouwen en is de Tabernæmontana met lankwerpige bladen in de *Hortus Cliffort. pag.* 76. &c.

Voor deeze is deeze Boom tot de *Nerium* gebragt van *Breyne* in zyn *tweede Prodr. p.* 77. en wert van hem genaamt Malabaarsche Melkgevende Nerium met vygebladen en veel kleine trosachtige ruikende, groen-witte bloemen met zeer lange afhangende houwen; onder de naam van *Pala* komt ze voor in de *Hortus Malabar.* eerste deel *Tab.* 46. alwaar mede een fraaye figuur daar van gevonden wert.

CAPUT QUADRAGESIMUM.

Arbor Pinguis. Mamina.

POst priores magisque notas lactiferas arbores, quædam subsequuntur, quæ nullum quidem lac, sed viscosum fundunt succum, qui in certum adhibetur usum.

Arbor Pinguis mediocris & silvestris, arbor est raris constans ramis incurvis & extensis, quorum tenuiores sunt pingues, flexiles, ac simul fragiles. Folia sine ordine locantur, suntque vulgaris formæ, palmam & ultra longa, tres quatuorve digitos lata, ad oras ruditer dentata instar magnæ ligneæ serræ, dentes vero hi late distant nec profundi sunt, folia porro sunt glabra, firma, & pinguia, costis rarioribus transversalibus pertexta. Juniora autem folia sunt paulo majora, & flaccidiora, coloris ex fusco & obscure nigricantis mixti, adeoque glabra & splendentia, acsi oleo essent obducta. Singulum autem folium non directe e petiolo suo erigitur, sed prope ortum sinum format, unde & retrorsum flectitur.

Juniorum foliorum sapor primo est acidulus, dein amaricans, semper autem cum notabili adstrictione, unde detegitur ex contrariis constructa esse partibus, ac primo laxare, dein detergere, ac denuo adstringere.

Flores ex parvis rarisque dependent racemis plurimum muscosi, ex flavis constructi staminulis & tribus ambientibus brevibusque luteis petalis constantes, qui florem constituunt. Fructus rari itidem paucique simul dependent, ita ut unus alterve aliquando tantum excrescat & perfectus sit, suntque baccæ oblongæ Olivæ-formes, vel in hisce terris fructibus *Varingæ* majoris similes sunt, sed breviores & rotundiores, superius umbilicatæ, primo virides, dein luteæ, ac tandem rubentes. Externe autem hæ baccæ sunt obductæ carne viscosa, vix cultrum crassa, quæ, si incidatur, roseum rubentemque habet colorem, & crassum flavumque exsudat lac, sub hac lignosum reconditur putamen, rotundam efformans nucem in penitus maturis fructibus, externe nigram & rugosam, in qua nucleus reconditur uti in *Gnemonis* fructibus, viscosus, cinereusque, substantiam & colorem cocti renis referens.

Ex vulnerato hujus arboris cortice spissum, albicansque, sed rarum exstillat lac, quod mox flavum exsiccatur, & maxime viscosum est instar pigmenti, fatuum, & ingratum, ad linguam adstringens, quod si in glebam colligitur, in gummi condensatur obscure flavum. Lignum est molle, albicans, & inutile. Ad oras silvarum & in vallibus crescit, ut & in levi silva. In altis montibus raro occurrit, quæque ibi reperitur, semper altior excrescit & erectior, per ramos depactos transplantari potest, sed tarde progerminat.

XL. HOOFTSTUK.

De Vette-Boom.

NA *de voorgaande en meest bekende Melk-boomen, volgen nu zommige, die juist geen melk, maar een kleverigen zap uitgeven, den welken men tot iets gebruikt.*

Arbor Pinguis *is een middelmatigen en wilden boom, met weinige kromme en uitgebreide takken, waar van de dunnere vet zyn, buigzaam, en kort afbreekende. De bladeren staan zonder order, en zyn van gemeen fatzoen, een hand lank of meer, drie en vier vingers breed, aan de kanten grof getand, als een groote bout-zaag, doch de tanden staan wyd van malkander, en gaan niet diep in, glad, styf, en vet, met weinige dwersribben. De jonge bladeren zyn wat grooter, en slapper, van verwe bruin, met wat donker-groen gemengt, zo glad en glimmend, als ofze met Oly bestreeken waren. Het blad staat niet regt op zyn steel, maar altyd by zyn oorspronk een bogt hebbende, en dierhalven achterwaarts geboogen.*

De smaak aan de jonge is in 't eerst wat zuur, daar na bitter, doch doorgaans met een merkelyke zamentrekking, waar uit men merkt, datze van contrarie deelen gemaakt zyn, in 't eerst laxerende, daar na afvagende, en op 't laast adstringerende. De oude bladeren zyn malzoet, met een kleine zamentrekking.

Het bloeizel hangt aan kleine ydele trossen, meest mosachtig, en van geele draatjes gemaakt, omgeven van drie geele en korte blaadjes, die het bloempje maken. De vruchten hangen ook weinig by malkander, zomtyds aan het gebeele trosje niet meer, als een of twee tot perfectie komende. Dezelve zyn lankwerpige bezien, de Olyven gelyk, of hier te lande de vruchten van de groote Varinga, *doch korter en ronder, met een naveltje boven op, eerst groen, daar na geel, en ten laatsten rood. Van buiten zynze bekleed met een kleeverig vleesch, schaars een mes dik, rooze-rood, als men daar in snyd, een dikke geele melk uitsweetende, daar onder leid een houtachtige schaale, een rond nooteken makende, in de gebeele rype van buiten swart en rimpelig, daar in leid de beest, als in de vruchten van* Gnemon, *slymerig, graauwachtig van substantie en coleur, als een gekookte nier.*

Uit de gequetste schorsse van dezen boom druipt een dikachtige, witte, doch schaarsse melk, dewelke kort daar na geel, en zeer kleverig word, als vernis, laf, en onaangenaam, op de tonge mede zamentrekkende, ook veel in een klomp vergadert, besterft tot een donker-geel Gom. Het hout is week, witachtig, en onnut. Hy wast aan de kanten van de Bosschen in de valeyen, en onder het ligte kreupel-bosch. In 't hooge woud vind men hem zelden, en die daar wast, word veel hooger en regter van stam. Men kan het ook verplanten met stokken, doch komt langzaam op.

Hujus & altera occurrit species, quæ *Mamina Angustifolia* dici potest, quum minora gerit folia, quinque nempe sexve pollices longa, binos lata, crassa, firma, & rarius dentata, dulci sed nauseosa adstrictione prædita.

Flores quoque brevibus ac pusillis insident racemis, suntque plerumque capitula flava, ex plurimis flavis staminibus, ac tribus brevibus petalis constructa. Racemi ipsi flavescunt, nec ultra digiti articulum longi sunt, ex omni quoque parte sauciata exstillat spissum & album lac, quod flavescit, si siccum est, nec ita rufescit ac præcedentis.

Floret Januario, fructusque maturescunt pluviosis mensibus usque in Augustum, ac diutissime ex arbore dependent, antequam maturescant.

Nomen. Latine *Arbor Pinguis:* Malayense nomen ignotum est, Amboinice autem dicitur *Mamina*, i. e. pingue lignum, seu arbor pinguis ex pingui foliorum forma. Luhonensibus vocatur *Talabe.*

Locus. In omnibus occurrit Amboinensium insulis, an aliis nota sit populis, nondum cognovi.

Usus. Juniora hujus arboris fusca folia puerperis magno sunt in usu ad infantes expurgandos, sumunt enim hæc folia cum illis *Boa Rau-Utan*, aliique involvunt folio, quod sub cineribus ardentibus torrent, hisce affundunt succum Limonum acidorum, simulque exprimunt succum, quem tepidum infantum ori infundunt, unde hi leniter purgantur per secessum a primis excrementis seu meconio, simulque detergetur omnis linguæ, stomachi, & intestinorum pituita. Aliis quoque temporibus hoc medicamentum infantibus exhiberi potest, quum inquieti sunt, & alvo adstricta laborant, tam succus hic solus, quam foliorum decoctum, unde mox subducitur alvus, & pacate dormiunt: Vetusta folia huic operi inepta sunt, si autem ista non operentur folia, suppositorio ex Curcuma præparato succurrendum ipsis est. Mos hic per totam Amboinam mulierculis familiaris est, & in Europæis familiis etiam nunc obtinuit. In adultis hominibus hæc folia nullam habent vim purgantem, sed contra juniora hæc folia cum aliis comedi possunt cibis, uti cum Bocassan instar alius *Ulang Ulang.*

Amboinenses picturas suas obliniunt hujus arboris succo, sed plurimum ligneas, quod nos efficimus candida vernice, hæ autem lacte isto glabræ sunt ac splendentes, sed per lactis colorem flavescunt.

Quidam trunci corticem cum aqua conterunt, ejusque succum expressum tanquam leve purgans propinant pro adultis ac senibus. Alii Amboinenses hoc miscent lac cum illo præcedentis *Rite*, illisque utuntur loco vernicis vel pigmentorum ligno inservientium.

Interior nucleus delectationis gratia comedi potest, quum dulcis sit instar Nucum avellanarum.

Tabula Octogesima Tertia

Ramum exhibet Arboris Pinguis, ubi *Litt. A.* ejus fructum separatum, & majori forma expressum repræsentat.

Men vind nog een tweede zoorte hier van, dewelke men Mamina Angustifolia *mag noemen, want het heeft kleindere bladeren, te weeten, vyf en zes duimen lank, twee breed, dik, styf, ook wyd gezaagt, met een zoete en walglyke zamentrekking.*

Het bloeizel wast mede aan korte kleine trossen, en zyn meest geele knopjes, die bestaan uit veele geele draadjes, en drie korte blaadjes. De trosjes zyn geel, en niet boven een lidt lang, overal loopt 'er mede een dikke witte melk uit, die geel besterft, doch zo ros niet, als aan 't voorige.

Zy bloeid in January, de vruchten worden ryp in de regen-mousson, tot in Augustus toe, blyvende zeer lange aan den boom hangen, eer ze ryp worden.

Naam. *In 't Latyn* Arbor Pinguis, *den Maleytzen naam is nog onbekent. Op Amboins* Mamina, *dat is, vet-hout, of vette-boom, na de vette gedaante der bladeren. Op Lubonees* Talahe.

Plaats. *Men vind ze in alle Amboinsche Eilanden, of ze verder bekent zy, heb ik nog niet vernomen.*

Gebruik. *De jonge bruine bladeren van dezen boom zyn by de Kraam-vrouwen in groot gebruik, om de jonggeboorne kinderen van binnen te zuiveren; want zy neemen dezelve bladeren, met die van* Boa-Rau-Utan, *windenze in een ander blad, brandenze in de heete asch, als dan doenze wat zap van zuure Lemoenen daar over, vringen het t'zamen uit, en een weinig laauw gemaakt, gieten het de kinders in de mond, 't welk de kinders zuivert, door een zagten kamergang van de eerste en moederlyke Excrementen, met een van de tong, mage, en darmen alle slymerigheid afvagende. Men mag het ook op andere tyden alle kleine kinders ingeven, alsze onrustig en hardlyvig zyn, zo wel het zap alleene, als het Decoctum van de bladeren, waar vanze straks kamergang krygen, en tot rust komen. De oude bladeren zyn tot dit werk onbequaam, doch zo deze bladeren niet werken, moet men han met steekpillen van* Curcuma *te hulpe komen. Deze manier is door gants Amboina by de vrouwtjes gemeen, en werd nu ook in de Duitsche familien gebruikt: By oude menschen hebben deze bladeren geen purgerende kragt, maar ter contrarie kan men de jonge bladeren met Bocassan eeten, gelyk ander* Ulang Ulang.

De Amboineezen bestryken hare schilderyen met de melk van dezen boom, doch meest die op hout staan, gelyk wy met vernis doen, dewelke daar door wel glad, en glimmend werden, maar door de verwe van de melk wat geelachtig schynen.

Zommige vryven de schorsse des stams met water, en drinken den uitgedrukten zap tot een zagte purgatie voor oude lieden. Andere Amboineezen vermengen deze melk met die van de voorgaande Rite, *en gebruiken 't voor vernis, of alderhande houtverwen.*

De Binnenste korrel kan men voor plaizier ook eeten, want hy smaakt zoet, als Hazel-nooten.

De drie-en-tachtigste Plaat

Vertoont een Tak van de *Vette Boom*, alwaar Lett. A. een afgezonderde vrucht in grooter gedaante vertoont.

A

CAPUT QUADRAGESIMUM PRIMUM.

Adnotatio ad Guttam Cambodiæ.

EX relatu quorundam Maleyensium comperi, in Java quandam occurrere arborem, quæ magnam habet convenientiam cum præcedenti *Mamina*, ex qua flavus elicitur succus, quem pro una eademque habent cum *Gutta Cambodjæ*, ad hoc autem quidam periti Sinenses rogati, ex quanam nempe arbore vera *Gutta Cambodjæ* colligatur, hæc subsequentia responderunt, quæ tanquam adnotata hic proponere volui, ut aliis ulteriori inserviant disquisitioni.

Gutta Cambodjæ itaque, quæ in Pharmacopæis *Gitta Jemu*, *Gummi Gutta Gumba*, *geel Gom* &c. pluribusque aliis corruptis denominatur vocabulis, Sinensibus *Tin Uyn*, & Maleyensibus *Sari Luning* dicitur, ex magna colligitur lactescente arbore, in Cambodja crescente, neutiquam vero ex convolvulaceo frutice, uti quidam male adnotaverunt. Primum in certis recipitur foliis, magnisque glebis in corbiculis sibi invicem inponitur & inpingitur, ac sic porro per totam transfertur Indiam. Hinc a primis Maleyensibus vocabatur *Gitta* & *Gutta Cambodjæ*, h. e. gummi *Cambodiæ*, unde porro *Gutta Cambodjæ*, aliaque corrupta derivata sunt vocabula.

Quondam apud Sinenses in multo erat usu Medico, a quibus sine dubio aliæ nationes ejus usum edoctæ fuere, hodie autem apud illos extra usum est, quum inter purgandum nimis violenter moveat alvum, aliquando tamen illam adhibent talibus in hominibus, qui nimis pinguescunt ac macilentiores esse student, sequenti modo, recipe hujus semi-drachmam cum tota radice *Henbussek. à p. æq.* Oryzæ craterem aqua repletum, ac cyathum aceto plenum, hæc simul coque, ac instar potus Thee ebibe semel omni mense.

Maleyenses illam præscribunt magnitudine Amboinensis *Catjang*, seu pisi minoris cum quodam liquore, huicque superedunt paucam *Catsje* seu *Gitta Gambir*, quantitatem, ut nauseam ac subitum compescant vomitum. Apud nostram nationem in India Orientali degentem hodie optima ejus formula invenitur, magisterium nempe ejus, quod ex illa ope spiritus vini præparatur, & quod facile operatur per inferiora, nullum excitans vomitum.

Bontius libr. 6. cap. 57. scribit ita dictam *Guttam Gemu*, Malaice *Lowan Cambodja*, h. e. thus Cambodjæ provenire ex arbore, quæ specie, forma, & modo crescendi nullo modo differt (si nihil differt, ergo eadem est) a spinosa & lactescente planta, quæ ubique in Java crescit, ipsique loco citato *Esula* sive *Lathyrus Indica*, a nobis autem *Ligularia lactea* vocatur, quod hic æque ac nos ex relatione forte aliorum habuit, Zeylonenses saltem medici ipsi obloquentur, qui suam *Guttam Gemu* ex perfecta arbore, & non ex convolvulaceo frutice colligunt.

Bontius porro extractum suum laudat, seu potius gummi istius præparationem, quam sequenti componit modo: Recipe libram *Guttæ Gemu*, contunde grosso modo, vitreæ inpone lagenæ, cui affunde acetum forte ac destillatum ita, ut ad altitudinem trium digitorum supra gummi istud elevetur, lagenam hanc bene obturatam per octo dies Soli expone, dein per cribrum linteum filtra, & secundum artem in siccam exhalet massam; hujus dosis est a duodecim ad viginti grana, sive sicca sive in vino dissoluta & contrita, omnes malignos evacuat humores sine vomitu per secessum facilem.

Rumphii Appendix hisce auctus est.

Dum ante aliquot tempus exaudiveram, Europæos nostros in Zeylana & Coetschyn habitantes lacteum quendam succum collegisse ex quadam arbore, illumque habuisse pro vera *Gutta Cambodja*, hinc mihi adferri jussi folia, fructus, succumque hujus arboris siccatum anno

XLI. HOOFDSTUK.

Aantekening op de Cambodje Gom.

UYt het verhaal van zekere Maleyers heb ik bemerkt, dat op Java zekeren boom te vinden zy, dewelke groote gelykenisse heeft met de voorgaande Mamina, *en waar uit een geel zap gehaalt werd, dienze voor een en dezelfde aanzien met* Gutta Cambodjæ, *daar op eenige ervaren Sineezen ondervraagt zynde, van wat voor een boom de regte* Gutta Cambodiæ *kome, hebbe dit weinige tot narigt bekomen, 't welk ik maar tot een aantekening hebbe willen zetten, om voor andere tot nader onderzoek te dienen.*

De Gutta Cambodiæ *dan, dewelke in de Apotheeken* Gitta Jemu, Gummi Gutta Gumba, *geele Gom &c. en met meer andere bedorve namen genoemt werdt, is by de Sineezen* Tin Uyn, *en by de Maleyers* Sari Luning *genaamt, komt uit een groote melkachtige boom in Cambodja wasschende, en geenzints van een tou-gewas, of omslingerende beester, gelyk zommige voorgegeven hebben. Het werd eerst in zekere bladen ontfangen, met groote klonteren in korfjes op malkanderen gepakt, en voorts door geheel Indiën vervoert. Hier van wierd het by de eerste Maleyers genaamt* Gitta *of* Gutta Cambodiæ, *dat is, Gom van Cambodien, waar van verders* Gutta Cambodiæ, *en de andere monstereuze namen gekomen zyn.*

Het plagte eertyds by de Sineezen in groot gebruik te zyn in de Medicyne, van dewelke het ook buiten twyffel andere Natiën geleert hebben, maar hedensdaags is 't by hun lieden meest in onbruik gekomen, om dat het by 't purgeeren te groote gewelt in 't lyf doet, evenwel gebruikenze het nog zomtyds, en meest aan zodanige perzoonen, die overmatig vet zyn, en gaarn wat mager wilden werden, en dat dusdanig, neemt daar van een halve Dragma swaarte, met de geheele wortel Henhussek *even veel, een ryskom vol water, een Theekopje vol Azyn, kookt het t'zamen, en drinkt het als Thee, en dat alle maanden eens.*

De Maleyers geven dezelve, in de grootte van een Amboinsche Catjang of boontje, met eenige vogtigheid, en eeten daar op een weinig Catsjo of Gitta Gambir, *om het walgen of vroeg braken te beletten: By onze Natie in Oost-Indiën werd hedensdaags het gemakkelykste recept van dezen Gom gevonden. Het* Magisterium, *'t welk daar van met Brandewyn gemaakt werd, want het zelve werkt gemakkelyk van onderen, en veroorzaakt geen braken.*

Bontius lib. 6. cap. 57. *schryft, dat het zo genaamde* Gutta Gemu, *in 't Maleyts* Lowan Cambodja, *dat is wierook van Cambodja, komt uit een boom, aan weezen, gedaante, en manier van wasschen niets verschillende van de steekelige en melkachtige plante, overal op Java groeyende, by hem* loco citato Esula sive Lathyrus Indica, *en van ons* Ligularia lactea *genaamt, 't welk hy misschien, zo wel als wy, van hooren zeggen heeft. Immers de Ceylonsche medicyns zullen hem tegenspreeken, dewelke haar* Gutta Gemu *van een volslagen boom, en van geen slingerende beester halen.*

Voorts pryst Bontius *zyn* Extractum, *of veel meer de preparatie dezes Goms, 't welk hy op de volgende manier bereid: Neemt een pond* Gutta Gemu, *stoot het grosselyk, doet het in een glazen flessche, giet sterken gedistilleerden Azyn daar over, dat hy drie vingers hoog het zelve bedekke, 't welk wel gestopt, stelt in de Zon acht dagen lang, kleinst het daar na door een doek, en brengt het na de konst weder tot een drooge substantie, zyn dosis is van twaalf tot twintig grein, het zy droog, of gedissolveert in wyn gevreeven, purgeerende alle quade humeuren, zonder braaken, gemakkelyk door den kamergang.*

De Appendix *van* Rumphius *is vermeerdert met het volgende.*

Dewyl ik nu lang geboort hadde, dat onze Europianen op Ceilon en Coetschyn, een zekeren melkachtigen zap uit den boom gehaalt, voor 't opregte Gutta Cambodja *gebruikten, zo heb ik my de bladeren, vruchten, en gedroogden zap dezes booms Ao. 1693. laten brengen, waar aan*

anno 1693, ex quibus cognovi esse ex arbore, quæ Portugallis *Carcapoli*, *Curcas*, & *Cannacorca* vocatur, cujus fructus muria & saccharo conditi per totam Indiam deferuntur, ut loco Tamarindi usurpentur, hincque etiam *Tamarinjo Ceylon* vocantur. Ejus autem gummi adductum nihil minus referebat, quam flavum gummi seu *Guttam Cambodjæ*, sed forte genuinum non accepi, nam aquæ infusum nec liquescebat nec tincturam exhibebat, dentibusque contritum erat lentum instar *Gummi Ammoniaci*. De ejus tinctura nil quoque Baleyenses sciunt, quibus hæc arbor *Badongh* vocatur, cujusque fructus ibi potius quam Tamarindi usurpantur, estque arbor ibi altissima, plurimis gaudens ramis, quæ in areis & prope ædes crescit & colitur.

Apud *Christoph. Acostam* nulla tincturæ ejus vel gummi fit mentio. Nolo negare, eandem possidere virtutem purgantem ac *Gutta Cambodja*, sed tum decem forte tales lacteos succos enumerare possum hic in Amboina crescentes, qui vim quoque purgantem habent, an inde ergo *Gutta Cambodja* vocarentur, quænam hæc esset in re Botanica confusio?

aan ik bemerkte, datze waren van den boom by de Portugeezen Carcapoeli, Curcas, *en* Cannacorea *genaamt, waar van de ingeleide vruchten door gebeel Indiën vervoert werden. Om voor Tamaryn te gebruiken, en daarom ook Tamarinjo Ceilon bieten. Maar het stukje mede gebragte Gom werd niets minder bevonden, dan geele Gom, of* Gutta Cambodja *te zyn, of ik most het opregte niet bekomen hebben, want het wilde in 't water nog smelten nog verwen, en was onder de tanden taai, gelyk* Gummi Ammoniacum. *Zo is ook van het verwen by de Baliers niet bekent, alwaar dezen boom* Badong *hiet, en wiens vruchten aldaar liever dan Tamaryn gebruikt werden, werdende een zeer hoogen en wel getakten boom, in de erffen en by de huizen onderhouden.*

By Christoph. a Costa *is van het verwen nog van het gebruik des Goms ook niets vermelt. Ik wil niet ontkennen, dat het dezelfste purgerende kragt heeft, als* Gutta Cambodja, *maar dan kan ik wel 10 melk-zappen hier in Amboina toonen, dewelke mede purgerent zyn, en zoude men die alle Gutta Cambodja noemen, wat zoude dat voor een verwerring in de Kruydkunde geven.*

OBSERVATIO.

Gummi hoc *Cambogium* officin. a *Dale in Pharmacol* in *4to. pag.* 357. vocatur, qui varias de hujus gummi generatione recenset opiniones, nec non auctores, qui vario modo denominarunt ac descripserunt arbores, ex quibus colligi putant hoc gummi, quod variis ex locis adfertur, & in Zeylana regione itidem reperitur, ubi ab *Hermanno* fuit observata in arbore, quæ ipsi Arbore Indica *Gummi Guttam* fundens, fructu dulci rotundo, Cerasi magnitudine, *Carcapuli* Acostæ *Mus. Zeyl. pag.* 26. & *Thes. nostri Zeyl. pag.* 37. ubi varia hujus arboris collegi Synonyma cum descriptione ac viribus medicatis, &c. vide & *Commel. Fl. Malab. p.* 6.

AANMERKING.

Deeze Gom wert de *Cambogium* der Apotheeken genaamt van *S. Dale* in zyn *Pharmacol.* in *4to. pag.* 357. die verscheide gevoelens opgeeft over den oorspronk van deeze gom, en verscheide Schryvers aanhaalt, die op verscheide wyze beschreven en benaamt hebben de boomen, waar uit zy meenen dat deeze Gom vergadert wert, het welk uit verscheide plaatzen komt, en in Zeylon ook voorkomt, alwaar het van *Herman* ontdekt is in een boom, die hy noemt Oostindische boom, die het *Gummi Gutta* geeft, met ronde zoete vruchten als een kers in de grootte, in zyn *Mus. Zeyl. pag.* 26. en komt voor in onze *Thes. Zeyl. pag.* 37. alwaar ik verscheide benamingen en Schryvers van deze boom aangehaalt heb met deszelfs kragten en eigenschappen. Zie mede de *Fl. Malabaar* van *Casp. Commel.* op *pag.* 6.

CAPUT QUADRAGESIMUM SECUNDUM.

Adnotatio ad Sanguinem Draconis.

IN India mihi tres obvenere res, quæ pro *Sanguine Draconis* habentur, & omnes speciem sicci sanguinis, in duram compacti massam referunt, quæque ex sententia mea omnino inter sese differunt, ac forte etiam ab illo, qui in Europæorum Pharmacopæis sub illo nomine venalis prostat, suntque subsequentes: Prima Sanguinis Draconis species, sunt frusta in magnas ac parvas placentas formata. Secunda sunt capitula siccis foliis obvoluta. Tertia est mixta substantia forma pilei, sacchari conici, vel obtusorum conorum, atque hæ tres formæ in Orientali hac India compositæ sunt, & notæ Malaico nomine *Dierennang* seu *Diernang*, de quibus illa adnotabo, quæ ex relatu fide dignorum testium edoctus fui.

Prima itaque est vulgaris *Sanguis Draconis* ex binis diversis constans placentis, quarum una species in magnas rotundasque formata est placentas, pollicem vel binos digitos crassas, a semi usque in totum pedem latas, inæquales, externe nigricantes seu obscure fuscas, interne ex rubro purpurascentes, intermixto nigro colore, & splendentes, in quibus paleæ quædam seu lignorum ramenta apparent; carbonibus hæc massa inposita, gratum spirat odorem, fere instar *Benzoin*, magis autem ad *Styracem* accedit, unde a quibusdam Maleyensibus *Cominjan Mera*, h. e. *Benzoin rubra*, sed erronee vocatur, vera enim *Cominjan Mera* videtur species esse Benzois, pura & semi-pellucida instar succini rubri, sed magis rubet, carbonibusque inposita odorem spirat *Dammaræ Selanicæ*, nec chartas rubro tingit colore.

Altera species sunt quadratæ & parvæ placentæ, quinque vel sex digitos longæ, unum crassæ, irregulares & sinuosæ, externe quoque ex nigro fuscæ, interne maxime purpurascentes, puræ, nec ullis mix- tæ

XLII. HOOFTSTUK.

Aantekening op het Draaken-bloedt.

MY *zyn in Indiën drie dingen voorgekomen, die men voor* Sanguis Draconis, *of Draaken-bloed houd, alle drie in de gedaante van gedroogt bloet, en tot een harde massa gepakt, ook na myn gissing alle verschillende onder malkanderen, en misschien ook van 't geene men in de Europische Apotheken met die naam verkoopt, en zyn deze: Het eerste zyn stukken, in grootte en kleine koeken. Het tweede zyn kleine bolletjes, in drooge bladeren gewonden. Het derde is een gemengde substantie, in fatzoen van hoed-zuiker of stompe kegels, alle drie in Oost-Indiën gemaakt en bekent, met de Maleytsche naam* Dierennang *of* Diernang, *waar van ik zo veel zal aanteekenen, als ik uit 't verbaal van geloofwaardige getuigen geleert heb.*

I. *Het eerste dan is 't gemeene* Sanguis Draconis, *bestaande in tweederlei koeken, te weten het eene in groote ronde koeken, een duim of twee vingers dik, van een half tot een geheelen voet breed, doch niet effen, van buiten swart, of donker-bruin, van binnen rood-purper, met swart gemengt, en blinkende, daar onder men eenige stoppelen of spaanderen van hout ziet, op kolen welriekende, eenigzints als* Benjoin, *doch meest als* Styrax, *daarom het ook van zommige Maleyers* Cominjan Mera, *dat is, roode* Benjoin, *hoewel abusivelyk genaamt werd, want het regte* Cominjan Mera *schynt te zyn, uit 't geslagt van Benjoin, zuiver en halfdoorschynent, als donkere Bernsteen, doch ronder, op koolen riekt het als Dammar* Selan, *en verft geenzints het papier.*

Het andere zyn kleine en vierkante koeken, vyf en zes vingers lank, een dito dik, scheef, en hochtig, buiten mede swart-bruin, binnen hoog-purper, zuiver, en zonder vermenging van eenige stoppelen, op koolen mede wel-

tæ paleis, carbonibus inpositæ gratum quoque fundunt odorem, a præcedenti tamen diversum.

Secunda *Sanguinis Draconis* species, quam genuinam & veram puto, parva sunt capitula magnitudine Nucum avellanarum, siccis obvoluta foliis, tria vel quatuor simul juncta, externe obscure nigra seu nigricantia, interne ex purpureo rubentia, instar carnis fumo induratæ ac recenter secatæ, tenuis substantiæ, carbonibus inposita peculiarem dat odorem ex rubro Sandalo & Caryophyllis mixtum, a præcedentibus saltem omnino diversum, unde & concludo, utrosque illos succos ex diversis provenire & colligi arboribus, de quibus hic illa adnotabo, quæ ab aliis accepi, quorum fides sit penes illos relatores.

Prima itaque species, nescio autem, an sit magna vel parva, ex arbore colligitur, de qua varia etiam referunt. Quidam enim dicunt, arborem esse forma *Pandang Boubou* seu *Kekermoni*, ejus autem folia sunt breviora, glabriora, non spinosa, vel acuto dorso prædita, sed glabra & æqualia instar *Toxicariæ* arboris, nullos profert hæc arbor fructus, ejusque truncus multo crassior est illo Pinangæ arboris, corticem gerens glabrum, qui vulneratus, rubrum succum seu *Sanguinem Draconis* fundit, qui in foliis colligitur, & in Macassara *Djerenne* vocatur. Alii dicunt ex magna colligi arbore in Borneo copiose crescente, quam mihi dixerunt folia gerere multo majora illis *Mangæ*, quæque alta & extensa est arbor, ex cujus vulneribus primo exstillat succus liquidus, dein siccus, qui masticatus lentus est & tenax instar Masticхes, orisque salivam rubro tingit colore.

Tertia species ex arundine quadam magna, Rottang dicta, provenit, quam genuinam puto, uti mihi illud relatum est a testibus ocularibus, qui illam elaborarunt, in Sumatræ nempe ora Orientali species quædam est magna Rottangæ, qualis in Amboina quoque occurrit, quæ tali destituitur succo, vel præ ignorantia saltem non elicitur ex illa hic succus, infra autem describitur *libr.* 7. vocaturque *Palmyuncus Calapparius* seu *Rottang Calappæ*; ista itaque Rottang flagella emittit longa, brachium crassa, fructusque gerit paulo majores nostra Rottanga Calappa. In senectute sua mollem contrahit medullam seu cor, quod protractum cum fructibus contunditur, perque decem dies sibi relinquitur, ac dein coquitur: Ex superiore ejus parte tenuissimæ placentæ, ex inferiore crassissimæ præparantur ac formantur, quales in officinis venales prostant. Ab Atckina autem crescit usque ad Palimbangh.

Altera ejus species *Tsjukiet* dicta, ex minore colligitur arundinis Rottangæ specie, quæ brevibus ac copiosis constat geniculis, minorem digitum crassa, quatuor vel quinque ulnas longa in Banjermassingh crescens, componitur uti præcedentes, ac venditur in parvis capitulis.

Fructus ex Bantama mihi transmissi omnino conveniebant cum illis istius majoris Rottangæ, quæ infra *libr.* 7. occurrit, excepto quod paulo minores essent.

Nomen. Generali latino vocabulo rubri hi & condensati succi vocantur *Sanguis Draconis*, Belgice *Drakenbloedt*. Malaice *Djerennang* & *Djernang*, scribendum vero est *Gerennang*, Macassarice *Djerenne* & *Djerne*.

Primum vero genus cum binis suis diversis speciebus vocatur *Sanguis Draconis in Placentis*. Maleyensibus autem idem obtinet nomen. Sinensibus peculiariter dicitur *Hoy-Gjeck* seu *Hoyg-jet*, h. e. Sanguinis gutta.

Secunda species dicitur *Sanguis Draconis in Guttis*, licet in nostris Pharmacopæis aliquid simile etiam vendatur sub hoc nomine, quod ex Occidentali adfertur India. Ego autem voco Sanguinem Draconis in magnis & parvis globulis, in Macassara enim hujus globuli venduntur magnitudine Limonis Nipis, apud Maleyenses autem uti supra dictum fuit. Sinensibus hæc species dicitur peculiari nomine *Tsjug-jeck*, h. e. Sanguis Draconis, valoris lapidum pretiosorum.

Usus. Sanguis Draconis in placentis apud hosce incolas raro interne usurpatur, uti apud nos in Europa contra Hæmoptoen & Dysenteriam. Magnam vero speciem harum regionum incolæ miscent *Dupa* vel aliis suffimigiis uti Benzoin. Tenuiori specie tam in placentis quam in guttis utuntur Sinenses ad politum lignum

welriekende, doch van 't voorgaande wat verschillende.

2. *De tweede zoorte van* Sanguis Draconis, *dewelke ik voor zuiver en opregt houde, zyn kleine bolletjes, in de grootte van Hazelnooten, tusschen eenige drooge bladeren gebonden, drie en vier aan malkander hangende, buiten donker-rood, of swartachtig, van binnen purper-root, of als versch gesneeden gerookt vleesch, fyn van substantie, op koolen van een byzonderen reuk, te weten van rood Sandel, en nagelen gemengt, immers merkelyk van 't voorgaande verschillende, en daarom oordeel ik, dat beide deze zappen van diverse boomen komen, waar van ik hier zetten zal, het gene my van andere opgegeeven is, latende de verantwoordinge daar van voor de opgevers.*

De eerste zoorte, maar ik weet niet de kleine, of grote, komt van een boom, dewelke ook verscheiden opgegeeven word. Zommige zeggen, dat 't een boom zy van de gedaante als de Pandang Boubou *of* Kekermoni, *doch de bladeren zullen korter zyn, gladder, niet doornig, nog met een scherpen rug, maar even, als die van* Spatwortel, *zonder vruchten, de stam veel dikker, als een Pinang-boom, met een effen schorsse, die gequetst zynde het roode zap, of* Draaken-bloet *uitgeeft, het welk men in bladeren vergadert, en op Macassar* Djerenne *noemt. Andere dat het van een grooten boom kome, veel op Borneo wasschende, die zy my beschreven hebben met grooter bladeren, als die van* Manga, *hoog, en wyduitgebreid, uit deszelfs quetzuren druipende eerst als een week zap, daar na opdrogende, in het kaauwen taai, als Mastix, en het speegzel root verwende.*

De andere zoorte komt van een slag groote Rottang, het welk ik voor het waarschynelykste houde, het geen my ook opgegeeven is van ooggetuigen, die zelfs daar aan gewerkt hebben, namentlyk op Sumatras Oost-kust is een slag groote Rottang, diergelyke wy in Amboina ook hebben, doch diergelyke zap, of niet heeft, of door onkunde daar niet uitgetrokken werd, zynde hier na beschreeven lib. 7. *onder de naam van* Palmyuncus Calapparius, *of* Rottang Calappa. *Deze voornoemde Rottang dan is zeer lank van touw, en een arm dik, dragende vruchten wat grooter, dan onze Rottang Calappa. In de ouderdom gewintze een week hert, dat men uittrekken kan, het welk gestooten werd met de vruchten, en laat het tien dagen staan, dan kookt men het. Uit 't bovenste werden de fynste koeken, uit het onderste de grofste gemaakt, gelyk zy in de winkels te koop zyn. Zy groeit van Atckin af tot Palimbang.*

De tweede zoorte Tsjukiet, *komt van een slag kleine Rottang, vol korte leeden, een pink dik, vier a vyf vadems lank, groeyende op Banjermassing, werd gemaakt, als de voorgaande, en werd verkogt in kleine bollekens.*

De vruchten van Bantam my toegezonden, quamen teenemaal over een met die van de voorschreve groote Rottang, die hier na lib. 7. *te zien is, behalven dat zy een hairtje kleinder waren.*

Naam. *Den generalen naam van deze roode en gestolde zappen is in 't Latyn* Sanguis Draconis, *in 't Duits* Draaken-bloet. *In 't Maleyts* Djerennang *en* Djernang, *doch het regte schrift is* Gerennang, *op Macassar* Djerenne *en* Djerne.

Het eerste geslagt met zyn twee onderzoorten hiet Sanguis Draconis in Placentis, *dat is, Draaken-bloet in koeken, by de Maleyers behoudende de voorschreven namen. By de Sineezen hiet het in 't byzonder* Hoy-Gjek *of* Hoy-Gjet, *dat is, bloets drop.*

Het tweede geslagt hiet Sanguis Draconis in Guttis, *hoewel 'er in onze Apotheken ook iets met die naam verkogt werd, het welk uit het Westen komt. Ik noem het Draaken-bloet, in groote en kleine bolletjes, want op Macasser heeft men bolletjes daar van in de grootte van een Limoen Nipis, by de Maleyers als boven. By de Sineezen hiet dit in 't byzonder* Tsjug-Jek, *dat is, Draakenbloet, kostelyk, als Edel gesteente.*

Gebruik. *Draaken-bloet in koeken, werd by deze Inlanders zelden inwendig gebruikt, gelyk wy in Europa met het zelve doen tegens bloetspouwen, en de roodeloop. De groote zoorte gebruiken de Inlanders onder de* Dupa, *of ander reukwerk gemengt, gelyk den Benjuin. De fyne zoorte zo in koeken, als bolletjes, gebruiken de Sinee-*

lignum illo fricandum, donec incalescat, ac rubrum contrahat colorem, acsi vernice obductum esset, unde intense rubet, & fere nigricat.

Sinenses quoque norunt hujus granulis chartas fricare, donec Kermesinum, seu elegantem rubrum adquirat colorem, quæ ipsis in quotidiano est usu.

In oleo vel aqua si conteratur, elegans exhibet pigmentum rubrum, unde & multum adhibetur ad odorata olea, ut ipsis elegantem rubrumqne conciliet colorem. Macassarenses hoc succo sicca & glabra *Licualæ* folia obliniunt, quæ in inversa & calefacta siccant olla, ut pigmentum hoc foliis melius adhæreat, quæ dein ad volvellos Tabacarios adhibent, quum externe colorem gerant eleganter & intense purpureum, eodem quoque modo Papyrum seu chartas tingunt. Non multum tamen in usu est ad pigmentum lignarium, quum nimis caro constet pretio, & in Japana inter pretiosas numeretur mercaturas. Cultro in pulverem contritus hic Sanguis Draconis recentibus inspergitur vulneribus uti præcedens, ad sanguinem sistendum, vulnusque curandum.

Hinc sine dubio intelligenda est illa fabula, quæ in novis Indiæ Orientalis & Occidentalis Adnotationibus *Simonis de Vries* occurrit, qui in prima istius libri parte scribit, in India Orientali ex Rottangæ fructibus, (non distinguens ex quanam specie) pretiosum exprimi oleum, quod cuncta curat vulnera, ac præsertim illa, quæ Baculi arundinacei ictu infliguntur, dicens, in India quotidianam esse exercitationem omnibus in familiis, in quibus servi aluntur.

Tertia Sanguinis Draconis species in magnis formata frustis occurrit, instar saccharatorum conorum, sed minora sunt hæc frusta, constantia ex mixta substantia, quæ ex vulgari Sanguine Draconis & Rinocerotis sanguine componitur, cui multa sicca folia & paleæ admixtæ sunt, raroque invenitur, magisque læti coloris est hæc substantia quam vulgaris Sanguis Draconis, ut & magis friabilis, ac cognoscitur, si carbonibus inposita primo gratum fundat odorem, ac dein fœtorem det adusti sanguinis, a Sinensibus *Hoygjeck* quoque vocatur. Puto in Java hanc speciem componi; ac quodvis tale frustum binas pendet libras & ultra, ibique reali nummo constat, in China autem decem talibus nummis; in pulverem contunditur ac miscetur cum aqua vel Oleo, quod inde rubet. Idem quoque pulvis recentibus inspersus vulneribus, illa curat. Medici Sinenses illum quoque interne adhibent aliis mixtum simplicibus, contra asthma & inveteratam tussim, ex qua Phthysis oritur, ipsis *Lui-Seang* dictam. In desperata ac consummata Dysenteria hujus ultimæ sanguinis draconis speciei, Madjacaan seu Quercus gallarum, & vetustæ Pinangæ partes recipe æquales, bina ultima supra ignem sint tosta, donec in pulverem redigi possunt, uti primum ingrediens, hujus pulveris compositi quotidie cochlearis quantitatem ingere cum Oryzæ aqua mixti.

Alii quoque Sinenses *Sanguinem Draconis* in tres dividunt species, quarum prima & optima est *Tsjuckiet* dicta, quæ supra memorata secunda est species, in capitulis seu globulis collecta, quam dicunt esse gummi ex Rottangæ specie exsudans, plurimumque crescit in Banjar Massingh.

Secunda species est *Sanguis Draconis Vulgaris*, in placentis instar minoris patinæ formata, peculiari nomine vocata *Hoygjeck* seu *Hoygjet*.

Tertia & vilissima est *Tsjaukiet*, quæ sordida seu inpura est, nigricans, ligno ac paleis commixta, utriusque has ultimas species dicunt ex magna provenire arbore, in Sumatra crescente, quæ in Palimbangh plurimum venales adferuntur. Tertiam autem istam speciem inter illas non numerant, quum sit factitia, quam vocant *Hoygjec*.

Sunt quidam, qui præter memoratas jam species ad Sanguinem Draconis quoque referunt multos alios condensatos succos, uti supra in capite *Lingoi* id innuimus. Sic *Herbertus de Jager* in certis ad me datis litteris scribit, ex arbore ligni Caliatourensis, ex quo rubrum suum vult colligi Sandalum, uti supra *libr.* 2. id videri potest, Sanguinem Draconis itidem colligi, quum vero hi aliique rubri succi ab usuali Sanguine Draconis, qui hic in India usurpatur, nimium differant, inutile duco illos ulterius describere, præsertim quum

Sineezen, om 't glad geschaafde houtwerk daar mede te vryven, tot dat het warm werd, om 't zelve een roode couleur te geven, als of 't verlakt was, hoog-root, en swartachtig.

Zo weten ook de Sineezen met de bolletjes het Pampier te vryven, dat het Carmosyn of schoon hoog rood werd, 't welk by haar in dagelyks gebruik is.

In Oly of water gevreeven, geeft een schoone roode verwe van zig, daarom het ook veel gebruikt werd by de welriekende Olyen, om dezelve een aangename roodigheid te geven. De Macassaren gebruiken het, om gedroogde en gladde bladeren van Licuala *daar mede te bestryken, die zy ze dan op een omgekeerden en heet gemaakten pot houden, tot dat de verwe ter degen aan de bladeren kleve, die zy daar na tot hare Bonckos, dat is Tabacksrolletjes gebruiken, om dat zy schoon hoog-purper van buiten zyn. Op dezelfste manier konnen zy ook het Papier verwen. Het werd echter niet veel gebruikt tot hout verwen, om dat het te duur, en in Japan een groote Koopmanschap is. Met een mes tot poeder gevreven, strooid men het in de versche wonden, gelyk het voorgaande, om het bloet te stelpen en te genezen.*

Hier van moet men buiten twyffel verstaan dat klugtig praatje, het welk men in de nieuwe rommel, zo genaamt, Oost en West-Indische aanteekeningen van Simon de Vries *vind, dewelke in zyn eerste deel ter nederstelt, dat men in Oost-Indiën uit de Rottangs vruchten (zonder te zeggen van wat zoorte) een kostelyke Oly persse, waar mede men alderhande wonden geneest, inzonderheid die geene, die door 't slaan met een Rottang gemaakt werden, het welk hy zegt in Indiën een dagelykze oeffening te zyn in alle huishoudingen, daar men slaven heeft.*

De derde zoorte van 't Draaken-bloet, komt in groote stukken geformeert, als zuiker-brooden, doch kleinder, en 't is een gemengde substantie van den zap des gemeenen Draken-bloeds, met 't bloet van Rhinossers gemengt, waar onder veele drooge bladeren en stoppelen loopen, en is weinig te vinden, ligter-rood van coleur, dan het gemeene Draaken-bloet, ook bryzeliger, en zyn proef is, dat het op koolen gelegt, eerst wat welrieke, daar na stinkt als gebrant bloet, het hiet mede by de Sineezen Hoygjeck. *Ik meende dat het op Java gemaakt werd, wegende een geheel stuk twee pond of meer, en geld aldaar een reaal, maar in Sina wel tien, men stoot het tot poeder, en mengt het in water of Oly, het welk mede root verft. Het zelfste op versche wonden gestrooit, geneest dezelve. De Sineeze Medicyns hebben 't ook in gebruik, om in 't lyf te geven, onder andere Simplicia, tegens het hygen, en ouden hoest, daar de teering afkomt, by hun* Lui Seang *genaamt. In een oude en desperate Roode-loop neemt van dit laatste Draaken-bloet, Madjacaan of Galnooten, en oude Pinang, van elk even veel. De twee laatste roost over 't vuur, tot dat menze in poeder brengen kan, gelyk ook 't eerste, neemt daar van dagelyks een lepel vol in met Candsi of ryst water.*

Andere Sineezen verdeelen de Sanguis Draconis *ook in drie zoorten, het eerste en beste is* Tsjuckiet, *zynde de bovengenoemde tweede zoorte in bolletjes bestaande, 't welk zy mede zeggen een Gom te zyn, uit een slag van Rottang sweetende, en valt meest op Banjar Massing.*

De tweede zoorte is de gemeene Sanguis Draconis *in koeken, als een Piering of schootelke geformeert, eigentlyk genaamt* Hoygjeck *of* Hoygjet.

De derde en slegtste is Tsjaukiet, *vuil, swart, met hout en stoppelen, deze beide laatste zoorten zeggenze uit een groote boom te komen, op Sumatra wasschende, en werden tot Palimbang meest te koop gebragt. Doch de voornoemde derde zoorte reekenze daar niet onder, dewyl het een gemaakt ding is, en noemenze mede* Hoygjec.

Daar zyn 'er, die behalven de bovenstaande zoorten mede onder Draaken-bloet reekenen, veele andere gestolde zappen, gelyk wy hier boven in 't Kapittel van Lingoo *gezegt hebben. Zo schryft Monsr.* Herbertus de Jager *ook in zeker brief aan my, dat uit den boom van het Caliatoer-hout, waar van hy zyn root-Sandel haalt, gelyk boven* lib. 2. *te zien is, mede een Draaken-bloet getrokken werde, doch dewyl deze en andere roode zappen van het in gebruik zynde Draaken-bloet, dat wy hier in Indiën hebben, te veel verschillen, zo acht ik het niet raadzaam dezelve bree-*

quum alienus sum ab illo more, quo diversas penitus res colore & sapore quodammodo convenientes sub idem redigant genus, eandemque inponant denominationem, quæ proxima est via, qua omnia confunduntur, quæque contraria est Philosophorum normæ & proverbio, *qui bene* nempe *distinguit*, *bene docet*.

Hæc sunt quæ, lectoribus si grata, commentari volebam de *Sanguine Draconis*, cujus ansam mihi præbuerunt illa, quæ supra commemoravi, quasdam nempe hic in Amboina reperiri plantas seu arbores, quæ cum *Arbore Draconis* quandam habent convenientiam, quales nempe infra *libr*. 6. *cap*. 40. nomine *Terminalis*. & *libr*. 7. *cap*. 50. *Palmyunci* titulo occurrunt & describuntur.

OBSERVATIO.

Variis ex plantis & arboribus *Sanguinem Draconis* colligi, ex *Rumphii* adnotatis constat, qui autem ex arundinis specie præparatur, est illa, quæ Arundo farcta Indica officin. a *Samuele Dale Pharmac*. in *4to*. *pag*. 29. vocatur, & est Arundo farcta Indiæ Orientalis Sanguinem Draconis fundens *Moris*. *hist*. *Oxon*. *tom*. 3. *p*. 220. & *Ray*. *hist*. *tom*. 3. *p*. 615. de qua inveni adnotata, quod modus rubram hanc materiam colligendi sit, si fructus in aqua calida macerentur, donec materia illa rubra in fundo vasis subsideat, unde aqua vel evaporata vel effusa concretus ex fundo vasis colligitur seu condensatus succus, ex quo vernix componitur, qua cistæ & pixides obduci a Sinensibus solent.

Dein Palma foliis & caudice undique spinis longis acutissimis nigris armata D. *Scherard Dsjerenang* dicta, i. e. Sanguis Draconis, ex fructibus Palmæ coniferæ spinosæ elicitus *Kemph*. *Amœnitat*. *exot*. *p*. 552. estque Palma Sanguinem Draconis fundens altera *S*. *Dale Pharmacol*. *4to*. *p*. 297. ubi ex tribus inprimis Palmæ hujus speciebus succum colligi scribit, quæ a *Pomet*. in *histor*. *simplicium* etiam recensentur.

Est & alia Sanguinem Draconis fundens Palma a *J*. *Commel*. *in Hort*. *Amst*. *part*. 1. *p*. 261. proposita & descripta, quæ Arbor Draconis a *Sam*. *Dale p*. 297. vocatur, & cum citatis auctoribus ac usu medico ulterius ibi proponitur, ubi reliqua videnda.

Arundo ipsa, ex qua juxta *Rumphium* hic *Sanguis Draconis* colligitur, in *Valent*. *Amboinæ descript*. *pag*. 218 occurrit, & in Tabula sub *No*. XLIX exhibetur. De *Sanguine Draconis* ejusque speciebus, ut & de factitio vide *Valent*. *Histor*. *Simpl*. *reform*. a *pag*. 265 ad *pag*. 269 & *Epist*. 2. *pag*. 385. & *ibidem pag*. 609 & *seq*. *Joh*. *Ochsu* dissertationem de *Sanguine Draconis*. & *Ray Append*. *tom* 3. *pag*. 65.

LACTARIA SALUBRIS: seu UPAS LACKI LACKI in *Rumphii Appendice* sequenti describitur modo, quam in antecedentis locum substitui vult *Rumphius*, unde eam hic subjungimus.

Cum supra descripta *Arbore Lactaria* hæc arbor tantam habet similitudinem, ut plurimi harum regionum incolæ hanc cum illa pro una eademque habeant, ac eo magis, quum raro hæc occurrat. Vulgarem volui inflectere viam, vocavique illam *Lactariam salubrem*, quæ primum mihi innotuit per Corre Corre iter anno 1693. Formam habet *Arboris Lactariæ* seu *Mangæ Bravæ*, quum truncum gerat brevem & crassum, glabro obductum cortice, ex viridi & cinereo variegato.

Folia bina sibi invicem opposita, in ramorum vero extremo quatuor simul locantur, suntque similia illis Bintangor, sed paulo latiora, crassiora, & rugosiora, septem, octo, & decem pollices longa, binos transversales digitos lata, superius subrotunda, & parum bifida, subtus gerunt plurimas subtiles costas, sed non ita adunatas ac in Bintangor foliis, quarum inferiores parallelæ sunt, superiores vero sinuosæ decurrunt, omnesque terminantur in oras sinuosas. Folium ipsum parum inflexum est instar scutellæ vel cymbæ, superius gibbosum & glabrum.

Flores

breeder te beschryven, te meer terwyl ik een afkeer heb van die manier, dat men verscheide dingen, die in coleur en smaak malkander zo wat gelyken, onder een geslagt en benaming zal brengen, en strydig tegens den regel der Philosophen, namentlyk die wel onderscheidt, die wel leert.

Dit is het gene, dat den Leezer zal gelieven voor lief te nemen, het welk ik van Sanguis Draconis *berigten kan, zynde my aanleiding gegeeven iets daar van te melden, om dat ik, als boven gezegt, eenige planten hier in Amboina gevonden hebbe, die met de* Draaken-boom *eenige overeenkomst hebben, en hier na* lib. 6. cap. 40. *beschreeven werden onder den* Titul *van* Torminalis *en* lib. 7. cap. 50. *van* Palmyuncus.

AANMERKING.

Dat uit verscheide gewassen en boomen het *Draaken-bloet* vergadert werd, blykt uit de aantekeningen van *Rumphius*, dog dewelke uit een zoort van riet vergadert werd, is dat zoort, het welk de *Arundo Farcta Indica* genaamt werd van *Sam*. *Dale* in zyn *Pharmac*. in *4to*. *pag*. 29. en is de Arundo Farcta Indica Orientalis Sanguinem Draconis fundens van *Moris* in zyn *Histor*. *Oxon*. *tom*. 3. *p*. 220. en van *Ray* in zyn *Histor*. *tom*. 3. *p*. 615., waar van ik aangetekent vind, dat de manier om dit roode zap te vergaderen is, datze de vrugte in warm water laten weken, tot dat de roode stof, daar van op de bodem van het vat valt, waar van dan het water afgegoten ofte uitgewasemt zynde, het zelve vergadert werd op de bodem van het vat, en van deszelfs gestolde zap een vernis gemaakt werd, waar mede de doozen en kasten gevernist werden van de Sineezen.

Ten tweede de *Palm*-boom met bladen, en zyn stam over al steekende van *Scherard*, die *Dsjerenang* genaamt werd, dat is, Draken-bloet, komt ook uit de vruchten van een doornachtige Palm-boom by *Kæmph*. in zyn *Amœnit*. *exotic*. *p*. 552 beschreeven, en is de tweede Palm-boom, die Drake-bloet geeft, van *Dale* in zyn *Pharmac*. *p*. 297. alwaar hy zegt dat uit drie zoorten van de Palm-boom zo een vrugt vergadert werd, dewelke van *Pomet* in zyn *Histor*. de *Drogues* ook vermeldt werden.

Daar is nog een andere Palm-boom Drakenbloet gevende van *Joh*. *Commel* in het eerste deel van de *Amsterd*. *Thuin p*. 261. beschreeven, die Draken-boom van *Sam*. *Dale* genaamt werd, op *pag*. 297, en met de aangehaalde Schryvers, en deszelfs gebruik verders voorgestelt werd, alwaar het overige nagezien kan werden.

Het riet, waar uit volgens *Rumphius* het Draakebloet vergadert werd, komt mede by *Valent*. onder de naam van *Draken-bloeds Rottang* op *pag*. 218. en werd in de plaat *No*. XLIX. verbeeldt. Over het Draken-bloet en deszelfs zoorte, als mede het nagemaakte, zie verders *Valent*. in zyn *Histor*. *Simpl*. *reform*. van *pag*. 265. tot *pag*. 269. en de tweede brief *pag*. 385. en aldaar de dissertatie over het *Daake-bloet* van *Joh*. *Ochsu* op *pag*. 609, en de volgende. Zie mede de *Appendix* van *Ray* in het derde deel op *pag*. 65.

In de Appendix *van* Rumphius *werd de* Lactaria Salubris *ofte de* Upas Lacki Lacki *op de volgende wyze beschreeven, welke* Rumphius *in plaats van het voorgaande hier gestelt wil hebben, en wy daarom hier byvoegen.*

Met de bovenstaande Arbor Lactaria *heeft deze boom zulke gelykenisse, dat hem veele Inlanders voor een en dezelfste aanzien, te meer alzo hy weinig te vinden is. Ik heb de gemeene sleur willen volgen, en hem genoemt* Lactaria Salubris, *zynde eerst tot myne kennisse gekomen door de Corre Corre togt in 't jaar 1693. hy is van gedaante als* Arbor Lactaria, *of* Manga Brava, *te weten kort en dik van stam, met effene schorsse, mede wat wit en groen geplekt.*

De bladeren staan twee en twee tegens malkander, dog aan 't uiterste der ryskens vier by malkander, en gelyken die van Bintangor, doch wat breeder, dikker, en styver, 7. 8. en 10. duimen lank, 5. dwers vingers breed, voor rond, of een weinig gekloven, van onderen hebbenze veel subtile ribben, zo digt niet als aan 't Bintangor bladt, waar van de achterste evenwydig, doch de voorste wat bochtig lopen, en eindigen allegaar in een zoom langs de kanten: Het blad is wat neerwaarts gebogen als een schoteltje of schuitje, boven buikig en glad.

Het

Flores proveniunt in racemo ramoso, uti in *Manga Brava*, hujus autem flores magis ad Jasminum accedunt, in longo enim pedunculo quinque locantur alba & extensa petala retroflexa, in medio concava, flaccida, ingrati odoris, hæc vero insident caliculo tripetalo. In quovis autem racemo quatuor vel quinque tantum fructus ad maturitatem perveniunt, formam habentes *Condondong*, vel instar illorum *Mangæ Bravæ*, geminique plerumque arcte sibi adcumbunt, brevibus ac vix dignoscendis insidentes pedunculis, qui non in centro, sed oblique fructus perforant, qui superius duro & obtuso apice constant. Externe viridis sunt coloris, ac maturi flavescunt instar Mangæ, qui rugosi tandem sunt ex russo nigricantes. Sub exteriore pellicula crassa & rugosa locatur gluma, quæ per longitudinem in crassa duci potest filamenta, instar fructus Mangæ Bravæ. Quisque vero fructus per medium sulcatus est, sed nec vi separari potest, sed cultro *Parrangh* dicto findendus est. Intus bina officula plana sibi adcumbunt bilinguia fere, quæ inferius excavata sunt, ubi pedunculo fuere nexa, hæc officula ex dura, fusca, & tenui quasi pelle constant, in qua planus reconditur nucleus, corneus quasi & lentus instar corii, qui saporem habet Nucum avellanarum, in binis cellulis, quæ ab utraque parte linguæ isti adcumbunt, nil invenitur nisi ista crassa fila: Ex omni trunci & ramorum parte, ubi inciduntur, vel folium abrumpitur, immo ex ipso ejus nervo medio exstillat lac aliquod albicans tenax, viscosumque, quod mox exsiccatur.

Dicitur, aliis in locis truncos fuisse observatos, quos bini vix viri amplecti poterant, inque fructibus quibusdam sæpe unus tantum invenitur nucleus, ac unica tantum descripta lingua.

Radix est medicamentum, quod ex hac desideratur arbore, quæ externe obscure flavescit, multisque fibrillis constat, intus vero pallide flavescentis est coloris, & lignosa, ita ut haud male referat illam Anticholericæ seu *Upas Bidji*. Hæc si recens fuerit, adeo dura est, ut secures majoresque cultri seu Parrangh hebescant, si cædatur, in ramenta tamen facile dissilit instar vitri. Ejus sapor omnino convenit cum *Anticholerica*, quæ amaritiem habet fabaceam, sed non ita amara est ac *Rex Amaroris*.

Nomen. Latine *Lactaria Salubris*, quum videam omnes incolas hanc habere pro specie Arboris Lactariæ seu Mangæ Bravæ, eam vero salubrem cognominavi, ut eam defenderem & liberarem a noxiis qualitatibus, quas Lactaria vera possidet. Cæterum Malaice vocatur *Upas Lacki Lacki*, quum tamquam mas habetur illius, quæ *Rex Amaroris* vocatur, distinguitur vero ab alia *Upas Lacki Lacki* specie, quæ postea describetur nomine *Lani*. In Leytimora vocatur *Wabbo-Meyt*, eo quod nullibi nisi in litore crescat, quum *Wabbo*, seu *Manga Brava* in media quoque crescat regione, Alangenses vero ipsam vocant *Lou Lite*, h. e. folium æmulans *Lite* seu *Poete*. Hoeamohelenses illam nominant *Nantabule*.

Locus. Primum hæc arbor, uti dictum fuit, inventa est anno 1693. in Ceramæ plaga Zephyrea circa pagum *Tamilau*, ac dein ulteriore indagine reperta quoque fuit in Leytimoræ litore Zephyreo *Alang*, & *Toeleboe Boero* & *Manipa*, sed ubique rara ac hinc inde unica tantum arbor in solo litoreo penitus arenoso, & aliquando etiam prope scopulos. Tam diu ignota fuit, quia vix a Manga Brava quoad folia & fructus dignosci potuit.

Usus. Contra eosdem inprimis adhibetur affectus, ad quos *Anticholerica* usurpatur, contra abdominis nempe tormina & dolores, ut & contra noxios pisces & cancros, si comesti fuerint, unde & ejus radices in itineribus marinis secum convehunt.

Hoeamohelenses, qui expertissimam hujus arboris virtutum notitiam habere censentur, illam adhibent primo contra convulsiones & Epilepsiam, qui interiora fructus foliola in usum vocant cum pauca radicis quantitate contrita, ac guttatim illam ori infundunt, crassamque ejus partem nuchæ illiniunt. Secundo contra *Roston*, seu nasi cancrum, recipe hunc in finem fructus nucleum, cum aqua contere, ejusque tenuissimam partem naso infunde, crassiorem vero externe ipsi illine. Tertio contra *Upas* seu Pleuritidem, contere nucleum vel radi-

Het bloeizel komt voort aan een getakte tros, mede gelyk aan Manga Brava, *doch deze bloemen gelyken meer na de Jasmynen, want op een langhalzig steeltje staan 5. witte uitgebreide blaadjes achterwaarts gebogen, in de midden hol, slap, en onlieffelyk van reuk, op een voetje van 3. spitzen gemaakt: Aan ieder tros komen maar 4. a 5. vruchten, tot perfectie van gedaante als* Condondong, *of als die van* Manga Brava, *en zitten gemeenlyk twee digt tegen malkander aan korte en pas kennelyke steeltjes, dewelke niet regt achter, maar wat ter zyden ingelaten werden, van vooren met een harde stompe spits. Zy zyn van buiten groen, en in de rypheid geel, als Manga, de rype werden vol rimpelen, uit den rossen en swarten gemengt. Onder het buitenste velleken leid een grofdradige en grove bolster, die zig langs heenen in grove draden laat splyten, even eens gelyk de vrucht van Manga Brava. Ieder vrucht heeft in de midden een klove, dog laat zig met geen gewelt van malkander trekken, maar moet met een* Parrangh *van malkaar gekapt werden. Van binnen vind men twee platte korrels tegens malkander liggen, als twee tongen, achter met een uitgesnede boek, alwaarze tegens een knoestje van den steel aangezeten hebben, deze tongen zyn van een harde, bruine, doch dunne huit gemaakt, daar in vind men een platte heest, hoornverwig, taai als leder, van smaak als Hazel-nooten; in de twee holligheden, die ter wederzyde tegens de tonge aanleggen, vind men niets dan de voornoemde grove draden: Over al daar men in den stam of takken kapt, of een blad afbreekt, ja zelfs uit de gequetste middel-zenuwe loopt een witte melk uit, zeer kleverig en stram, en droogt dadelyk op.*

Men zegt dat op andere plaatzen den stam gezien is van twee vadem omvattens, en in zommige vruchten vind men ook maar een heest, en een tong.

De wortel is het Medicynale, dat men van dezen boom neemt, van buiten donker-geel, en met veele vezeltjes behangen, binnen met een bleek-geel hout, zo datze niet qualyk gelyken die van Anticholerica of Upas Bidji. *De versche is zo hard in 't kappen, datze bylen en Parrangh stomp maken, echter breekt zy zo kort af als glas. Den smaak komt ten eenemaal overeen met* Anticholerica, *te weten, met een boonachtige bitterheid, doch verre zo bitter niet, als den* Rex Amaroris.

Naam. *In 't Latyn* Lactaria Salubris, *dewyl ik doch zie dat meest alle de Inlanders hem houden voor een Arbor Lactaria of Manga Brava, heb ik hem doch gezont of medicynaal bygenaamt, om hem te bevryden van de quade eigenschappen, dewelke den melk-boom heeft. Anders noemt men hem in 't Maleyts* Upas Lacki Lacki, *dewyl hy voor het Manneken van* Rex Amaroris *gehouden werd; doch onderscheid hem van een ander Upas Lacki Lacki, hier na te beschryven onder den naam van* Lani. *Op Leytimor noemenze hem* Wabbo Meyt, *dewyl hy nergens dan op strand valt, daar de* Wabbo *of* Manga Brava *ook wel landwaarts in groeit. Doch die van Alang noemen hem* Lou Lite, *dat is, een blad dat naar* Lite *of* Poete *gelykt. Die van Hoeamohel noemen hem* Nantahule.

Plaats. *Hy is, als gezegt, eerstmaal gevonden in 't jaar* 1693. *op Cerams Zuid-zyde, omtrent de Negory* Tamilau, *en by nader onderzoek is hy mede gevonden op Leytimors Zuider-strand,* Alang, *en* Toelehoe Boero, *en* Manipa, *doch overal weinig, en hier en daar een eenigen boom op een pure Zant-strant, en zomtyds ook by klippen. Hy is zo lang onbekent gebleven, dewyl men hem van de Manga Brava in bladeren en vruchten qualyk onderscheiden kan.*

Gebruik. *Hy werd meest gebruikt tegens dezelfste gebreeken als* Anticholerica, *te weeten, buik-pyn, krimpen, en zo zig iemant qualyk gevoelt van schadelyke visschen en Crabben, daarom zy deze wortelen op Zeereizen by zig voeren.*

Die van Hoeamohel *dewelke men meent de beste kennisse van dezen boom te hebben, gebruiken hem* 1. *tegens de stuipen en vallende ziekte, neemende de binnenste blaadjes van de vrucht, met een weinig gevreven wortel, gieten zulks met droppen in den mond, en smeeren het dikke achter in den nek.* 2. *Tegens het* Roston *of Cancer der neus: Neemt de kern van de vrucht, vryftze met water, het dunste doet in de neus, het dikste smeert boven op.* 3. *Tegens het Upas: vryft de kern of de wortel, smeert het op de borst, geeft het ook te drinken met een*



radicem, illinc hanc pectori, simulque interne propinandam exhibe cum pauxillo *Allea Pady*. Quarto contra *Loessoe* seu lumbaginem, contra colicam, & pectoris lancinationem radicem sume & nucleum cum Allea Pady, uti supra, dolentesque inunge artus seu partes. Quinto contra febres ardentes contere sine Allea, atque per binos propina dies, ac dein externe corpus hac illinc.

Tabula Octogesima Quarta

Ramum exhibet *Lactariæ Salubris*, quæ *Upas Lacki Lacki* incolis vocatur.

CAPUT QUADRAGESIMUM TERTIUM.

Arbor Regis. Caju Radja.

Licet non sit arbor lactescens, locare hic tamen eam volui, quum loco cordis seu medullæ animalculum gerat vivum, quod hominis cutim tangens, acutiorem ipsi adfert dolorem, quam omnium præcedentium arborum succi.

Non admodum crassum gerit truncum, sed satis altum, rectum, & æqualem, in paucos crassiores terminantem ramos. Folia accedunt ad illa *Daun Baræ*, suntque cordiformia, sed multo majora, nec sulcata, ex rotundo acuminata, integra, ultra pedem longa, & paulo minus lata, pallida, nec elegantem viridem colorem præbentia, ad tactum lanuginosa parum. Quodvis vero folium longo firmoque insidet petiolo, qui ab inferiore ipsi supponitur parte, unde & peltatum est folium, ab illius autem inplantatione decem undique per folium decurrunt nervi, & prope folii ortum in petiolo isto binæ virides excrescunt verrucæ.

Flores in racemis proveniunt magnis, extensis, irregularibus, albi, muscosi, arcte sibi juncti, similes floribus *Folii ardentis*, ac plurimi decidunt, nullum relinquentes fructum, uti & raro hujus arboris flores observantur.

Fructus ex longo ac plerumque nudo dependent petiolo, qui in summo in alios breves & minimos dividitur incurvos pedunculos, quibus baccæ insident Cerasis nigris similes, sed minores, & umbilicati, molles, albicantes, & parum rugosi, continentes bina ternave ossicula, cannabis semini similia, intus plerumque excavata.

Truncus, omnesque crassi rami nullo constant corde, sed excavati sunt, ejusque loco referti sunt plurimis magnis & nigricantibus formicis, quæ in una alterave parte truncum perforant, & fenestras quasi formant, perambulantes illum usque ad ramorum extremum tanquam murum concavum, ita ut hæc arbor solo ex cortice suum hauriat nutrimentum, tenuiores vero rami medullam gerunt, qualem Sambucus habet.

Si quidam amputetur ramus, formicæ hæ magna vi ac celeritate excurrunt, mox circumstantes invadentes homines ac mordentes tanto inpetu, ut periculosum valde sit huic accedere arbori, immo totum circa hanc solum mordentibus hisce animalibus repletur, quæ adpropinquantium etiam pedes infestant. Observavi autem Indos non ita horum morsus persentire per duram ipsorum cutim, ac nos, unde & intrepide ad illam accedunt arborem.

Arboris cortex externe cinereus est, glaber, succosus, si incidatur, in ruffum tendens colorem, si sit siccus. Lignum longitudinalibus constat fibris, adeoque leve est, ac quælibet etiam *Gabba Gabba*, est autem flexile, nec facile frangitur, quamdiu siccum sit.

In silvis mox detegi potest, ubinam hæc locata sit arbor, quum ejus locus semper magis sit apertus aeri, nullas enim circa sese ad quarundam ulnarum distantiam admittit arbores, vel sub ipsa quasdam plantas, unde & nomen suum sortita est, quum monarchali quasi auctoritate solum sibi vindicet locum, cæterum nullam præ se fert hæc arbor elegantiam vel regiam majestatem. Unde & summi numinis sapientia, quæ in omnibus naturæ opificiis excellit, iterum laudanda venit,

een weinig Allea Pady. 4. *Tegens* Loessoe *of pyn in de lenden, tegens het colyk, en zyde-steeken, gebruikt wortel en kern met Allea Pady, gelyk boven, en smeert het op de pynelyke leeden.* 5. *Tegens heete koortzen, vryft het zonder Allea, geeft het eerst twee dagen te drinken, en smeert het daar na van buiten op het lyf.*

De vier-en-tachtigste Plaat

Vertoont een Tak, van de *Lactaria Salubris*, die de *Upas Lacki Lacki* van de Inlanders genaamt werd.

XLIII. HOOFTSTUK.

Konings-Boom.

Dit is wel geen melk-boom, echter heb ik hem hier stellen willen, om dat hy in plaats van het hert een levend gedierte heeft, 't welk op de huid komende, iemand snooder pynigt, als alle de voorgaande melk-boomen.

Hy is niet zeer dik van stam, echter redelyk hoog, regt, en effen, in weinige dikke takken verdeelt: De bladeren gelyken wat na die van Daun Baroe, *of na een hert, doch veel grooter, zonder kloove, uit den ronden toegespitst, aan de kanten ongezaagt, een voet lank, of meer, en wat minder breed, bleek, of lelyk groen, en in 't aantasten wat wollig: Ieder blad staat op een lange styve steel, die van onderen daar aan gezet is, en van waar zig tien zenuwen rondom door het blad verspreiden, en by den oorspronk van het blad aan den steel ziet men twee groene vratten.*

Het bloeizel komt voort aan uitgebreide en ongeschikte troffen, wit, mosachtig, en digt by malkander gedrongen, gelykende het bloeizel van Folium ardens, *en valt meest zonder vruchten af, gelyk men den boom ook zelden bloeyen ziet.*

De vruchten hangen aan een langen, meest blooten steel, die zig aan 't opperste in andere weinige en kromme steeltjes verdeelt, daar aan staan bezien de krieken gelyk, dog kleinder, met een navel boven op week, witachtig, en wat gerimpelt, begrypende van binnen drie a vier korls, het Kennip-zaad gelyk, van binnen meest hol.

Den stam, en al de dikke takken hebben geen hert, maar zyn hol, en in plaats van dat krielenze van groote en swarte mieren, die hier of daar den stam doorbooren, en venstertjes maken, doorwandelende dezelve tot de uiterste takken toe, als een holle muur, zo dat dezen boom alleen door de schorsse leeft, maar de dunne takken hebben een hert, als vlier.

Als men nu eenige takken afkapt, loopen deze mieren met groot geweld en raddigheid daar uit, straks de bystaande perzoonen aanvallende, en bytende, met zodanigen magt, daarom 't zeer zorgelyk by dezen boom te gaan is, zynde ook den grond met deze grimmige diertjes bezet, die de aannaderende straks aan de voeten komen: Hoewel ik gemerkt hebbe, dat de Indianen met hare harde vellen deze beeten zo zeer niet gevoelen, als wy, en daarom onbeschroomder daar bygaan.

De schorsse is van buiten ligt-graauw, effen, zappig, als men daar insnyd, ros bestervende. Het hout is lankdradig, en zo ligt, als eenige Gabba Gabba *zyn mag, doch buigzaam, en niet ligt brekende, zo lang het van vogtigheid bevryd is.*

Men kan in de Bosschen datelyk merken, waar dezen boom staat, zynde de plaats daar omtrent altyd ligter, want hy lyd op eenige vademen na, nog nevens, nog onder hem, eenig ander groot geboomte, ja qualyk eenige kleine ruigten, die hem nog al niet aan 't lyf durven raken, en hier van heeft hy den naam gekreegen, om dat hy met een monarchale authoriteit een plaats op zig zelfs alleen wil houden, zynde anders niets moois, nog Koninglyks, aan den geheelen boom: Waar uit al wederom des

venit, quique plerumque cunctis noxiis arboribus characterem quendam innuit, quo e longinquo dignosci possunt, sive separato ac remoto illarum loco, sive irregulari forma, odore, vel similibus.

Anni tempus. Flores profert sub finem siccorum mensium, fructus vero mense Majo: Occurrit tam in litore inter leves ac humiles silvas, quam in montibus & altioribus silvis, in quibus inter densas arbores vacuus quidam locus subito sese offert, uti inter alia elegantissime conspici potest in magna & publica via, quæ per silvosos Hitoës montes decurrit.

Nomen. Latine *Arbor Regis.* Malaice *Caju Radja* & *Caju Sommot*, h. e. formicarum lignum: Amboinice *Aylatu.* In Boero *Aymiri* & *Amiri.* Ternata *Affo* & *Bifi-Mafalla.*

Locus. In Amboinensibss & Moluccis crescit insulis, sed non magna copia, an in aliis quoque reperiatur locis, nondum cognovi, *Caju* enim *Radja* quibusdam Maleyensibus & Macassarensibus est *Cassia Fistula.*

Usus. Juniorum truncorum lignum, qui non ultra pedem crassi sunt, multum adhibetur loco suberis pro machinis supernatantibus, quæ retibus piscariis alligantur, quæ Maleyensibus *Plompen* dicuntur, quum ligna hæc natura sunt perforata & levia. Quidam parvos quoque ex hisce truncis formant malos pro minoribus navigiis *Orangbaeyen* dictis, similibusque, quum sint leves atque solidi, superiore autem parte obtegendi sunt hi mali, ne per pluvias deciduas corrumpantur vel putrescant. Si Amboinenses ad hanc accedere velint arborem, omnes circumstantes demetunt herbas, dein sicca quædam huic adjacent arbori folia, quæ accendunt ad formicas fugandas. Arbore hac alacriter cæsa flamma urgenda est, donec cunctæ fere formicæ fuerint in fugam projectæ, & ex concava hac arbore propulsæ: Indi autem, uti dictum fuit, non adeo sensitivam cutim habentes hoc omittunt plerumque.

Periculosa & nociva hæc arbor in re tamen Medica multum habet usum, ejus enim cortex minori dosi contritus & cum aqua propinatus, seu ejus decoctum assumptum intestina expurgat per inferiora a plurimis aquosis & corruptis humoribus: Ejus folia calefacta & abdomini alligata lienem induratum, *Tebatu* dictum, emolliunt, ejusque tumorem resolvunt, si ejus nempe decoctum interne simul usurpetur.

Anno 1667 quum grave gereremus bellum contra Macassarenses, quædam Macassarensis femina capta Domino suo Manipæ præfecto tanquam magnum arcanum, hujus arboris vires detexit, & laudavit contra horribile Macassarensium venenum, quod ex Toxicaria extrahunt arbore, quo tela sua inbuunt, hic autem Indorum dux strenuus ac fortis miles hujus virtutes exploravit, & comprobatas mecum communicavit. Hujus nempe arboris tenues eliguntur radices, quarum frustum quoddam, qui vulneratus est, manducat, hujus autem dimidia pars deglutienda est, altera vero vulneri inponenda, ut venenum extrahat. Undenam vero Macassarensis ista femina hoc cognoverit, nescio, quum plurimis Macassarensibus hæc arbor sit ignota, verum tamen esse potest, hanc arborem in uno alterove istius regionis loco inveniri, sed tamen parce ibi crescere constat. Eadem quoque femina addebat, Macassarensium milites ad bellum profecturos radicem hanc in cingulis suis gestare, quæ etiam valet contra omne venenorum genus, quod cum Pinanga alicui exhibetur; Corticis rasura in suo vel Musæ folio parum calefacta, atque hac dorsum fricatum dolentes pellit lancinationes ex spuria forte Pleuritide ortas.

Juniora ejus folia in olus cocta, cumque succo comesta binas ternasve caussat alvi dejectiones.

Ejus lignum, quod instar *Gabbæ Gabbæ* leve est, cum anatica *Coyoe Tsjina* quantitate aquæ incoquitur & propinatur, ad omnes malignas exulcerationes curandas. Decoctum hoc cunctos malignos & corruptos e corpore expellit humores, tumidosque ac induratos emollit ventres, non autem purgat.

Viridis ejus cortex sursum rasus, & cum Sideroxyli feminæ cortice & manipulo Cadjang aquæ incoctus pro fomento inservit œdematosis pedibus, quos curat, ut

des Scheppers wysheid in de natuure haar betoonende, te pryzen is, dewelke gemeenelyk aan alle schadelyke boomen een merkteeken gezet heeft, dat menze van verre kan kennen, het zy aan hare afgezonderde plaats, vreemde fatzoen, reuk, of diergelyken.

Saysoen. *Hy bloeid in 't laatste van de drooge mousson, en de vruchten vind men in May. Men heeft hem zo wel op strand, onder het laage en lugtige kreupel-Bosch, als in 't gebergte, en hooge Bosschagie, daar men schielyk onder het digte geboomte een ligten plek zal vinden, gelyk men onder andere zeer raar zien kan langs de groote land-weg, die over het boschachtige gebergte van Hietoe gaat.*

Naam. *In 't Latyn* Arbor Regis. *In 't Maleyts* Caju Radja *en* Caju Sommot, *dat is mieren-hout.* *Op Amboins* Aylatu. *Op Boero* Aymiri *en* Amiri. *Op Ternaats* Affo *en* Bifi-mafalla.

Plaats. *Hy valt in de Amboinsche en Moluxe Eilanden, en dat in geen groot getal, of hy op andere plaatzen mede valle, heb ik nog niet ervaren, want* Caju Radja *is by de Macassaren en zommige Maleyers de* Cassia Fistula.

Gebruik. *Het hout van de jonge stammen, die niet boven een been dik zyn, word veel gebruikt om dryfhoutjes of korken daar van te maken, die men aan de bovenkanten van de netten bind. By de Maleyers Plompen genaamt, om datze houten van natuure doorboort, en ligt zyn. Zommige maken ook kleine masten van deze stammen tot* Orangbayen, *en diergelyke kleine vaartuigen, om datze ligt en styf zyn, maar men moetze boven met iets bedekken, en voor 't inwateren bewaren. Als de Amboineezen by dezen boom willen gaan, zo kappenze eerst ter loop alle daar omstaande ruigten wat af, daar na leggenze droog Atap om den boom, en steeken dat in den brand, om de mieren eenigzints te verjagen. Den boom met een vaardigheid omgekapt zynde, moet men nog al vuur stooken, tot dat de meeste mieren uit den bollen boom vertrokken zyn. Doch de Indianen, als gezegt, aan hare huit zo gevoelig niet zynde, laten dit meest onderwegen.*

Dit snood gewasch heeft evenwel in de Medicyne wederom veel gebruik, want de schorsse in kleine quantiteit gevreeven, en met water gedronken, ofte het afkookzel daar van gebruikt, zuivert de Ingewanden van onderen van veele waterachtige en bedorve humeuren: De bladeren wat warm gemaakt, en op den buik gebonden, doen de geswollen milt slenken, en het geswel vergaan, te weten, als men het voorschreeve afkookzel van binnen mede gebruikt.

Anno 1667. *Doen wy den swaren Oorlog tegens de Macassaren voerden, heeft zeeker Macassaarze gevangene vrouw aan haren meester den Capitein Jonker van Manipa, voor een groot geheim de kragten dezes booms aangewezen, tegens het schrikkelyke Macassaarze spatten-gift, welken Indiaanschen Capitein, zynde een stout Krygsman, en verklarende, dat hy zulks geprobeert hadde, my 't zelve gecommuniceert heeft: Namentlyk, men neemt de dunne wortelen dezes booms, en laat den gespatten daar van een stukje in de mond kauwen, waar van hy de helft moet inswelgen, en de rest op de quetsuure leggen, om het fenyn uittetrekken. Waar van nu de voornoemde Macassaarze vrouw dit heeft, kan ik niet weten, vermits by de meeste Macassaaren dezen boom onbekent is, hoewel het echter wel zyn kan, dat hy hier of daar op haar land, hoewel weinig gevonden werde. Immers dezelfde vrouw dede daar nog by, dat de Macassaarze Soldaten ten oorlog gaande, deze wortel by hun in hare gordels dragen, en dat dezelfste wortelen ook dienden tegens alle vergevingen, die men iemant in den Pinang aandoet. De geschraapte schorsse in haar eigen, of een Pissang blad een weinig warm gemaakt, en den rugge daar mede gevreeven, verdeelt de pynelyke steeken, misschien van het bastaart pleuris komende.*

De jonge bladeren gekookt, als een warmoes, en met haar eigen zap gegeeten, maakt twee of drie zagte kamergangen.

Het hout, 't welk zo ligt is als een Gabba Gabba, *werd met gelyk gewigt* Cajoe Tsjina *in water gekookt, en gedronken, om alderhande quade en pokkige ulceratien te geneezen. Het verdryft alle quaadaardige en bedorve vogtigheid uit het lyf, en geneest de hard geswollene buiken, doch purgeert niet.*

De groene schorsse opwaarts geschrapt, met de schorsse van het Yzer-hout het wyfken, en een hand vol groene Cadjang in water gekookt, en daar mede gestooft, geneest

ut & tumidos ventres ac Hydropem, si hoc simul propinetur decoctum.

Ex ejus ligno tigilla quoque formantur, quæ ædium tectis inserviunt, ut & postes minorum domuum satis durabiles in Amboinensium habitationibus fumo plerumque repletis, humiditatem vero non facile tolerant, nec Amboinenses hoc lignum potius ob arbitrariam ejus virtutem contra incantamenta, quam ob durabilitatem ejus adhibent. Licet juniora folia, uti dictum fuit, innoxie possint comedi, vetusta tamen & adulta vim possident purgantem, bina enim ternave cum Bambu arundine aquæ incocta, atque hæc epota aqua fortiter omnes purgat humores corruptos & malignos, qui intestinis inhærent.

Contra abdomina tumida & contra *Tebatu* alii corticem sumunt cum illo *Ignis silvarum* maris, quos simul conterunt in pultem, ipsisque illiniunt, ut & pedibus œdematosis.

Succus foliorum seu ipsorum petiolorum, ubi cutim tangit, pilos deciduos facit sine ulla molestia vel dolore. Quidam nauta Ternatensis hujus periculum facere volens, hoc succo dimidiam barbæ suæ partem tingebat, quæ tota etiam profluebat, reliqua ejus parte integra remanente, ita ut semi barbatus ac semi inberbis esset. Hoc autem ex Amboinensium arborum succo non succedebat experimentum. Dicunt quoque pluviæ guttas in alicujus caput deciduas, qui sub hujus arboris tegmine positus est, capillos inde proflui, unde & incolæ sibi cavent pluvioso tempore sub hac recubare arbore.

Alphorenses more suo populari omnes corporis pilos hocce succo depascunt.

Tabula Octogesima Quinta

Ramum exhibet *Arboris regis* seu *Caju Radja* dictæ, quæ mihi *Hernandia* vocatur.

OBSERVATIO.

Hæc arbor sine dubio species, ni eadem est, quæ *in H. Cliffort. p.* 485. *Hernandia* vocatur, & *Tab.* XXXIII. exhibetur, cum qua convenit Hernandia amplo Hederæ folio umbilicato. *Plum. nov. pl. gen. p.* 6. & Umbilicato folio arbor Philippensis *Balanti* dicta *Petiv. Gazoph. Tab.* 43. *Fig.* 1. forte est Nux Zeylanica umbilicatis foliis *Thes. nostri Zeylan. p.* 171.

CAPUT QUADRAGESIMUM QUARTUM.

Arbor Vernicis. Caju Sanga.

Licet arbor, ex qua celebris Sinensium vernix, auctoribus illorum *Cil*, Sinensium vulgo *Tsjad* dicta, componitur, in Amboina sit ignota, in vicina tamen ipsi Celebe quoque sponte crescens inveniatur, atque ex semine inde mihi transmisso, hic in Amboina progerminaverit, ipsam simul Amboinensi huic Herbario inserere volui, eoque magis, quod ejus forma, quantum novi, in nullo Europæorum libro ab aliquo fuerit expressa.

Arbor ipsa magnitudine & forma cum adulta convenit Manga, ramos gerens extensos, qui corticem habent ex cinereo fuscum, glabrum, instar corii loti. Rami tenuiores in plures sese dividunt ramulos, quorum quatuor vel quinque simul locantur firmi, crassi, & breves.

Folia sine ordine ramulis insident, plurimum tamen conjuncta circa illorum extremum, brevi autem sub ramulorum ortu quinque, sex, vel septem simul in orbem expanduntur uti in herbis stellatis. Folia autem maxime accedunt ad formam foliorum vel proprie *Mangæ Bravæ*, inæqualis magnitudinis, quædam enim omnino Mangæ folia referunt, excepto quod ipsorum costæ sint rariores magisque incurvæ, alia autem & plurima *Mangæ Bravæ* folia æmulantur, novem, decem, & undecim pollices longa, tres quatuorve digitos lata, in acutum apicem desinentia, firma,

neest de zugtige of geswolle beenen, buiken, en water zugt, als men van het zelve afkookzel mede drinkt.

Uit het hout werden ook sparren gemaakt tot het dakwerk, en stylen tot ligte huizen, redelyk durabel in de Amboinsche berookte wooningen, maar konnen gantsch geene vogtigheid verdragen, en de Amboineezen nemenze meer uit een ingebeelde kragt, tegens alderhande Tovery en belezingen, dan om zyn duurzaamheid. Hoewel de jonge bladeren, als gezegt, zonder zorge konnen gegeeten worden, zo hebben de oude nogtans een purgeerende kragt, want twee of drie van dezelve in een Bamboesje met water gekookt, en het water gedronken, purgeert sterkelyk alle quade en verdorvene humeuren, die in de darmen zitten.

Tegens geswollene buiken, en het Tebatu *neemen andere de schorsse, met die van* Ignis Silvarum *het manneken, vryven het t'zamen tot een pap, en smeeren het op de geswollene buiken, en zugtige beenen.*

Den zap van de steelen of bladeren, waar die maar het lichaam aanroert, doet al het hair uitvallen, en dat zonder moeite of pyne. Zeeker matroos in Ternaten willende zulks probeeren, bestreek de helft van zyn baart en knevel met dezen zap, welke hem ook zuiver en kaal uitviel, blyvende de andere helft onbeschadigt. Doch dit aan de Amboinsche boomen geprobeert zynde, wilde niet succedeeren. Men zegt ook, dat de drop van de regen iemant op het hooft vallende, hem die onder dezen boom staat, alle de hairen doet uitvallen, en daarom wagten hen de Inlanders by reegenachtig weer daar onder te schuilen.

De Alphoereezen na gewoonte hares lands doen alle de hairen des lyfs daar mede uitvallen.

De vyf-en-tachtigste Plaat

Vertoont een Tak van de Konings-Boom, die *Caju Radja* by de Inlanders, en van my *Hernandia* genaamt wert.

AANMERKING.

Dit is zonder twyffel, zo niet dezelfde boom, een zoort van de *Hernandia*, die in de *Hortus Cliffort. p* 485. voortkomt, en *Tab.* XXXIII. verbeeldt wert, waar mede overeenkomt de Hernandia amplo Hederæ folio umbilicato van *Plum. nov. pl. gen. p.* 6. en de Arbor umbilicato folio Philippensis *Balanti* van *Petiv. Gazoph. Tab.* 43 *Fig.* 1. mogelyk is hier toe behoorende de Nux Zeylanica umbilicatis foliis, in onze *Thes. Zeyl. p.* 171. voortkomende.

XLIV. HOOFTSTUK.

Vernis-Boom.

Hoewel den boom, waar van het vermaarde Sineeze vernis by de Autheuren Cil, *by de gemeene Sineezen* Tsjad *genaamt, gebaalt werd, in Amboina onbekent is, echter op 't naburige Celebes mede van zelfs wasschende gevonden werd, ook door zaad my van daar toegezonden, hier in Amboina opgekomen is, zo heb ik hem in 't Amboinsche Kruidboek mede willen inlyven, te meer alzo zyne gedaante by geene Europische Schryvers, zo veel my bekent is, uitgedrukt werd.*

De boom is in de grootte en gedaante, als een volwassen Mangas-boom, met uitgebreide takken, met een vuil grauwe effene schorsse, als gewast leer. De dunne takken verdeelen haar in veele ryskens, waar aan vier en vyf by malkander staan, styf, dik, en kort.

De bladeren staan zonder ordre aan de ryskens, en agter dezelve aan dunne takken, doch meest by malkander, omtrent het voorste, maar kort achter de vergaderinge der ryskens staande met vyf, zes, en zeven in een kring, gelyk aan de poele, zy gelyken meest na de Mangas-bladeren, of eigentlyker na Manga Brava, *van ongelyke grootte, want zommige gelyken heel en al de Mangas-bladeren, behalven dat hare ribbetjes ydeler en krommer zyn. Andere en wel de meeste na die van* Manga Brava, *negen, tien, en elf duimen lank, drie en vier vingers breet, met een lange spits, styf, hoog-groen, boven glad, en effen,*

ma, intense viridia, superne glabra & æqualia, inferne costæ acute prominent, brevibusque insident petiolis.

Flores ex racemis dependent, illisque Mangæ fœtidæ similes sunt, flavi nempe seu albentes flores, plurimis staminibus rubris referti.

Fructus iisdem ex racemis dependent, tres quatuorve simul, minores referentes *Gajangos*, binos lati pollices, ex rotundo obliqui seu irregulares, ab utraque compressi parte instar Castanearum planarum, ad oras crassi, & in multis quasi politi. Externe protuberantes gerunt venas ex fusco cinereas & duras. Sub exteriore pellicula tenuis & fungosa reconditur substantia, in recentibus succosa uti in Manga fœtida, sed pilosa ac facile indurescens ac siccam contrahens substantiam, sub hac mox occurrit nux parva ejusdem formæ cum fructu, ac sub illius tenui ac lignoso putamine nucleus duriusculus instar Castanearum, ex albo flavescens, copiosam exsudans *Resinam*, quæ mox in fuscam exsiccatur massam.

Truncus crassitiem obtinet vulgaris Mangæ-arboris, antequam resinam fundat.

Lignum est satis solidum, sed intus fungosum, & cæsu difficile, circa cor est fuscum, ad oras album intermixto nigro colore. Inter lignum & interiorem pelliculam corticis lac reconditur spissum, quod raro exsudat tam per fissuras, quam per inflicta vulnera. Quum primo exstillat, spissum est, sordide albicans, & viscosum instar lactis *Socci*, sed mox condensatur ex fusco flavescens, ac demum instar picis nigrum, splendens ac durum, friabile instar *Masticbes* vel *Gummi Sandaracbæ*. Nunquam invenitur in magnis frustis vel glebis, sed tenuibus in granulis tam in trunco quam tenuioribus ramis. Resina hæc dum sit liquida, ac præcipue istud lac primum ex trunco exsudans adeo causticum est, ut si alicujus cutim tangat, illam exurat partem & exulceret, multo vehementius quam lac silvestris *Cassoe*, vel *Lenat*, aut *Mangæ fœtidæ*. Si tamen semel induruerit, nullam amplius malignæ qualitatis dat notam, licet quis hauriat potum ex crateribus vel cyathis, qui vernice hac obducti sunt. Resina hæc itaque est illa famosa vernix supra memorata, qua omne scriniariorum genus ac non tantum mensæ, sedes, cunctaque supellectilis genera, ut & patinæ, cistæ, similiaque, sed & etiam muri seu ædium parietes in Sina obducuntur, quod vulgari & communi vocabulo *Verlakken* dicitur, peregrini autem male putant, talia opercula cum *Gummi Lacca* præparari & obduci, uti re vera in Bengala, Souratta, aliisque Indiæ locis fit, ubi istud occurrit & crescit Gummi. Qua ratione autem hæc resina coquatur & præparetur, ut supra lignea opera extendatur, infra indicabitur.

Lac seu resina mollis quam etiam nociva sit, tamen comperi summa cum admiratione Bruchos non tantum vernicem istam ex ligneis istis machinis, ubi fissæ erant, arrodere, sed recentes etiam fructus, copiosum exhibentes lac, & in mensa mea depositos totos fere comedisse, unde concludo noxiam illam qualitatem non diu isti inhærere lacti, restans enim fructus caro non amplius nocet, quum lac seu resina exsudata fit.

Celebes enim populi regionem Boegi & Loebo inhabitantes pro certo mihi asseruerunt, fructus hosce in sua patria innoxie sese comedere, si supra carbones fuerint tosti, atque omnis resina ex iis fuerit consumpta & deflagrata. Arbor decem jam inplevisse debet annos, ac crassitiem habere vulgaris Mangæ, antequam resinam fundat, primis etiam tribus vicibus majores profert fructus quam subsequentibus, pugnum scilicet magnos, *Gajangæ* formæ, dein sensim minores gerit fructus.

Toti quoque arbori nociva adscribitur exhalatio, Macassarenses saltem aliique Celebes populi hanc adeo timent, ut non diu sese sub illa sistere audeant, multo minus sub ejus requiescere umbra, æque hanc ac subsequentem fugientes arborem, dicuntque corpus inde intumescere, malignisque affici pustulis, si diu sub ejus umbra quis sese componat, vel ejus guttas excipiat. Dum vero tam celebrem exhibeat vernicem, aliæ intrepide nationes hanc visitarunt arborem, præcipue Sinenses & Touncquinderi, qui magnam adhibent prudentiam ad colligendam ejus resinam:

effen, beneden steeken de ribben wat scherp uit, op zeer korte steelen.

Het bloeizel hangt aan trossen, en gelykt na dat van stinkers, te weeten een geelachtig en vuil witte bloem, met veele roode draaden uitgevult.

De vruchten hangen aan dezelfste trossen, drie en vier achter malkander, gelykende na kleine Gajang, *twee duimen breed, uit den ronden wat scheef, en te wederzyden gedrukt, als platte Castanjen, aan de kanten dik, en aan veele, als gesleepen. Van buiten hebbenze eenige uitbuilende aderen, uit den bruinen graauw en hard. Onder het buitenste velleken leid een dunne vooze substantie, in de verschte zappig, als aan de stinkers, maar hairig opdroogende, straks daar onder leid een nooteken van dezelfde figuur, als de buitenste vrucht, en onder deszelfs dunne houtachtige schale een hardachtige heest, gelyk Castanjen, wit-geel, rykelyk een wit hers uitsweetende, die straks bruin besterft.*

De stam werd zo dik, als een gemeene Mangas-boom, eer hy zyn hers geeft.

Het hout is wel digt, doch voos, en moeyelyk om te kappen, omtrent het hert bruin, aan de kanten wit en swart gemengt. Tusschen het hout en binnenste velleken der schorsse zit een dikachtige melk, dewelke spaarzamelyk uitsweet, zo van zelfs door de reeten, als door gemaakte quetsuren. Dezelve eerst uitkomende, is dik, vuil-wit, en kleeverig, als de melk van Soccun, *maar besterft straks bruin-geel, en ten laatsten pik-swart, blinkende en hard, kortafbreekende, als* Mastix *of het* Gummi Sandaracha. *Men vindze geenzints met groote stukken of klonteren, maar met dunne kegeltjes, zo aan den stam, als dunne takken. Dit hers nog week zynde, doch principalyk de melk eerst uit den stam sweetende, is zo brandig van eigenschap, dat zoze iemant op het lyf raakt, het zelve deel doet verbranden, en sweeren, vinniger als de melk van wilde* Cassoe, *of* Lenat *en* Stincker. *Evenwel als zy eens hard geworden is, zo bewyst zy geen schadelykheid meer, al drinkt men uit koppen en schaaltjes, die daar mede verlakt zyn. Dit hers nu is dat vermaarde Sineeze vernis, hier boven genaamt, waar mede men alderhande Schrynwerk, niet alleene van Tafels, Stoelen, en Kantoren, allerlei klein huisraad, kommetjes, schaaltjes, maar ook geheele wanden binnen de huizen in Sina vernist, 't welk men in 't gemeen* Verlakken *noemt, dewyle de vreemdelingen abusivelyk gelooven, dat zulke werken met het* Gummi Lacca *toebereit werden, gelyk men waarlyk in Bengala, Souratta, en andere plaatzen van Indiën doet, daar het zelve Gummi valt. Hoe dit hers zal gekookt, en toebereid werden, om het houtwerk te verlakken, ziet hier onder.*

De melk of het weeke hers mag zo schadelyk zyn, als 't wil, zo heb ik echter met verwondering ervaren, dat de Kackerlakken niet alleen het lakwerk van de Kontooren, daar het gescheurd is, afknagen, maar ook de versche vruchten, die rykelyk melk gaven, op myne tafel weg gelegt, schier teenemaal opgegeeten hebben, waar uit ik meene, dat die schadelyk eigenschap niet lange by die melk moet blyven, zynde het resterende vleesch van de vrucht niet meer schadelyk, als de melk of het hers uitgesweet is.

Want de Celebische volkeren van de landen Boegi en Loebo verzeekeren my, datze de vruchten in haar land zonder schroom eeten, alsze eerst op koolen gebraden zyn, en daar door al het hers verbrand is. De boom moet wel tien jaren oud zyn, en zo dik, als een volwasschene Mangas-boom, eer hy zyn hers geeft; ook geven de eerste twee en drie dragten veel grooter vruchten, dan de gemeene, te weten een vuist groot, in gedaante als Gajang, *daar na draagt hy allengskens kleindere.*

Den geheelen boom werd ook een schadelyke uitwassinge toegeschreeven, immers de Macassaren en andere Celebische volkeren zyn daar zo bange voor, om lang daar onder te staan, veel min onder deszelfs schaduwe te rusten, even als voor den volgenden giftigen boom, zeggende, dat by het lichaam doet opswellen, en met vuurige puisten uitslaan, als men lang daar onder rust, of den drop op ons valt. Dewyl hy echter zulk een vermaarden vernis uitgeeft, hebben zig andere Natiën verstout onbeschroomt daar by te gaan, inzonderheid de Sineezen en Touncquinders, dewelke nog al groote voorzigtigheid moeten gebruiken,

nam: Quod sequenti fit modo. Sinensium plurimi simul sub vesperam ad illum exeunt locum, in quo hæ crescunt arbores, quæ nullibi occurrunt, ubi homines vel animalia transeunt, quisque sibi quasdam eligit arbores, in quarum trunco binas figit Bambu arundines superius acuminatas, ita ut corticem perforent & parum inclinent, quas per noctem in ipsis relinquunt, & ante solis ortum altero die illas extrahunt, per diem enim nullum emittit succum, unus vero horum majori, alter minori copia hanc suscipit resinam, prout arbores pingui vel gracili locatæ sunt loco, hanc quoque resinam certis tantum anni temporibus fundunt, quum flores nempe incipiunt proferre, collectam resinam commiscent hi socii, ut quisque æqualem obtineat portionem, atque hæc caussa est, caro hanc resinam constare pretio, quum singulum Pickol, centum Sinenses continens libras, in Sinensium provinciis, in quibus non crescit hæc arbor, ducentis & trecentis constet inperialibus, in Toncquien vero & Cambodja pro triginta, quinquaginta, & sexaginta obtineri potest inperialibus. Sinensibus quoque in usu est, si huic accedant arbori, prius leniter ejus arrodant truncum, antequam Bambu arundines ipsi infigant, volentes quasi hoc indicare, sese illam non timere, dicunt enim meticulosos prius ejus noxam persentire quam intrepidos.

Nomen. Latine *Arbor Vernicis.* Sinensis Atlas & *Petrus Kirckerus* ipsam vocat *Sandaracham Sinicam* & *Gluten Sinicum:* Malaice & Macassarice dicitur *Caju Sanga.* In Java *Ingas* & *Rangas.* Baleya *Sasuru*, uti præcedentem *Arborem Lactariam* denominarunt *Sasuru Utan.* Sinenses arborem vocant *Tsjiu Tsjat.* Boegenses & Loebockenses *Belawa.* Ejus resina mihi dicitur *Vernix Sinica*, Sinensibus *Cië*, illi autem, qui apud nos vivunt, illam vocant *Tschat.* Malaice & Siamice *Amrac.*

Locus. Sinensis *P. Martini* Atlas indicare videtur, resinam hanc in decima tantum Sinæ provincia, *Chekiang* dicta, crescere, a Sinensium vero mercatoribus intellexi, in aliis quoque provenire provinciis, immo extra Sinam, uti in Quantung, Tuncking, quod ipsis *Tamkia* dicitur, Cambodja, & Siama, usque in Malaccæ tractum. Ac porro in Java, Baleya, & Celebe, circa planos quoque Mari campos, & in sinu Tellico, Indica enim species plurimum in planis crescit campis, circa magna flumina, in Sina autem in montibus plerumque provenit, quibus provincia *Chekian* repleta est. Celebicas vero arbores haud multum a Sinensibus differre, tales mihi pro vero indicarunt Sinenses, qui utrasque viderunt arbores, excepto quod Sinica arbor majora gerat folia ac fructus. Duplicem quoque fundunt vernicem, prima & optima est crocea, instar auri splendens. Altera est nigerrima, qualem Indicæ nostræ arbores tantum exhibent.

Fructus ex Macassara ad me missi, & in camera depositi, omnes fere progerminabant, quosque terræ committebam, omnes fere propullulabant, & in arbores excrescebant, unde constat facile propagandas esse hasce arbores. Juniores arbusculæ plurima gerebant folia in orbem disposita, eo loci ubi ramuli dividuntur, quod in adultis raro observatur arboribus.

Usus. Noxia hæc arbor nil præbet nisi istam vernicem, qua Sinenses, Tunkinderi, & Japonenses tot elegantia præparant & obducunt opera, unde & periculosæ huic accedere arbori sustinent. Optimum vero est ex ipsorum relatu, quod qui ipsi adsueti sunt, non facile ejus persentiant noxam; ipsisque certum antidotum notum est contra ejus malignitatem, cui certissime fidunt, sed peregrinis illud detegere nolunt: ita ut illorum arbor æque noxia sit ac illa Macassarensium, unde homines nempe intumescunt cum difficili pruritu & ardore, sique hoc negligunt uti remedio, in Phthysin tandem incidunt, ex qua languescentes sensim consumuntur atque intereunt.

Resina autem sequenti præparatur modo in vernicem; Ad resinæ libram tantum recipe oleum seu pondus *Tang-Ybu*, quæ arbor Sinica est, ex affinitate *Bonga Tanjong*, ex cujus fructibus pellucidum præparant croceum Oleum, nostro Oleo Lini simile, alii ad tres resinæ libras unum sumunt Olei pondus, quod cum ea leniter coquunt, & vernicem dat nigerrimam: Si vero ad unam resinæ libram bina Olei pondera sumant-

ken, om het hers te vergaderen, en geschied aldus. De Sineezen gaan met geheele troepen uit tegens den avond na de plaats, daar deze boomen staan, dewelke men nergens vind, daar omtrent Menschen en Vee verkeeren, ieder kiest hem eenige boomen uit, in welkers stamme hy twee Bamboesjes steekt, voor toegespitst, datze in de schorsse gaan, en wat afhangende, latenze dien nagt over daar in steeken, en halenze des anderen daags voor Zonne opgang daar uit, want over dag willen zy niet druipen, zo krygt den eene veel, den anderen weinig, na dat de bomen op vette, of op magere gronden staan, ook geeven zy dit hers ook alleenlyk op zekere tyden des jaars, te weten; als zy beginnen te bloeyen, het vergaderde smyten zy dan t'zamen, die van eene Compagnie zyn, om dat een ieder alleen zo weinig heeft, en hier van komt het, dat het een diere waar is, geldende een Picol van hondert Sineeze ponden in de Sineeze Provincien, daar hy niet valt, twee en drie hondert Ryksdaalders, maar in Toncquien en Cambodja kan men hem voor dertig, vyftig, en zestig Ryksdaalders hebben. De Sineezen hebben ook in gebruik, datze na deze boomen gaande, eerst zagtjes in den stam byten, eerze de Bamboezen daar in steeken, willende betoonen, datze voor hem niet beschroomt zyn, want zy zeggen, dat de vertzaagde eerder en ligter het letzel daar van gevoelen, dan de stoute.

Naam. *In 't Latyn* Arbor Vernicis, *in den Sineezen Atlas, en by* Petrus Kirckero *werd het hers daar uitkomende genaamt* Sandaracha Sinica *en* Gluten Sinicum, *in 't Maleyts en Macassers hiet by* Caju Sanga. *Op Java* Ingas *en* Rangas. *Op Baleys* Sasuru, *gelykenze dien voorigen* Arbor Lactaria, Sasuru Utam *noemen. De Sineezen noemen den boom* Tsjiu Tsjat. *By de Boegissen Loebockers* Belawa. *Zyn hers noem ik in 't Latyn* Vernix Sinica, *in 't Sinees* Cië, *doch de gemeene Sineezen, die hy ons verkeeren, noemen het* Tschat. *In 't Maleyts en Siams* Amrac.

Plaats. *Uit den Sineezen Atlas van* P. Martinus *zou het schynen, als of dit hers alleene in de tiende Provincie van Sina* (Chekiang *genaamt*) *viel, doch van de Sineeze Koopluiden verstaa ik, dat het ook in andere provintien, ja zelfs buiten Sina gevonden werd, als in Quantung, Tuncking, 't welk zylieden* Tamkia *noemen, Cambodja, en Siam, tot in het district van Malacca. Voorts op Java, Baley, en Celebes, omtrent de vlakke velden van Marus, in de bogt van Tello, want deze Indiaanze zoorte wast meerendeels op vlakke velden, omtrent groote rivieren, maar in Sina valt het meest op de bergen, waar van de Provincie* Chekian *vol is. Dat nu de Celebische boomen van de Sineeze niet veel verschillen, hebben my zodanige Sineezen verzekert, die beide boomen gezien hebben, behalven dat de Sineeze boomen wat grooter van bladeren en vruchten zyn. Zy geven ook tweederlei vernis, de eerste en beste is hoog-geel, blinkende als gout. De tweede en naast de beste is de pikswarte, gelyk onze Indische boomen alleen uitgeven.*

De vruchten van Macassar aan my gezonden, en in een kamer gelegt, schooten schier allegaar uit, en zo veel ik 'er in de aarde stak, wierden tot boompjes, waar uit blykt, datze ligt voort te teelen zyn. De jonge boompjes hadden veele kringen van bladeren aan de plaats, daar zig de takjes verdeelen, die men aan de oude boomen niet veel ziet.

Gebruik. *Van dezen schadelyken boom heeft men niets, dan het voornoemde vernis, waar mede de Sineeze, Tunkinders, en Japanders zo veele schoone en verlakte werken maken, gelykze ook dien periculeuzen boom durven naderen, doch het beste is na haar zeggen, dat die hem gewent zyn, niet ligt eenige schade gevoelen, zynde onder haar lieden een zeker tegengift bekent tegens deszelfs schadelykheid, daar zy vast op gaan, en aan de vreemdelingen niet openbaren willen, zo dat hare boomen alzo schadelyk zyn, als de Macassersche, doende de luiden opswellen met een moeyelyke brand of jeukte, en ten laasten, zo zy dat hulpmiddel niet gebruiken, in een teering vallen, waar vanze al quynende sterven.*

Het hers werd aldus toebereid, dat het een vernis werde, tot een pond hers neemt een pond Oly van Tang-Yhu, *'t welk een Sineeze boom is, uit de maagschap van* Bonga Tanjong, *uit wiens vruchten zy een klaar gout-geel Oly maken, onze Lyn-zaad-Oly niet ongelyk, andere nemen tot drie ponden hers, een pond Oly, kooken dat zagtjes t'zamen, zo hebt gy een pik-swarten vernis. Maar als men tot een pond hers neemt twee ponden Oly, zo krygt*

mantur, ex fusco luteam præbet vernicem, aliquando etiam pallide flavam, qua lignum læviter obducitur, ita ut ejus venæ transpareant; si porro inter coquendum ipsi admisceantur Minium, Gallarum pulvis, vel alia sicca pigmenta, opera, quæ hac vernice obducuntur, talem adquirunt colorem, qualem gerit admixtum pigmentum. Liquidum decoctum *Tsjat* aqua semper obtegendum est, ne induresçat. Vernice autem obducta opera in loco humido & frigido semper deponenda sunt, ut ibi siccentur, quod lente procedit, si vero semel fuerint exsiccata, nunquam dein mollescunt, excepto si aqua tepida ipsis affundatur, unde vernix sæpe dissolvitur.

Ex Siama & Cambodja Sinenses mollem excoctam deferunt hanc resinam cacabis infusam in Japanam cum magno lucro, hodie enim Japanensium ars est optima præparandi & obducendi opera ligniaria hac vernice, unde & quotannis magnam consumunt hujus vernicis quantitatem, ipsorumque elegantia nigra opera vernicata per totum distrahuntur mundum.

Boegenses & Loeboxenses populos hujus arboris fructus supra ignem tostos innoxie comedere posse, supra indicatum fuit. Sinenses autem recusant aliquid ex hac arbore ingerere.

Si sicci hujus arboris fructus tractentur, illorum exterior pellicula comminuitur, & cutis pruritum excitat, vetitum quoque est ex hujus arboris ligno focum exstruere, quum noxium exhalet & fundat fumum. In memorato Maro sæpe tam prope flumini adstat, ut ejus fructus & folia in aquam decidant, unde caveat sibi quis, in illo circiter loco natet: Quando Macassarenses hanc cædere volunt arborem, suum tegunt & obvolvunt caput, manus ac pedes linteis, ne conspurcentur vel tangantur ab ejus halitu, qui insensibilis tamen est.

Sangites. Malaice Mestica Sanga, est lapis durus, glaber & frigidus, ad instar Silicis crescens, sed rarissime in fructibus *Sangæ*, formamque fere ipsius fructus retinet, sed minorem. Magnitudinem habet Denarii Batavi, in medio pollicis circiter crassitiem, ab utraque autem protuberat parte, & undique ora lata obducitur, ita ut fere Lenti-formis sit; in ejus superficie quædam venarum partes apparent seu punctula, quæ protuberant, qualia in ipso conspiciuntur fructu, est adeo dura, ut abradi nequeat, sed ab ipsa explorari possit, ac porro gravis & frigida est, coloris ferruginei seu spadicei, ac glabra. Macassarensis homo, a quo hanc acceperam, pro vero mihi affirmabat, ejus populares fructum ex arbore pendentem vidisse, cujus superior pars in dendritem degenerata erat, inferior vero adhuc vegetabilis, unde funiculum arbori alligabant, ut explorarent & attenderent, quo tempore totus quantus hic fructus in lapidem mutatus esset: Post aliquot vero septimanas elapsas signum in isto quidem observabant ramo, sed fructus totus lapideus erat, deciduus, ac sub arbore decumbens.

Cum arboris ramulo delineata conspicitur, similemque dendritem asservabant ejus amici, ejusdem formæ ac magnitudinis ac descripta.

A Macassarensibus tales in magno habentur pretio, quas corpori alligant, tam solas quam aliis lapillis junctas, superstitiose credentes, inde felices, & a vulneribus inmunes fore in bellis. Cuncta metalla ad illam explorari possunt, uti ad Lapidem Lydium, argentum vero melius auro, ob spadiceum suum colorem. In Java hæc arbor frequentius in montibus quam in planis occurrit locis, ejus autem incolæ artem ignorant præparandi & colligendi ex ipsa vernicem, exceptis Sinensibus ibi habitantibus, qui parvam aliquando ejus colligunt quantitatem, quam non ex trunco, sed ex eradicatis colligunt radicibus.

Ejus durum ac durabile lignum aptum quidem est postibus domuum, nemo autem sibi præsumit illam excidere, excepto Javanorum genere *Vunnam* dicto, qui illam intrepide, & uti dicunt, innoxie tractant, vulgus autem non audet ad ipsam accedere.

In *Rumphii Appendice* hæc inveniuntur.

In Tsjeriboni districtu invenitur circa ostia magnorum & cœnosorum fluviorum, in quibus copiosi inveniuntur Lamii pisces, unde & hæc vitatur arbor, tum & ob pruritum & scabiem, quam pili & guttæ pluviales

krygt men een bruin-geelen vernis, zomtyds ook licht-bruin, waar mede men 't hout dunnetjes verlakt, dat men zyne aderen daar door zien kan, verders als men onder 't kooken Vermiljoen, fynen Ocker, of andere drooge verwe daar onder mengt, zo werd het lakwerk rood-geel, en van zodanige verwe, als gy daar onder mengt. Het week gekookte Tsjat *moet men altyd met water bedekt houden, op dat het niet hard werde. De verlakte werken moet men aan een vogtige koele plaats stellen, en daar laten opdroogen, 't welk nog al langzaam toegaat, maar eens gedroogt zynde, werd nooit wederom week, behalven met warm water, waar van 't lakwerk los gaat.*

Uit Siam, en Cambodja vervoeren 't de Sineezen week gekookt met groote potten vol na Japan, en dat met groote winst, want hedensdaags hebben de Japanders den prys, het schoonste lakwerk te maken, en dierhalven verbesigenze jaarlyks een groote meenigte van deze vernis, werdende haar schoone swart verlakte werken door de geheele weerelt getrokken.

Dat de Boegische, en Loeboxe volkeren de vruchten op koolen gebraden, zonder schade eeten kunnen, is boven gezegt: Maar de Sineezen weeten daar niet af, willende daar niets van nuttigen.

Als men de drooge vruchten handelt, zo bryzelt het buitenste velleken, en veroorzaakt een jeuken op de huid, ook werd verbooden het hout van den boom te branden, als van zig gevende een schadelyken rook. Op het voornoemde Marus staat hy zomtyds zo digt aan de rivier kant, dat de vruchten en bladeren in 't water vallen, daar omtrent dan niemant baden zal. Als de Macassaren den boom willen omkappen, zo bewindenze haar hooft, handen, en voeten met doeken, datze niet geraakt werden van zyn scherpe lucht, die nogtans ongevoelig is.

Sangites. *In 't Maleyts* Mestica Sanga, *is een steen hard, glad, en kout, als een gemeene kaysteen, groeijende, doch zeer zelden uit de vrucht van* Sanga, *ook schier de gedaante van de vrucht behoudende, doch kleinder. Hy is in de grootte van een Hollandze schelling, en in de midden schaars een duim dik, want te weerzyden huilt hy met een ronde huik uit, en rondom heeft hy een breede rand, zo dat hy schier Linsse-vormig is. Op zyn vlakte loopen eenige stukken van aderen of pukkeltjes, die wat uitpuilen, diergelyke men ook aan de vrucht ziet. Hy is zo hard, dat men daar af niet schrappen, maar wel toetzen kan, koud, en swaar, van coleur als Yzerroest, of Castanje-bruin, doch glad. Den Macassaar, van de welk ik hem heb, verzeekerde my, dat zyne Landslieden de vrucht aan den boom hebben zien hangen, zynde van vooren al half in steen verandert, en het achterste nog groeyende, weshalven zy een touwetje aan den boom bonden, om op te letten wanneer hy geheel in steen zoude verandert zyn: Doch na verloop van eenige weeken, vondenze het teeken wel aan den tak, maar de vrucht was geheel en al in steen verandert, afgevallen, en onder den boom leggen.*

Gy ziet hem by het takjen van den boom afgeteekent, en daar was nog een zulken steen by zyne vrienden, van dezelfde grootte en gedaante, als de myne.

Zy werden by de Macassaren in groote achting gehouden, om volgens haar bygeloof aan 't lyf te dragen, zo alleen, als met andere mesticas gemengt, om gelukkig en onquetsbaar ten Oorlog te zyn. Alle metalen kan men daar op toetzen, gelyk op een anderen toetssteen, doch het zilver steekt beter uit, dan het goud, wegens zyne donker-bruine coleur. Op Java vind men dezen boom meer op de bergen, dan in de vlakte; doch de Inlanders weeten den vernis daar uit niet te trekken, behalven de Sineezen aldaar woonachtig, die zomtyds een weinig daar uit halen, 't welk zy luiden niet uit den stam, maar uit de afgekapte wortelen tappen.

Zyn hard en durabel hout is wel bequaam tot stylen aan huizen, doch niemant durft zig onderstaan dezen boom te kappen, behalven het Javaanze geslagte Vunnam, *dewelke hem onbeschroomt, en zoze zeggen, onbeschadigt handelen, maar de gemeene man is te bang, om hem te naderen.*

In de Appendix *van* Rumphius *werd dit 'er bygedaan.*

Men vint hem in 't district van Tsjeribon, omtrent den uitgank van groote en moerassige rivieren, daar zig veele Caymans ophouden, waarom men dezen boom schouwt, namentlyk, wegens 't moeylyke jeuken en schurftheid, dewel-


A
B
C

les ex hac decidentes arbore, & cutim tangentes causant, tum & ob vicinum Crocodilum, qui sub hac sese fovet arbore. Intellexi quoque *Rangaas* Javanice denotare tuber, quod Crocodilus tanquam probosci-dem gerit, cum qua irregulares hujus arboris fructus compararunt & inde denominarunt.

Tabula Octogesima Sexta.

Ramum exhibet Arboris vernicis dictæ. Ubi Litt.
A. Fructum ejus naturali exhibet magnitudine.
B & C. Binas sistunt dendrites, quæ in hoc fructu sæpius crescunt, & inveniuntur diversæ figuræ, unde & *Sangites* quoque vocantur.

OBSERVATIO.

Variæ sunt opiniones de generatione *Vernicis* & *Gummi Laccæ*, alii enim credunt a formicis alatis præparari, uti ab Apibus cera, alii autem sponte ex arboribus profluere, quod cum vero magis convenire videtur, statuunt, atque hæ iterum arbores variæ sunt toto cœlo a sese invicem diversæ, quas collegerunt. *Valent. in histor. simpl. reform. pag.* 276 & seq. *Dale in Pharmac. p.* 335. *Pomet histoire de Drogues. p.* 273. inter Botanicos occurrunt *Hernandes*, *Rajus*, *Bauhinus*, *Cleyerus*, *Hermannus*, aliique, qui de hisce commentati sunt, & ex prioribus colligi possunt laudatis scriptoribus. Omnes autem illæ arbores ab illa Rumphii penitus diversæ sunt, uti id ex examine mihi constitit.

welke de stofjens en regen-droppels van dezen boom afvallende op de huid veroorzaken, en wegens de presentie van den Cayman de welke daar onder zig hakert. Ik verstaa ook dat Rangaas *in 't Javaans hiet de bult of knobbel, die den Cayman voor op de neus heeft, waar mede zy de rompelige vruchten dezes booms vergelyken, en daar na genoemt hebben.*

De zes-en-tachtigste Plaat

Vertoont een Tak van de Verlak-boom. Alwaar Lett.
A. Deszelfs vrucht in zyn grootte verbeeldt.
B en C. *Twee steenen*, die in de vrucht groeyen, en daar van *Sangites* genaamt werden.

AANMERKING.

Verscheide zyn de gevoelens omtrent de generatie van het Vernis, en de Gom-Lac, het welk sommige meenen dat de gevleugelde Mieren bereiden, gelyk het was door de Beyen gepre-pareert wert; andere stellen, het geen ook het waarschynelykste voorkomt, dat het van zelve uit de boomen vloeidt, en deeze zyn weder zeer verschillende, welke by een vergadert hebben *Valent.* in zyn *Histor. simpl. reform. p.* 276. en de volgende. *Dale* in zyn *Pharmac. p.* 335. *Pomet* in de *Histoire* de *Drogues pag.* 273. onder de Botanisten zyn *Hernandes*, *Rajus*, *Bauhinus*, *Cleyerus*, *Hermannus*, en andere, die daar gewag van maaken, welke uit de eerste Schryvers ligt te vinden zyn; dog alle die boomen verschillen van deeze, die by *Rumphius* voortkomt, zo als my zulks by onderzoek gebleken is.

CAPUT QUADRAGESIMUM QUINTUM.

Arbor Toxicaria. Ipo.

NOn inveni hactenus horribilius, ac detestabilius toxicum, quod ab ullo producitur vegetabili, quam quod ex hac lactescente colligitur arbore. Lactescentem voco hanc arborem, quum succum fundat ex fusco rubrum, uti præcedentes lacteum dant; Illius autem venenosus succus est, quo Indi per totam aquosam Indiam potissimum gloriantur, & Belgarum arma eludunt, quemque milites nostri quondam magis timebant, quam tormenta bellica ac bombardas, ejus autem natura & antidotis hodie magis notis ac detectis, quam antea, non ita hoc timent venenum, nec tanti æstimatur.

Vera hujus arboris forma plurimis ignota est, quum prudens natura nocivam hanc arborem procul ab hominum habitationibus separaverit, & in ignotis montibus & solitudinibus locaverit, quorsum litorales incolæ vix pervenire possunt, sed illud accipiunt venenum a feris montium incolis, qui veram arboris formam non possunt vel nolunt describere. Credibile enim est, sese hanc arborem, quantum possint, litoralibus ac peregrinis celare. Immo D. *Cornelis Speelman*, qui circa annum 1670 per quatuor annos bellum gessit in Celebes regione, ac tandem superbam illam Macassarensium nationem sub suum reduxit inperium, ipse veram hujus arboris figuram nec ejus notitiam detegere potuit, sed demandabat *Maximiliano de Jong*, qui præfectus fuit novis sub inperio redactis ditionibus, ut omnem navaret operam, ad hujus arboris notitiam sibi comparandam.

Ab ipso nihil aliud intellexi nisi modum colligendi venenum istud ex hac arbore, illudque præparandi atque usurpandi, nullam vero arboris formam, quam postea describam. Anno dein 1681 D. *Cops* Senator Extraordinarius Indiæ, tum autem Macassaræ præfectus, continuis meis precibus non tantum altiorem hujus arboris notitiam, sed etiam ejus ramos, ac collectum mihi transmisit ex hac arbore venenum. Duplex invenitur hæc arbor, mas nempe & femina, ac primo ramulos & venenum feminæ per signiferum deputatum accersit ex unica arbore, quæ reperitur in Mari regione circa pagum Sudyan.

Alteri

XLV. HOOFTSTUK.

Macassarsche Gift-Boom.

IK hebbe tot nog toe niet gehoort van een schrikkelyker en snooder vergift, 't welk van eenige planten komt, dan 't geene deze zoorte van Melk-boomen uitgeeft. Ik noem hem een Melk-boom, om dat hy een bruin-roode zap uitgeeft, gelyk de voorgaande haar witte melk, zynde dit zap den meesten trots der Indianen door gantsch Water-Indiën, waar mede zy de Nederlandsche wapenen durven tergen, en waar voor de Soldaten eertyds banger waren, dan voor 't Kanon en Musquet, doch wiens aard en tegenmiddelen hedensdaags beter bekent zynde, dan te vooren, werd het zelve nu zo niet meer geacht of gevreest.

De regte gedaante van den zelven boom is meest onbekent, om dat de voorzigtige natuur dit snoode gewas verre van de wooningen der menschen afgezondert, en in de onbekende gebergtens en wildernissen geplaatst heeft, daar heenen de Strand-woonders niet wel konnen komen, maar het zelve ontfangen van de wilde Berg-woonders, die de eigentlyke gedaante niet wel konnen, nog willen beduiden. Want het is ongelooflyk, datze dien boom voor de Strand-woonders en vreemdelingen zo veel verborgen houden, als zy konnen. Zelfs de E. Heer Cornelis Speelman, *dewelke omtrent het jaar* 1670., *by de vier jaren op 't land Celebes geoorloogt, en eindelyk die stoute Natie der Macassaren teenemaal ondergebragt heeft, konde evenwel tot de regte kennis van dien boom niet geraken, doch liet bevel aan* Maxmiliaan de Jong, *zynde gestelt tot President over de nieuwe Conquesten, allen mogelyken vlyt aantewenden, om kennis van dien boom te krygen.*

Van den zelven heb ik anders niet bekomen, dan de manier om het gift uit dien boom te verzamelen, te prepareren, en zyn verder gebruik, maar niets van de gedaante des booms, 't welk ik hier na stellen zal. Eindelyk 1681. *heeft de Heer* Cops, *Extraordinaris Raad van Indiën, doenmaals President van Macassar, op myn instandige aanhoudinge my niet alleen nader berigt van dien boom, maar ook deszelfs takken, en vergaderd gift toegezonden. Het bestond in twee zoorten: Namentlyk het eerste waren takjes en gift van een Wyfjes-boom, de welke zyn E. door een expresse gecommandeert Vaandrager heeft laten afhalen van een eenige boom, dewelke in 't land van Marus omtrent de Negory Sudijan staat.*

De

Alteri autem ramuli & arundines hoc veneno repletæ petitæ erant per *Radjæ Tanettes* populum ex mediis montibus, quos populi *Toradjas* dicti inhabitant, certius affirmantes, illos esse maris ramos, quæ proprie vera est arbor, ex qua genuinum hoc colligitur toxicum: Maris ramulum delinerari curavi, & utriusque subsequentem composui descriptionem, ac primo feminam, quæ maxime nota est, describam.

Primo itaque *Toxicaria arbor femina* truncum gerit crassum, estque maxime extensa instar Mangæ arboris, cujus cortex est rugosus, fissus, & obscure cinereus.

Truncus ac crassi rami in geniculos quodammodo divisi sunt, sed non completos, ac late distantes: Lignum est flavum, solidum, nigrisque maculis variegatum, foliorum rachides sunt tenues, breves, & foliis plurimis obsessæ sine ordine ac fere sessilibus. Hæc autem formam habent Lansii foliorum vel proprie *Ampelas*, sed tenuiora & flaccidiora utrisque, sex septemque pollices longa, tres quatuorve transversales digitos lata, superiore parte rugosa, inferiore lanuginosa, æqualia seu integra, obliquis pertexta venis, & in notabilem apicem desinentia, sicca autem gilva sunt. Fructus producet sine dubio, sed hactenus nondum mihi perspectos, quos reduces describere mihi non poterant.

Sine noxa ad ipsam accedere quis potest, si modo curet, ut caput & humeri linteis obducti sint, ne ejus stillicidium talem tangat, unde corpus intumesceret. Dicunt quoque nullas plantas vel gramina sub hac crescere, æque ac sub mare.

Ut ejus succus excipiatur, tenuis arundo Bambu dicta adhibetur, superius acuminata instar hastæ jaculatoriæ, quæ trunco infigitur, in quam sanguineus exstillat succus, qui mox obscure ruffus concrescit: Hoc est feminæ toxicum, multo minus efficacius illo maris, nec sponte sua lethalis, unde & ad ferarum capturam adhibetur. Si vero ad bellum usurpetur, cum illo maris inficitur, ut utriusque exaltentur vires.

Altera *Toxicaria arbor mas* truncum gerit altiorem, comamque angustiorem, cujus rami quoque crassi in articulos divisi sunt: Ejus rachides sunt copiosæ & breves, foliis undique obsitæ, sine ordine brevissimis insidentes petiolis, ita ut quædam sessilia videantur. Hæc illis feminæ haud dissimilia sunt, sed minora & firmiora, illis *Ampelæ* magis similia, quinque sexve pollices longa, binos ac tres lata digitos, subtus quoque lanuginosa, seu instar panni mollia, diuque viridia sunt, licet fuerint siccata, quum illa feminæ gilva sint.

An fructus gerat nec ne, nemo mihi indicare potuit, ne talis quidem, qui ejus venenum collegit. Sub hac quoque arbore nullæ plantæ, frutices, vel gramina crescunt in tota ejus peripheria, immo ne quidem ad lapidis jactum, estque terra sub hac sterilis, fusca, & quasi exusta. Perniciosissimæ hujus arboris species tanquam indicium malignitatis gerunt, quod sub hac avium pennæ ac plumæ reperiantur, aër enim circa hanc arborem adeo infectus ac venenosus est, ut aves ipsius ramis insidentes, vertiginosi fiant, ac mortui decidant; Ejus rami in magna Bambu arundine mihi transmissi adeo efficaces ac caustici erant, ut, si manus huic arundini inponerentur, mox titillarent, eodem fere modo ut artus congelati, si foveantur. Omnia quoque pereunt, quæ ejus halitu tanguntur, ita ut cuncta etiam animalia hanc vitent arborem, nec ipsam prætereant, immo aves ipsam transvolare fugiant.

Nullus homo ad ipsam accedere audet nisi obvolutis brachiis, pedibus, ac capite linteis, alioquin mox sentit gravem artuum titillationem, unde & rigescunt ac sensum perdunt: Ejus stillicidium in alicujus corpus depluens illud tumidum reddit, nec sub hac arbore detecto capite quis stet, ni capillorum profluvium patiatur: ita ut mors pedem ac sedem suam fixisse prope hanc arborem videatur.

Sub hac tantum habitat cornutus anguis instar galli gallinacei cucuriens, cujus oculi per noctem instar ignis micant, in Macassara *Ular Balu* dictus, qui aliquando etiam circa hominum inhabitationes seu pagos sese confert, ubi glociens sæpe auditur. Alii Celebes incolæ mihi hujus serpentis formam ac speciem describunt, qui

De andere takjes en rietjes met gift waren gehaalt door Radja Tanettes *volk, verre uit het gebergte, daar de wilde volkeren* Toradias *woonen, met volle verzeekering aan zyn E., dat die van 't Manneken waren, zynde den eigentlyken gift-boom, daar van 't regte spatte-gift gemaakt werd. Een takje van 't Manneken heb ik laten afteekenen, doch van beide, de volgende beschryving gemaakt, zullende voor eerst het wyfken, als meest bekent, stellen.*

De eerste Gift-boom het Wyfken, *zet een dikken stam, en breid zig uit, als een Mangas-boom, de schorsse is gerimpelt, gescheurt, en donker-graauw.*

De stam en dikke takken zyn eenigzints in leeden verdeelt, die niet doorgaan, en wyd van malkander staan. Het hout is wit-geel, digt, en met swarte stipjes gespikkelt, de ryskens zyn dun, kort, en vol bladeren, aan 't uitterste schier zonder steelen, en order. Zy hebben de gedaante van Lanze-bladeren, of eigentlyker van Ampelas, *doch dunder en slapper, dan die beide, zes en zeven duimen lank, drie en vier dwers vingers breed, aan de bovenste zyde ruig, aan de onderste wolachtig, met effene kanten, zeer schuinze ribben, en een merkelyke spitze, de drooge besterven vaal. Hy zal eenige vruchten dragen, doch die my nog onbekent zyn, en de brengers wistenze niet te beschryven.*

Men kan hem zonder schroom genaken, als men maar 't hooft, en schouders met doeken bedekt heeft, dat ons zyn drop niet raake, waar van 't lyf zal opswellen. Men zegt ook, datter nog loof, nog gras daar onder wast, zo wel, als onder 't Manneken.

Om den zap daar uit te krygen, neemt men een dun Bamboesje, aan 't voorste eind toegespitst, als een werpspiets, en steektze in den stam, zo loopt een bloedige zap daar in, die straks donker-ros besterft. Dit is het Wyfkens gift, veel slapper in kragt, dan 't Manneken, en aan zig zelfs niet dodelyk, dierhalven tot het jagen van het wild gebruikelyk: Doch als men 't tot Oorlogen bezigen wil, zo vermengt men 't met het Mannekens-gift, om beide even kragtig te maken.

De tweede Gift-boom 't Manneken, *is hooger van stam, en smalder van kruin, mede aan de takken in wyde leeden verdeelt. De ryskens zyn veel en kort, digt met bladeren bezet, zonder order achter malkander, op zeer korte steeltjes, zo dat ook zommige schynen gene te hebben. Deze zyn 't Wyfken niet ongelyk, doch kleinder en styver, die van* Ampelas *gelyker, vyf en zes duimen lank, twee en drie vingers breed, van onderen mede wolachtig of zagt, als laken, behoudende hare groenigheid lange, al zynze gedroogt, daar die van 't Wyfken vaal besterven.*

Of hy vruchten draagt, of niet, heeft my niemant konnen zeggen, zelfs die gene niet, die daar onder zyn geweest, en 't gift vergadert hebben. Onder dezen boom en wel een steenwerp rondom, groeid nog loof, nog gras, nog eenig geboomten, blyvende 't aardryk dor, ros, en als verzengt. Onder de kragtigste zoorte zal men ook tot een teeken vinden, veeren van vogels, want de lucht rondom deze boomen is zo vergiftigt, dat eenige vogels op deszelfs takken willende rusten, straks duizelig werden, en doot nedervallen. De takken in een groote Bamboes gestooken, en wel toegestopt, my van Macassar toegezonden, waren nog zo kragtig, dat als men de hand daar in stak, een tintelen daar aan gevoelde, gelyk men aan de bevroore leeden doet, als men weder in de warmte komt. Alles gaat uit, wat hy met zynen wind raakt, zo dat ook alle gedierten myden dezen boom voorbytegaan, en de vogels daar over te vliegen.

Geen Mensch derft hem genaken, zonder hooft, armen, en beenen met doeken bewonden te hebben, of hy werd gewaar een swaar tintelen in de leeden, datze daar van styf, en zonder gevoelen werden. De drop van de bladeren iemant op 't lyf rakende, doet het zelve opswellen, men moet ook onder den boom niet staan, met ongedekten hoofde, of de hairen vallen uit; zo dat de doot hy dezen boom zyn tente schynt opgeslagen te hebben.

Alleen woond daar onder een geboornde slang, kakelende als een hoen, of zo andere willen, kraayende als een haan, en by nagt met vuurige oogen, op Macassar Ular Balu *genaamt, dewelke ook zomtyds by de Negoryen komt, daar menze aan haar kakelen gewaar werd. Andere Celebische Inwoonders beschryven my de gedaante van deze slang*

qui sub Toxicaria habitat arbore, instar Basilisci, quod nempe sit animalculum, binis insistens in anteriore corporis parte curtis pedibus, unde & erecto procedit capite, in quo cristam vel cornu gerit, halitu suo homines & aves tanquam veneno inficiens, unde & e longinquo telis occiditur. Rex Lubo seu Tolubo, (quæ est regio sita in boreali Celebes ora ad sinum magnum Australem) lapidem seu Mesticam primi descripti anguis glocientis habuit, quæ rubra erat & quasi ignea; alterius animalis seu Basilisci unicam habeo instar duplicis libellæ, supra semi sphæricæ figuræ, infra planam instar globuli dissecti, coloris cristallini opaci, quæ ab uno latere maculam gerebat albicantem, & in alio loco a me descripta est nomine *Dracontias.*

Nomen. Arbor nobis latine dicitur *Arbor Toxicaria.* Belgice *Macasserse Gift-boom* seu *Spatten-boom.* Malaice *Caju Upas:* Succus ejus venenosus *Toxicum Macassarense.* Belgice *Spatten-gift.* Malaice *Upas.* Macassarice, & per totam Celebem *Ipo*, quo nomine & arborem denotant. Prima illa russa veneni species, quæ ex femina colligitur, cognominatur a Macassarensibus *Pacanre Sama Jang*, & Malaice *Maccan Cawul*, h. e. ede vel serva fidem, dum minores habet vires, & ex ejus toxico quis curabilis sit, si servet fidem, quod plerumque in eo consistit, quod curatus epulas exhibeat, altera seu perniciosissima maris species Malaice dicitur *Upas Radja*, in Macassara *Lupo Matta Joe*, seu Malaice *Djato Matti*, quum hoc veneno infectus & vulneratus mox procumbat & moriatur: Secundum hoc toxicum durius semper est ac nigrius primo, fere instar picis, sed per ignis calorem liquescit. Utraque innoxie tractari possunt, nec damnum adferunt, si vivum modo non tangant sanguinem, immo Celebes incolæ ingerere audent hoc pro remedio interno, uti postea indicabitur.

Tela, quæ hoc inficiuntur veneno, Malaice *Sompit* dicta, bacelli sunt tenues ultra pedem longi, immo sæpe sesquipedales, ex tenui ligno seu arundine confecti, culmi crassitie, recti, & firmi, in horum extremo lata ac denticulata superficies ex Lamii piscis dente confecta adaptata est, quæ veneno obducitur forma gummi nigricantis, in inferiore teli parte oblongum apparet suber, formatum ad canalem fistulæ emissoriæ. Fistula hæc seu *Sompittan* longitudinem viri habet ex duro & nigricante ligno fabricata, interius excavata canali recto & æquali ad digiti minoris crassitiem. Huic inmittuntur tela ista, quæ flatu emittuntur tanta vi, ut ad sclopeti minoris distantiam ejiciantur, quamprimum vero tale telum aliquid tangit, ejus hamus infixus remanet, telumque istud parvum tantum extrahitur, vel solum decidit sponte sua.

Venenum autem ejus calidum penetrans sanguinem mox sese per omne diffundit corpus, ita ut in venis persentiri possit, ingentem enim caussat æstum ac simul gravem capitis vertiginem, cui inpotentia & mors subsequitur.

Ad bellum sese accincturi tela hæc veneno infecta Canali ex Bambu arundine confecto inmittuntur, qui operculo firmiter occluditur, si vero per annum adservantur hæc tela, minoris sunt efficaciæ.

Locus. Natura noxiam hanc arborem, uti dictum fuit, longe ab hominum habitationibus separavit, ejusque patria est proprie Celebes, cuncti veneni mater, ubi sedem suam fixit apud *Toradias*, qui montium incolæ sunt feri, inter *Mandaram* ad septentrionem, *Tomontano* ad Orientem, & ad Borealem provinciæ *Lubo* plagam, quæ *Toradiis* vicina est, sese extendentes. Lubenses autem primum eunt ad pagum Tamboge, qui per semi-diei spatium a litore distat, & prope fluvium Moyke situs est, quique diei spatio vel itinere distat a pago Massamba, unde *Ipo* seu venenum istud petunt, ut & ex pagis Lubo subjacentibus. Aliam quoque viam petunt prope pagos Paloppo & Walendra, unde per diei iter veniunt ad Bolongam, inde Awangum, ac porro ad Sadanium, ubi has arbores ipsis demonstrant. Ut autem hujus veneni collectio rite instituatur, adhibent Macassarensium vel Boegensium regem vel principem quempiam, ne Toradias illos fallant: Hinc itaque Boegenses & Mandarenses illud emunt.

Arbor autem ipsa ibi crescit in desertis ac nudis montibus, atque e longinquo facile dignoscitur, quum nul-

slang, die onder den Gift-boom woont, als een Basiliscus, zullende een klein dier zyn, aan 't voorste met twee korte beenen, waar door het met het hooft opgeregt gaat, op het zelve een kam of hoorn hebbende, met zyn aassem Menschen en Vogelen vergiftigende, weshalven het van verre met pylen doot geschooten werd. Den Koning van Lubo of Tolubo (zynde een Landschap aan 't Noort einde van Celebes groote Zuid-bogt gelegen) zal een steen of Mestica van de eerst genoemde kakel-slang gehad hebben, rood en vuurig, van de tweede heb ik 'er een, zo groot als een dubbeltje, boven half-rond, beneeden plat, als een doorgesneeden kogel, van verwe, als donker-kristal, aan de eene zyde met een witte plek; op een andere plaats van my beschreeven onder den naam van Dracontias.

Naam. *Den boom noemen wy in 't Latyn* Arbor Toxicaria, *in 't Duits* Macassaarze Gift-boom *of* Spatten-boom. *In 't Maleyts* Caju Upas. *Den giftigen zap daar uit vergadert, hiet* Toxicum Macassarense: *In 't Duits* Spatte-gift. *In 't Maleyts* Upas: *Op Macassers, en doorgaans op Celebes* Ipo, *gelyk zy ook den boom noemen. De eerste rosse zoorte (van de Wyfkens-boom komende) werd bygenaamt in 't Macassers* Pacanre Sama Jang, *in 't Maleyts* Maccan Cawul, *dat is, eet, of houd u belofte, dewyl het slapper van kragten is, en men daar van geneezen kan, als men zyn belofte houd, bestaande gemeenelyk in 't geven van een maaltyd, de andere of snoodste zoorte van 't Manneken, hiet in 't Maleyts* Upas Radja, *op Macassers* Lupo Matta Joe, *of in 't Maleyts* Djato Matti, *om dat de gequetste daar van terstond neervalt, en sterft. Dit tweede vergift is altyd harder, en swarter, dan het eerste, schier als pik, doch smelt door de warmte in de Zon: Beide zyn onschadelyk te handelen, en doen ons geen quaad, als zy maar 't levend bloet niet raken, ja de Inwoonders van Celebes durven het inwendig nemen tot eenige Medicyn, gelyk hier na zal gezegt werden.*

De pyltjes of flitzen, waar aan dit vergift gesmeert word, in 't Maleyts Sompit *genaamt, zyn dunne stokjes, rykelyk een voet lang, en zommige anderhalven, van een dun houtje of rietje gemaakt, in de dikte van een stroohalm, doch regt en styf. Aan 't voorste eind steekt een beentje, of haayen-tantje, daar het venyn aangesmeert is, in gedaante van een swarte Gom: achter steekt een lankwerpig korkje, gefatzoeneert na de pyp van 't Spatroer. Dit Spat-roer of* Sompittan, *is zo lang, als een man, van hard en swartachtig hout gemaakt, van binnen met een doorgaande holle pype, daar pas een pink in mag, zeer regt egaal geboort. Hier in steekenze de voornoemde spatte of blaaspyltjes, en blaazen dezelve met een schielyke kragt daar uit, 't welk omtrent de distantie van een Pistool-schoot treft, zo dra dit pyltje ergens invaart, zo blyft het angeltje steeken, en den lossen pyl trekt men uit, of valt van zelfs af.*

Het venyn 't warme bloet rakende, verspreit zig terstond over 't geheele lyf, dat men 't in de aderen voelen kan, veroorzaakt een groote brand, en daar op een swaare draaying in 't hooft, waar op de onmagt, en den doot volgt.

Ten Oorlog gaande, werden deze Spatten in een kooker van Bamboezen gedaan, waar op het dekzel digt sluit, evenwel na verloop van een jaar, verminderen deze Spatten al vry van hare kragten.

Plaats. *De natuur heeft dezen schadelyken boom, als gezegt, verre van de wooningen der menschen afgezondert, en zyn eigen Vaderland is Celebes, de moeder van alle fenyn, daar hy zyn zitplaats heeft by de* Toradias, *zynde wilde Berg-woonderen, tusschen* Mandar *in 't Westen,* Tomotano *in 't Oosten, en benoorden de Provincie* Lubo, *'t welk naast aan de Toradjas paald. Die van Lubo gaan eerst na de Negorye Tamboge, een halve dag van strand, by de rivier Moyke, van daar van nog een dagryze tot de Negorye Massamba, daarze het* Ipo *halen, beide Negoryen onder Lubo sorterende. Zy gebruiken nog een andere weg, by de Negoryen Paloppo en Walendra, van daar een dagreyze landwaart in komt men eerst aan Bolong, van daar na Awang, en voorts na Sadanii, die de boomen aanwyzen. Tot deze commissie gebruikt men de een of ander Macassaarse of Boegische Creyn, dat is, Koninksken of Prins, op dat de Toradjas geen bedrog daar onder mengen. Van hier koopent dan de Boegische, en die van Mandar.*

Hy groeid aldaar op kale bergen, en is van verre wel te kennen, dewyl geen geboompte daar omtrent staat, en 't land

nullæ ipsi adstent arbores, terraque ipsi supposita sit sterilis & quasi exusta. Arbor femina dicta in declivibus crescit locis post Marum prope pagum Sudian. In Sumatra & Borneo sine dubio etiam occurret, nempe in Borneo in provincia Landas & Cute, in ejus provincia Orientali e regione Macassaræ, ubique in desertis montibus, unde & arboris forma litoralibus populis ignota est, dum Orang-Dayas seu feri homines montani ejus adferunt succum. Cutensis autem succus penetrantissimus habetur, non quia Celebensis æque bonus censetur, sed quum putatur montanos istos populos seu Toradjas primarium sibi reservare, ac viliorem Macassarensibus largiri. Quum enim Mandarenses & Lubenses, cum Toradjis suis Macassaræ subjecti sint, hinc per montanos suos curam gerere debent, ut quisque arundinem Bambu hoc repletam veneno Macassarensium regi tanquam tributum solvant & adferant, quum ipsi animus est bellum gerere.

In Baleya in Baturæ regione ad Orientalem plagam talis quoque reperitur arbor toxicaria, cujus succum montani Baleyæ regi tanquam tributum adferunt, in ollis ex Bambu confectis collectum, estque venenum hocce triplex nigrum, rubrum, & croceum, quod efficacissimum & optimum. Hocce veneno tela sua & canales emissorios obliniunt, quos sub cubilibus, quæ inhabitant, asservant, nolentes quasi nociva ac mortifera hæc instrumenta super ipsorum capitibus pendere. Hujus veneni antidotum est radix alba *Djerudju* masticata & illinita, vetantes simul, ne vulneratus sub tectum sese conferat.

Hoc autem toxicum sequenti colligitur modo: Nemo vero audet tam prope ad hanc accedere arborem, ut ejus succum manibus excipiat. Persentiret enim mox omnes artus quasi congelascentes ac spasmodice affectos. Unde primum caput obvelant, manus, ac pedes linteis, dein sumunt supra descriptas acuminatas longas arundines Bambu, quas summa vi & oblique cortici inferioris trunci infigunt, quo enim magis accedit ad radicem, eo efficacius est venenum, talesque quatuor vel quinque Bambu arundines uni infixæ arbori per tres quatuorve dies relinquuntur, per canalem istum sanguineus exstillat succus, qui brevi post condensatur & indurescit, inque una specie ruffescit, in altera nigricat. Supremus harum arundinum geniculus hoc tantum repletur succo, reliqua pars amputatur, utque hoc venenum sit magis nocivum, longis ipsam arborem mox cædunt securibus, quum ejus succum extraxerint, dicentes, si arbor ipsa moriatur, omnes quoque tales occidi, qui ultimo hocce succo inficiuntur ac vulnerantur. Si vero arbor superfit, venenum sensim suas amittit vires. Hoc autem credo cum paucissimis institui arboribus, alias enim diu imminutæ essent, hanc autem speciem conservant tantum pro Radjos seu regibus ac magnatibus.

Quum succus extractus adhuc sit molliusculus, in magnis parvisque inpingitur glebis, vel manibus in longos formatur volvulos, quos Bambu arundini inmittunt.

Omnes hi volvuli ac glebæ in Macassaram transportatæ a quodam magnatum *Creyns* dictorum, qui plerumque est *Creyn Sumana*, cujus officium est illa sancte asservare, in separata domo Castelli Boerenbong, ut in modico caloris gradu conservarentur, nimium enim frigus illis nocet, ac nimius calor multo magis nocivus est, unde decemplici obvolvuntur linteorum involucro, ac omni septimana iterum dissolvuntur, detergentur, linteaque ac panni ipsis mundantur glebis, quibus dein involvuntur.

Volvuli quoque omni septimana ex Bambu arundinibus extrahuntur, qui pannis fricantur, donec splendeant, ut & ipsæ Bambu arundines, quibus dein inmittuntur, itaque obvolvuntur, ut aër penetrare nequeat.

Hocce opus perficiunt plerumque feminæ, timentes, si viri accederent, aliquid de hoc subtracturi aut furaturi essent. Alii autem Creyns seu magnates caussa etiam servant portionem; Hæc quoque caussa narratiunculæ, quondam a sciolo *Maroceano* inter nostrates dispersæ, menstruum nempe muliebre huic misceri veneno, atque in eum finem Macassarensium feminas bracteis indutas esse, in quibus istud colligebant, & tradebant summo hujus veneni custodi, quod tamen nunquam a quodam Macassarensium viro vel femina audi-

't land daar onder dor, en versengt is. De Wyfkensboom groeid in de laagte achter Marus, by de Negorye Sudian: Op Sumatra, en Borneo zal hy ook vallen, te weten op Borneo in de Provincie Landas, en Cute van deszelfs Oost-zyde tegens over Macassar, over al verre in 't gebergte, weshalven de gedaante des booms de Strandwoonders mede onbekent is, dewyl de Orang-Dayas, of wilden den zap afbrengen. Dat van Cute werd wel voor 't kragtigste gehouden, niet als of het op Celebes niet zo goed zoude zyn, maar om dat men meende, dat de Bergliedеn of Toradjas het eerste onder haar houden, en 't slegte aan de Macassaren geven. Want dewyl Mandar, en Lubo met haar Toradias onder Macassar staan, zo moetenze door hare Berg-lieden bestellen, dat een ieder hooft voor hooft, een rietje of Bamboesje met dit gift gevult, aan den Koning van Macasser tot tribuit moet afbrengen, wanneer hy ten Oorlog wil gaan.

Op Baley in 't districł van Batur, aan de Oost-zyde gelegen, werd ook een zulke Gift-boom gevonden, welkers zap de Berg-lieden aan den Koning van Baley tot een tribuit brengen, in potten en Bamboezen vergadert, van driederlei coleur, swart, rood, en geel, welk laatste het beste is. Zy besmeeren hare pylen, en spatten daar mede, die zy dan onder hare woonkamers bewaren, willende quansuys dezen doot niet boven hare hoofden hebben. Zyn tegengift aldaar zyn de witte wortels van Djerudju, *gekaauwt en opgesmeert, gebiedende daar by, dat den gequetsten onder geen dak mag komen.*

Dit gift werd op de volgende manier vergadert, niemant derft zig verstouten, dezen boom zodanig te naderen, dat hy den zap met de handen daar uit wilde halen: Want hy zoude gevoelen, als of hem al de leden wilden opkrimpen, en verstyven: Dierhalven bewindenze eerst het hooft, handen, en beenen met doeken, daar na neemenze de bovengemelde lange en toegespitste Bamboezen, dieze met kragt, en wat schuins in de schorsse van den onderstеn stam stooten, want hoe nader aan de wortel, hoe kragtiger het vergift is, vier of vyf Bamboezen in eenen boom, latende die drie of vier dagen daar in steeken, zo loopt dan langs dat geutje een bloedig zap uit, daar het week kort daar na hard werd, en aan de eene zoorte ros, aan de andere swart besterft. Het voorste lid van deze Bamboezen werd maar vol, de rest kapt men af, om dit gift nog quaadaardiger te maken, zo kappenze den boom terstond met lange bylen omver, wanneer zy den zap uitgetrokken hebben, zeggende, als den boom sterft, dat dan alle die gene ook moeten sterven, dewelke met den laatsten zap, daar uitgetrokken, gewond werden: maar zo den boom in 't leven blyft, zo werd ook het vergift mettertyd minder scherp. Doch ik geloove, datze dit met de weinigste boomen doen, anders zouden die al lang vermindert zyn, en deze zoort bewarenze maar voor hare Radjas, en Grooten.

Terwyl het uitgetrokken zap nog wat week is, zo werd hy in groote en kleine klonteren gepakt, of met de handen tot korte rollen geformeert, dewelke effen in een Bamboesjen gaan.

Alle de bollen en rollen nu op Macasser gebragt zynde, werden by een van de groote Creyns, wiens werk het is, zynde gemeenelyk Creyn Sumana, *in zyn Kasteel Borrenbong, in een afgezondert huis zeer zorgvuldig die te bewaaren, en in een middelbare warmte te onderhouden, want al te groote koude is haar schadelyk, maar al te groote hitte nog veel schadelyker, dierhalven werd het wel tienvoudig bekleet, en precys eens om de zeven dagen los gemaakt, geveegt, de doeken en lappen uitgeschut, en schoongemaakt, dan weder ingepakt.*

De rollen neemt men insgelyks alle weeken uit de Bamboezen, vryftze met oude doeken of, tot datze glimment worden, als mede de Bamboezen, steektze als dan weder daar in, en bewindze dat 'er geen lugt aankome.

Dit werk latenze in 't gemeen door vrouwen doen, vreezende, dat de mannen daar by komende, iets daar van mogten steelen, doch de andere Creyns hebben mede iets in bewaring. Dit is oorzake van een mal praatje, eertyds by den neeuswyzen Marocean *onder onze uitgestrooit, dat het* Menstruum Muliebre *onder dit vergift gemengt werde, en dat tot dien einde de vrouwen op Macassar moesten broeken dragen, om 't zelve te vergaderen, en aan den generaal tuigmeester overleveren, 't welk wy noit van eenig Macassars man of vrouw hebben verstaan kon-*

audivimus. In ædibus istis, in quibus hoc adservatur toxicum, nullæ squillæ nec conchæ torrendæ sunt.

Si ad bellum profecturi sint, hocque præparare velint venenum, ut hocce tela sua & canales emissorios obducant, omnes volvuli ac glebæ simul adferuntur, quæ variis constant coloribus ac viribus, concolores vero in unum colliguntur acervum. Quænam vero sint efficacissimæ, ad visum non ita dignosci potest, sed hoc detegitur experimento. Recipe radicem *Lampoejang*, Macassarensibus *Lampoem*, & *Allia Paya* dictam, h.e. Zingiberis amaræ, hanc contunde, & in aqua macera, donec sit mucilaginosa, exprime & transcola per linteum, hujus aquæ parvam infunde patinæ portionem, cui inmitte portiunculam hujus veneni: Periti mox ex subita ac majori vel minori ebullitione de viribus dijudicare possunt. Glebæ, quæ iisdem constant viribus, simul contunduntur, istique infunduntur mucilaginosæ aquæ, quum mox summa certe admiratione conspicitur, qua ratione hoc venenum suas exercere incipiat vires ac sævire, quod tanta ebullit seseque convertit sæpe vi, ut in medio tota conspiciatur fovea, per quam fundus patinæ appareat, quod vero parvam tantum exhibet ebullitionem ac commotionem, debile censetur.

Viscoso hoc succo extremitates telorum inbuuntur; quæ, uti dictum est, ex Lamii piscis dentibus confectæ sunt, si autem hisce destituuntur, eorum loco acuminatam arundinem adhibent, quas in canalibus bene obturatis conservant. Optimæ horum telorum species per binos annos virtutes suas retinent, sunt autem quædam, quæ intra unius alteriusve mensis spatium suas perdunt vires, & mortua quasi sunt: Tota enim hujus veneni massa, si non rite conservetur, cito corrumpitur: Putant autem vulgarem speciem post anni lapsum non amplius mortem adferre, cujus signum est, si succo *Lampoejang* infusum hoc venenum non effervescat, quo alias acuitur & exaltatur. Hæc nulli nocet tractatio, nisi quod ardorem internum quis percipiat, sed plurimum ab optima specie.

Toxicum hoc innoxium habetur, quam diu cum succo *Lampoejang* non fuerit commixtum, immo dicunt, sine hoc nunquam satis indurescere, ac facile detergi per vestimenta, si per illa transeat, cum hoc autem succo si fuerit commixtum & oblinitum, ita indurescit, ut eo per clypeum penetrare possint. Hujus veneni efficacissima species seu *Upas Radja*, quæ Regi tantum suisque asservatur magnatibus, ex communi opinione incurabile adfert vulnus, vilior autem species vulgo largitur ac distribuitur, quum ad bellum eat.

Aliquando fit, ut forte fortuna antidoto quodam a præsenti ac subita morte quis liberetur, & post binos tresve annos elapsos (licet talis sese curatum credat) inde tamen moriatur, talibus autem maxime nocet & periculosus est coitus cum feminis: & uti inter herbas *Lampoejang* edulis est & ad olus usurpatur, sic hæc herba alicui, qui ex vulnere hisce telis inflicto sese curatum putat, certam adfert mortem, si comedatur.

In ultimo Madjerasensium bello, quum Macassarenses putabant totam vastare Amboinam, ipsorum superbiam ac fiduciam, quam in telis suis hoc veneno infectis habebant, sensim edocti sumus eludere, non tantum variis antidotis, quæ in subsequenti proponemus capite, sed etiam certo vestimentorum genere & modo, præfecti enim ac potentes ampla habebant vestimenta ex corio Hispanico confecta, quæ adeo capacia erant, ut supra alias vestes hæc gestare possent, qualia sunt tunicæ, Braccæ, & Ocreæ, inque capite alta mythra seu rugosa Hispanica pilea, nautæ vero, quique glandes igniarias emittunt, ac primum inpetum faciunt, vestimenta hæc habebant ex velis lintearijs confecta, quumque hæc laxa & libera e corpore dependebant, apices telorum illorum emissorum illis infixa hærebant. In frontispicio militum erigebatur velum pice obductum, quod fissuram habebat transversalem, per quam sclopeta sua emittebant ignivoma, attamen aliquando unum alterumve telum per illud transibat, quum nimis fortiter esset extensum. Cavendum nobis quoque erat ab ipsis fistulis emissoriis, in quarum summo propugnatores mucrones ferreos instar hasta-

konnen. In de huizen, daar men 't bewaart, moet men geen Garnalen of schulpen braden, of branden.

Als zy nu ten Oorlog gaan willen, en dit gift prepareeren, om op de flitzen of spatten te stryken, zo werden alle de klontertjes en rollen by malkander gebragt, die dan van verscheide coleuren en kragten zyn, wanneer die van eenderlei coleur by malkander gelegt werden: Doch om de kragtigste van malkander te onderscheiden, kan niet wel met het gezigt geschieden, maar werden aldus geprobeert. Neemt de wortel van Lampoejang*, in 't Macassars* Lampoem*, en* Allia Paya*, dat is, bitter Gember genaamt, kneust die, en weektze in water, tot dat het zelve wat kleverig werd, drukt, en zygt het dan door een doek, giet daar van een weinig in een kommetje, en snyd daar in een klontje of schrapzel van 't vergift. De ervarenste konnen als dan straks aan de haastige kookinge, en lage of hooge opborlinge van de kragt oordeelen. Alle de klontjes van een kragt werden alsdan t'zamen gestooten, en in dat kleverige water gedaan, wanneer men met verwondering ziet, hoe dit vergift begint te woeden, en zyn kragten te vertoonen, kookende, en omdraayende, dat men zomtyds in de midden een kuil, en in dezelve den grond van de schotel of bak kan zien; maar 't geene slegts een kleine roering vertoont, werd voor slap gehouden.*

Dezen kleverigen zap werd als dan aan de punt van de flitze gestreeken, zynde gemaakt, als gezegt, van bayetanden, of zo zy die niet hebben, van een toegespitst rietje, die zy dan in wel geslootene kookers bewaren. De beste slag kan zodanig wel twee jaren goet blyven, en daar zynder ook, die binnen een maant of twee heel doot en kragteloos werden; want ook de geheele massa, indien menze niet bezorgt, en wel na vereysch gade slaat, en bewaart, in der haast bederven kan. Ordinaris gelooft men van 't gemeene slag, dat het na verloop van een jaar niet meer dodelyk is, en daar van is een teeken, als het in den zap van Lampoejang *niet meer kooken wil, waar mede men 't anders weder aanzet: Deze handeling beschadigt niemant, behalven dat men een inwendige hitte daar van gevoelt, doch meest van 't beste.*

Dit vergift houd men dan voor onschadelyk, zo lang het met den zap van Lampoejang *niet vermengt werd, ja men zegt, dat het zonder den zelven noit ter deegen hart werd, en werd in 't spatten door de kleeren ligt afgestreeken, maar met dien zap gemengt, en aangesmeert, werd zo hard, datze door een schild daar mede kunnen schieten. De kragtigste zoorte van dit vergift of* Upas Radja*, dewelke maar voor den Koning, en zyne grooten bewaart werd, is na 't gemeene gevoelen ongeneesbaar, maar de slegter zoorte werd onder de gemeene man uitgedeelt, wanneerze ten Oorlog gaan.*

Het gebeurt zomwylen, dat men by geluk door eenig tegengift van een haastige doot bevryd zynde, na verloop van een, twee, a drie jaar (schoon men meent genezen te wezen) daar nog al evenwel van sterft, en voor zulke zeer quaad en periculeus is de vermenging der vrouwen, en gelyk onder de aard gewasschen de Lampojang *eetbaar, en mede tot Sayor gebruikelyk is, alzo is dat goet voor iemant, die meent van een Spatten-quetsuur geneezen te weezen, een gewisse doot, zo men daar van nuttigt.*

Wy hebben in den laatsten Madjerasschen Oorlog*, wanneer de Macassaren vermeinden geheel Amboina af te loopen, haren trots, die zy op hare snoode spatten gesteld hadden, allenskens geleert te verydelen, niet alleen door verscheide tegenmiddelen, dewelke wy in 't volgende Kapittel zullen voorstellen, maar ook door een zekere manier van kledinge. Want Officiers, en die 't vermogen hadden, maakten wyde klederen van Spaansch leer, zo ruim, datze dit gemakkelyk boven de andere kleederen konden aantrekken, als rokken, broeken, en laarzen, en op het hooft een hooge myter, of ruige Spaanze muts, matroozen, en Granadiers, die den aanval moesten doen, maakten zulke kleeden van Zeildoek; want dewyl alles los en ruim om 't lyf hing, zo bleven de spitzen van de blaaspylen daar in steeken. Voor de front van de Zoldaten wierd een blinde van hresenninge of geteert Zeyldoek gezet, met een scheur dwers daar in, waar door zy konden vuur geven, evenwel vloog zomtyds een pyl hier door, dewylze te styf gespannen stonden. Wy hadden ons ook te wagten voor de Spat-roeren zelfs, waar aan de voorvegters yzere spitzen, als pieken hadden, met vergift aangesmeert, en op de onze inloopende, daar dan de pieken goet voor waren,*

haſtarum infixos gerebant hoc quoque veneno infectos, quibus invadebant milites noſtros, cui actioni hæ haſtæ optime inſerviebant, quam methodum noſtri dein quoque ſecuti fuere, qui tales alligabant haſtas ſclopetis ſuis.

Quo modo autem vilis hujus veneni ſpecies ad venationem præparetur in ſequente vide capite.

welke manier daar na onze oppaſſers nadeeden, bindende diergelyke ſpitzen aan hare Snaphanen.

Hoe men de ſlegtere zoorte van dit vergift tot de jagt prepareren zal, ziet mede in 't volgende Kapittel.

Hæc in *Appendice* addita ſunt.

Anno 1694 mihi fructus transmiſſus eſt, quem adfirmabant fuiſſe Macaſſarenſis arboris Toxicariæ, quem tam proxime, quam potero, deſcribam, quemque ſimul figuræ addidi. Magnitudinem habebat globuli ſclopeti, duriſſimus erat & ſicciſſimus ac rugoſus, per quatuor enim annos jam adſervatus fuit, externe erat obſcure fuſcus inſtar quarundam gallarum. Putamen vero exterius adeo firmiter internæ adnectitur ſubſtantiæ, ut ſeparari nequeat, internaque hæc ſubſtantia inſtar cornu dura eſt, quæ non niſi vi ſindi poteſt. Color itidem corneus eſt, inſtar medullæ minoris *Calappi-Laut.*

Dit is in de Appendix *daar by gedaan.*

Anno 1694. *is my een vrucht gezonden, met verzekering, datze van een Macaſſaarze Gift-boom was, dewelke ik dan zo na beſchryven zal, als ik kan, en in de figuur heb laten by teekenen. Zy was in de grootte van een roerkogel, zeer hard ingedroogt en rimpelig, want den eigenaar hadze al by de vier jaren bewaart. Van buiten bruin-grauw, gelyk zommige Galnooten. De buitenſte dunne ſchaal hangt zo vaſt aan de binnenſte ſubſtantie, datze niet te ſepareeren is, zynde de binnenſte ſubſtantie zo hard als hoorn, dat menze niet dan met geweld doorkappen kan. De coleur is mede hoornverwig, gelyk het merg van de kleine* Calappa-laut.

Tabula Octogeſima Septima.

Ramum exhibet Arboris Toxicariæ, *Ipo* dictæ, ubi Litt. A. ejus *fructum* repræſentat.

De zeven-en-tachtigſte Plaat

Vertoont een Tak van de *Spatte-Boom* Ipo genaamt, alwaar Lett. A. deszelfs vrucht verbeeldt.

OBSERVATIO.

Macaſſarenſis hæc arbor Toxicaria in *Valent. Amboinæ deſcript. pag.* 218 quoque occurrit, ubi mas & femina itidem enumeratur, & mas No. L. exhibetur, No. LI. quæ feminam repræſentaret, ibi deficit.

Cæterum inter arbores venenatas *Ipo* ſeu *Hypo* deſcripta quoque occurrit in *Ray. tom.* 3. *Append. pag.* 87. De telis autem deleterio hocce veneno infectis in Macaſſara & Celebe vide *Valent. epiſt.* XV. *Indiæ literatæ pag.* 434.

AANMERKING.

De Macaſſerze vergiſt- ofte *Spat*-Boom, komt mede voort by *Valent.* in de *beſchryving* van *Amboina pag.* 218. alwaar mede het Mannetje en Wyfje vermeldt werd, en op de Plaat onder *No.* L. het Mannetje verbeeldt, dog de LI. Figuur van het Wyfje manqueert.

Onder de Vergiftige boomen werd de *Ipo* ofte *Hypo* in de *Append. van het derde deel* van *Ray.* op *pag.* 87. beſchreven, en de pylen met dit vergift beſtreeken en vergiftigt, werden by *Valent.* in de XV. brief van het geletterd *Indie pag.* 434. beſchreven.

Tab. LXXXVII.

CAPUT QUADRAGESIMUM SEXTUM.

De Viribus & qualitatibus præcedentis toxici, ejusque antidotis.

IN præcedenti capite diximus efficacissimam hujus veneni speciem præsentem ac inevitabilem adferre mortem intra spatium dimidiæ horæ, immo sæpe intra minus quadrantis, atque contra hoc nullum hactenus inventum fuisse antidotum, quod Macassarensium reges sæpe in morte damnatis instituerunt. Utque magis hujus virus deleteria exploraretur vis, quosdam damnatos in pollice tantum manus vel pedis vulnus telo hoc veneno infecto inflixerunt, statimque vulneratum amputarunt articulum, justoque modo ligamenta applicarunt, ut tentarent, an talis superstes esse possit. Horrendum vero atque atrox hocce venenum per venas jam ita erat diffusum, ut totum inquinatum corpus mox periret, & hinc talis moreretur. Dum vero istud virus multos malignitatis suæ habeat gradus, atque efficacissimum brevi temporis spatio, si negligatur, nec rite & arcte conservetur, multum de virtutibus suis amittat, favens ac mitis natura homini multa detexit antidota, quæ mox enarrabimus.

Inprimis vero cognoscendum est *Ipo* hoc vires exercere non posse, quamdiu vivum non adtingat sanguinem, ac secundo innoxie ad varias adhiberi posse res, sed primum succo *Lampoejang* exaltari, & in actum deduci; hoc sane arcanum naturæ est, talem humani generis hostem innoxie intra corpus assumi posse, illumque malignam suam qualitatem accipere a tali radice, quæ Zingiberi & Zedoariæ affinis est, quæ alioquin veneni antidota sunt.

Ipo itaque crudum nec commixtum antidotum est contra ictus venenatorum piscium, ac morsus Millepedarum, si hujus emplastrum vulneri applicetur, quod dolorem citius sedat, ac venenum melius extrahit, quam ullum aliud remedium. Porro, si alicujus corpus ulcerationibus & scabie scateat, talis hujus *Ipo* pilulam cum Musæ fructus carne commixtam assumat, quæ omnem intestinorum inpuritatem attrahet atque expellet; Hoc etiam *Ipo* tali præparari potest modo, ut fera animalia ac præcipue Cervi hoc possint enecari, atque innoxie ipsorum caro comedi. Hunc in finem neutiquam eligenda est fortissima species, ne talis cervus mox ac pacate moriatur, atque proin investigari nequeat, sed ejus debilissima species, quæ commiscetur cum succo herbæ *Rami*, unde vehementer clamitant vulneratæ feræ, ita ut persequi eas liceat, & quod mirum, harum caro sine damno editur. Si ita sit præparatum hocce venenum, vulnerato homini ingentem quoque adfert dolorem, ita ut corpus vehementer commoveat & pervolvat, oculos contorqueat, spumamque oris emittat. Qui autem a viliore & debiliore specie sunt sauciati, eundem sentiunt ardorem ac capitis vertiginem, nullum autem mortis periculum illis inminet, si modo idonea mox ipsis suppeditentur remedia.

In primis Amboinensium bellis nullum aliud notum erat remedium, nisi nauseosum atque abhorrendum, *excrementum humanum*, quod vulneratus bono animo deglutire coactus erat, unde vehemens subsequebatur vomitus, cujus vi, quantum videtur, veneni ἐνέργεια enervabatur, atque e corpore expellebatur, seu foras eliminabatur; Hoc inter milites tanta agebatur alacritate, ut, si quis, qui hoc requirebat remedium, nec ipse sibi suppeditare posset, alium rogare socium coactus esset, ut pro se dosin exonerare ac subministrare vellet. Valiantensis centurio *Bonoæ*, *Tabalille* vocatus, hocce remedio quatuor vel quinque horum telorum vulnera enervavit, quæ in corpore suo & etiam facie exceperat. Quum vero postea quosdam caperemus Macassarenses, tam ex iis, quam ex ipsorum feminis, nunc lenociniis, nunc minis ac vi meliora quædam edocti fuimus remedia, quorum quædam tamen effica-

XLVI. HOOFDSTUK.

Van de kragten, en eigenschappen des voorgaanden Spatten-gifts, en de Remedien daar tegen.

IN het voorgaande Kapittel hebben wy gezegt, dat de kragtigste zoorte van dit vergift een onvermydelyken doot hybrengt, en dat binnen de tyd van een half uur, ja zomtyds minder dan in een quartier uurs, en dat daar en tegen tot nog toe geen remedien zyn gevonden, het welk de Macassaarsche Koningen aan misdadigers dikwils geprobeert hebben. En om nog meer de snoodigheid dezes fenyns te ontdekken, hebbenze zommige misdadigers alleenlyk in een teen of duim met een spatte laten steeken, het gequetste lid terstont afkappen, en behoorlyk verbinden, om te zien, of den mensche mogte behouden werden: Doch het grouwelyke vergift was al door de aderen, en het geheele lyf gevloogen, en bragte den mensche om. Maar dewyl het voornoemde gift veele graden van zyn boosheid heeft, ook het alachtersterkste in korten tyd, en by verzuim van nauwe bewaringe, in zyn kragten merkelyk afneemt, zo heeft de goede natuur de menschen al wederom verscheide tegenmiddelen aangewezen, die wy hier straks zullen verhalen.

Doch alvoorens staat te weten, dat het Ipo *zyne kragt niet kan oeffenen, zo lang het geen levend bloet raakt, ten tweeden, dat het tot veele dingen onschadelyk kan gebruikt werden, en eerst door het zap van* Lampoe-Jang *gaande gemaakt en onsteeken word, 't welk inderdaat een geheimenis der natuur is, dat zulken vyand van 's menschen leven zonder schade in 't lyf kan genomen werden, en dat hy ontsteeken word door zodanigen wortel, die uit de maagschap vam* Gember *en* Zedoaria *is, die men anders tegen venyn gebruikt.*

Het rauwe en onvermengde Ipo *dan is zelfs een tegengift, als men van venynige visschen gestoken, of van duizent-beenen gebeeten word, als een pleister op de quetsuure gelegt, trekt de pyn en het venyn terstond uit, veerdiger, dan eenig ander ding. Wederom als iemand het lyf vol ulceratien en schurft heeft, die zal een klein pilletje van dit* Ipo *met vleesch van Pissang innemen, 't welk alle onzuiverheid in de darmen zal naar zig trekken, en uitvoeren. Zo kan men ook dit* Ipo *zodanig bereiden, dat men 't wilt, inzonderheid de hertebeesten daar mede schieten kan, en haar vleesch onbeschroomt eeten mag. Hier toe moet men geenzints neemen de sterkste zoorte, op dat het beest niet schielyk en stil sterve, en men het vervolgens niet vinden kan, maar het slapste, 't welk men dan vermengt met het zap van 't kruit* Rami, *'t welk de beesten geweldig doet schreeuwen, dat menze vervolgen kan, en dat wonder is, dit vleesch werd zonder schaade gegeeten. Alzo toegemaakt, doet het een gequetst mensch ook groote pyn aan, het lichaam geweldig omwerpen, de oogen draayen, en schuimbekken. Die gene nu, die van de mindere of slappere zoorte gequetst zyn, gevoelen ook wel den zelfden brand, en draaying in 't hooft, maar hebben echter geen perykel van 't leven, als men hun maar terstond met bequame middelen te hulp komt.*

In de eerste Amboinsche Oorlogen, wist men geen andere, dan die afzienlyke en yzelyke kure, te weeten het Excrementum humanum, *'t welk den gequetsten al goedes moets most inswelgen, waar op een sterk braken volgde, door welkers force (zo het schynt) de kragten van het venyn gebrooken, en uit het lyf gedreven wierden. Dit ging zo vaardig toe onder de Soldaten, dat de eene, die daarom verlegen was, en zelfs niet doen konde, den anderen kameraat verzoeken moest, om een klontje voor hem te drukken. Den Valianten Kapitein van* Bonoa, Tahalille *genaamt, heeft door dit middel vier a vyf spatten kragteloos gemaakt, die hy in zyn lyf, en zommige ook in 't gezigt gekreegen hadde. Naderhand, doen wy eenige gevangen Macassaren kreegen, hebben wy zoo uit dezelve, als hare vrouwen, door vleyen en dwang eenige beetere middelen geleert, waar van echter zommige kragtiger waren, dan de andere, zommige ook gantsch niet* hol-

efficaciora erant aliis, quædam etiam nullum præstabant effectum, uti hic illa ordine suo enarrabimus.

Primo itaque occurrit *Radix Toxicaria*, nostratibus *Spat-wortel* dicta, quæ certa Allii marini, seu *Moly Indici* infra *libr.* 11. descripti species est, cujus radices albæ masticantur, illarumque deglutitur succus, cæteraque pars vulneri applicatur, unde vehemens suboritur & excitatur vomitus, quo venenum expellitur, si vero non statim subsequatur vomitus, uti sæpe fit, major assumenda est dosis, hoc enim venenum non nisi vehementi superatur vomitu.

Secundo, ut ingens exstinguatur æstus, vulneri instillandus est succus sponte exstillans ex Melopepone, ejusque portiuncula comedenda est, hic enim fructus peculiarem possidet virtutem cohibendi atrocis hujus veneni grassantem diffusionem.

Tertio, cortex Varingæ latifoliæ masticatus, vel contritus vulneri applicandus est.

Quarto, cortex albi *Sayor Bayang* seu *Bliti* de stipite rasus inponendus est vulneri.

Quinto, Tenues ruffæ fibræ seu minores radices angustifoliæ Varingæ contritæ, partim propinatæ, partim applicandæ.

Sexto, Petioli & radices *Amariæ Indicæ* seu *Parari* contritæ & inpositæ.

Septimo, Radices *Cajoe Radja*, de quibus præcedenti capite fuit actum.

Octavo, Certissimum antidotum, quod Macassarenses nobis hactenus celarunt, est lactescens arbor *Poele*, ipsis *Rite* dicta, cujus petioli foliorum eliguntur, qui parum acuminantur, ipsisque alligatur filum, horum acumina vulneri inponuntur hisce telis inflicto, sponte illud penetrat, atque omne exsugit venenum; Filum autem ipsis alligatur, ut iterum extrahi possint.

Nono. Simili quoque modo applicantur parva frusta marinorum telorum Macassarensibus *Pana-Docki* dictorum, quæ, uti antecedens remedium, filo alligantur, ipsum intrant vulnus, ac virus exsugunt.

Arbor *Poele* tantum cum hoc veneno exercet odium & antipatiam, ut, si ejus ramulus vel folium huic supponatur, vel in camera suspendatur, in qua hoc venenum asservatur, illud ita enervet, ut viribus penitus destitutum sit.

Æger autem, vel vulneratus ante omnia sibi caveat a *Lompoejang*, ut nihil hujus in potu vel cibo assumat, præsertim omnibus annis isto tempore, quo vulnerabatur, compertum enim est sæpius, hoc venenum isto tempore quasi reviviscere, suasque iterum exercere vires, unde & sæpius factum fuit, quosdam homines secundo vel tertio demum anno ex hoc veneno mortuos fuisse, uti illud observavimus in Germano quodam subpræfecto, qui anno 1654 ante Laalam in Cerama in pectore vulnerabatur per tale telum, a quo curatus quidem fuit, sed tertio dein anno in eodem pectoris loco ardorem experiebatur, quem febris ardens subsequebatur, unde & mortuus fuit: Vulnerati insuper quam maxime sibi caveant per binos tresve menses a feminarum concubitu, sique ulterius exploraretur, & ab omnibus etiam forte potibus sanguinem calefacientibus vel inflammantibus.

Finis Libri Tertii, & Tomi Secundi.

holpen, gelyk wyze hier na malkander stellen zullen.

Eerstelyk, Is de Radix Toxicaria, *by de onze* Spatwortel *genaamt, zynde een slag Zee-Ajuin of* Moly Indicum, *hier onder* lib. 11. *beschreeven, welkers witte wortelen men kaauwt, het zap inswelgt, en de rest op de quetsuure legt: dit verwekt mede een geweldig braaken, en dryft daar door het venyn uit, maar als men niet terstond braakt, gelyk zomtyds geschied, moet men al meer inneemen, want zonder sterk braaken kan men dit venyn niet overwinnen.*

Ten tweeden, om den grooten brand te blussen, zal men in de quetsuur druipen het zap van zelfs uit een water-Limoen loopende, en ook wat daar van eeten, welke vrucht een zonderlyke kragt heeft het woeden van dit venyn te stutten.

Ten derden, de schorsse van de breed-bladige Varinga gekaauwt, of gevreeven, en op de quetsure gelegt.

Ten vierden, De schorsse van witte Sayor Bayang, *of* Blitum *van den stam afgeschrapt, en opgelegt.*

Ten vyfden, de dunne rosse draden of kleine wortelen van de kleinbladige Varinga gevreeven, ten deele gedronken, en ten deele van buiten opgelegt.

Ten zesden, de steelen en wortelen van Amaria Indica, *of* Parari *gevreven, en opgelegt.*

Ten zevenden, de wortelen van Cajoe Radja, *waar van ziet het voorgaande Kapittel.*

Ten achtsten, het zekerste tegengift, 't welk ons de Macassaren tot nog toe hebben verborgen gehouden, is den melkgevende boom Poele, *by haar lieden* Rite *genaamt, waar van zy de steelen der bladeren neemen, makenze een weinig spits, en binden een draat daar om: De spitze houd men op de wonde van spatten gemaakt, zo trekt het van zelfs daar in, en zuigt al het gift daar uit. Het draatje moet daarom gebonden zyn, dat men 't daar weder uittrekken kan.*

Ten negenden, op dezelfde manier doet men ook met de kleine stukjes van Zeepylen op Macassar Pana-Docki *genaamt, die als het voorgaande met een draatje gebonden, daar in kruipen, en het gift uitzuigen.*

De boom Poele *heeft een zulke vyandschap met dit gift, dat zo men een taksken of blad daar onder houd, of in een kamer hangt, daar dit gift in is, het zelve gantsch kragteloos werd.*

Den patient moet zig voor al wagten het minste van Lampoejang, *het zy in kost, of drank te nuttigen, inzonderheid alle jaren omtrent die tyd, dat hy gequetst wierde, want men heeft dikwils bemerkt, dat dit gift omtrent die tyd op het nieuw zig roert, en daar door komt het, dat zommige perzoonen in 't tweede of derde jaar aan dit vergift eerst overlyden, gelyk wy gezien hebben in een Duitsche Luitenant, die Anno 1654. voor Laala op Ceram in de borst gespat wierde, daar van hy wel genas, maar drie jaren daar naar op dezelfde plaats wederom een brand gevoelde, zo datter een brandige koortze toesloeg, waar aan hy stierf. Zo werden ook de gespatte op 't hoogste aanbevoolen, datze haar in twee a drie maanden onthouden van conversatie met vrouwen, en zo men 't nader onderzogte, misschien van alle zodanige dranken, die het bloet merkelyk verhitten.*

Einde van 't derde Boek, en tweede Deel.